ΜΙΧΑΗΛΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΙΟΥ ΠΑΡΟΙΜΙΑΙ.

MICHAELIS APOSTOLII PAROEMIÆ:

Nunc demum, poſt Epitomen Baſilienſem, integræ, cum Petri Pantini verſione, ejuſque & Doctorum Notis, in lucem editæ.

LVGDVNI BATAVORVM,
Ex Officinâ ELZEVIRIANA.
ANNO CIↃ IↃ C XIX.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Amplißimo & Clarißimo viro

IANO RVTGERSIO,

CONSILIARIO REGIO,

fratri cariſſimo,

DANIEL HEINSIVS S. D.

ESSE ſapientiam aliquam, multo & Platone & Ariſtotele antiquiorem, ſed vulgarem magis, teſtantur tum alia, tum philoſophorum antiquorum ᾀδόμενα, quæ à Laertio vocantur: teſtantur Parœmiæ quas vocant. quæ nihil ſunt aliud, quam ſapientiæ quæ libris non comprehenditur, & quaſi per manus, inſtar ſupellectilis ad vitam expeditæ traditur, reliquiæ contractiores. quas nec fœminæ ignorant neque imperiti, & parentibus, ὡς πατροπαράδοτον σοφίαν, debent liberi. Et hæc & ipſa, cum de iis agit, Ariſtotelis confeſsio eſt. Nam

& quædam ſunt de rebus naturalibus: & nonnullæ, morales: neque paucæ, hiſtoricæ. quæ cum omnes temporis antiqui obſeruatione aut præceptis inſtruant, Grammaticis nihilominus, quod moroſum eſſe genus hominum ac putidum, non neſcis, crucem figunt. quia quanquam vſus patet omnibus ad vitam, origo tamen & occaſio ab ijs quæritur in ſingulis, ad oſtentationem. Idque ab ijs qui libenter eruditionem venditant, cum de reliquis ſecuri eſſe ſoleant. Atque eo, in hoc genere potiſsimum, Græcorum profecit ambitio. Cæterum, præter antiquos illos magni nominis autores, qui in colligendis atque interpretandis veterum Parœmijs, non inanem plane poſuerunt operam, & noſtratem Deſiderium Eraſmum, fuit & Michael Apoſtolius: vir doctiſsimus, & inter Græcos

illos,

illos, qui poſt funditus euerſas res &
literas Græcorum, Romam denuo A-
thenas inuexerunt. Scripti hujus vti-
lißimi, vitioſum plane ac contractum
ante annos plurimos compendium ha-
bemus. ipſum autem, inter reliqua
κειμήλια, diu admodum Vir Reueren-
dus, & amicus olim noſter, Petrus
Pantinus ſeruauit. Quem Bruxellis
olim cum viderem, vt interpretatio-
nem ei daret, ipſum autem benefi-
cio hoc ornatum, ὅλον ϗ ὁλόκληρον in lu-
cem ederet, ſerio hortatus ſum. Quod
ab illo cæptum eſt feliciter, felicißi-
me is abſoluit, cui infinita, inter alia
autem, & Parœmiographos Græco-
rum omnes, pridem eruditi debent.
Is Andreas Schottus eſt: Vir huma-
nitate tanta, vt cum publica vtilita-
te ſit doctißimus, neque quicquam
vlli homini inuideat, quia nemine infe-
rior

rior eſt iis quibus inuidere ſolent homines. Eſt enim inuidere, alium ſuperiorem ſe fateri, ideoq; male illi velle. Idem Notas maxima ex parte auxit, neque contemnenda addidit. Ipſum autem, infinitis locis vitioſum, infinitis peſsime deſcriptum, vt & verſionem nondum ab autore perpolitam, recenſeri atque emendari à nobis voluit. ea lege, vt hoc totum cum autore tibi cederet. Quid præſtiterim, nec ille neſcit, & tu, præſens, ſæpius vidiſti. omnium autem optime typographi nouerunt. Vnum dicam, pæne emendandi tædium, vtilitatis ſtudium viciſſe. Nam & ſinguli autores, è quibus ſua deſumpſit ille, percurrendi, omnes qui Parœmias ſcripſerunt, euoluendi, atque ex omnibus, vnus qui dein, ſed attente & ex tempore, reſtituendus fuit. Nullum enim tempus niſi inter operas dabatur. Cæterum hoc

opus,

opus, vt jam dixi, tibi vt inſcriberem, idem ille ſuaſit, cuius de humanitate plurima jam dixi. Quam tu toties agnoſces, quoties in manus hunc autorem ſumes. Mea expectabis, cum ad ſapientiæ ac literarum elegantiam rediero. Nunc enim, longe alia nos tenent. Et vt verum dicam, ex quo noctes etiam partiri cœpi, multum de induſtria remiſi. Quæ ingentem dicam tibi ſcribet. Quanuis enim valde mei ſtudioſa ſit, vt noſtî; tamen, vt eſt ſexus iſte, omnium & popularium & tribulium meorum facile me pigerrimum eſſe patitur. Vale, mortalium ſuauiſsime ac amiciſsime. Anno CIↃ IↃ C XIX, XII Febr. Inter occupationes publicas, & quidem moleſtiſsimas, quæque nihil cum his ſtudiis commune habent.

CANDIDO

Digitized by Google

CANDIDO LECTORI
PET. PANTINVS TILETANVS.

VT THEMISTOCLEM *Miltiadis trophæis excitatum somnum vix capere potuisse Tullius atque Plutarchus referunt; ita me aliorum in argumento, quod pro virili illustrarem, deligendo exemplum esse libenter secutum nisi profitear, ingratus haberi; si vero infitiar, mendacij argui merito queam.* SCHOTTVM *nostrum (cujus me lateri hæsisse peregrinationisque ac studiorum fuisse socium, non injuria mihi gaudeo,)* PROVERBIA *è Græcorum fontibus, editis nuper Zenobio, Diogeniano, itemque Suidæ atque Hesychij collectaneis Græcè, Plantinianis ornasse typis cum animadvertissem; essetque penes me* Michael Apostolius *Byzantius, qui post Græcos illos in* Ioniâ, *hoc est* Violario *suo, (vt opus suum inscribendum duxit) non* Sententias *modo* & Apophthegmata *antiquorum Græcè, sed &* PAROEMIAS *collegisset, optimum factum existimaui si & illum à me descriptum & Latina donatum ciuitate,* SCHOTTI *exemplo, foras darem, ac publici juris facerem: quòd esset multo locupletior duploque amplior quam olim Basileæ quasi ἐν ἐπιτομῇ euulgasset Heruagius: Codice, vt conijcio, auctoris manu, vel certè eo inspectante Græcè eleganter conscripto: cum frustra etiam exspectaremus hactenus majorem* Adagiorum Apostolij *editionem à Rob. Constantino Lexicographo in Tigurina bibliotheca pridem promissam. Non contentus itaque Græcè velut ex pelago hausisse, Latinè etiam reddere placuit, quo ad plures, Græcè etiam imperitos manaret vtilitas:* NOTAS *etiam in rem præsentem adijciendas curauimus, partim vt interpretationis nostræ rationem in dignis vindice nodis exponerem; partim vt vsum* Prouerbij *cujusque, auctoresque qui vsurparint digito veluti demonstrarem: originem denique cuiusque à capite arcesserem: adjutus non parum, fatebor enim,* SCHOTTI *ejusdem recens tunc editis ad Paræmiographos illos veteres Græcos Notis, doctis Iupiter & laboriosis. Adhibui, vt debui, suis etiam locis, quas Græce longe doctiss. David*

Hæschelius

Hæschelius Augusta Vindelicorum ad nos, dum viueret, miserat Obseruationes in Græcas παροιμίας*: ratus, quod res est, ingenui esse hominis, per quem profeceris, libenter agnoscere, neque alienum quid arrogare velle. Quid præstiterim, aut certè voluerim, æquus rerum arbiter existimabit, &, quo hæc sæculi abundat felicitas, numerosus eruditorum grex judicabit. Equidem* Apostolium, *etsi antiquum non esse scirem, insuper habendum non judicaui, quòd è Paræmiographis antiquis, Suida potissimùm, pleraque hauserit. Qua vero ætate vixerit maiorum memoria sic habeto:* Bessarionis *enim Card. Nicæni, & Constantinopolitani Patriarchæ æqualem atque asseclam Romæ constat fuisse, in globo doctorum Græcorum, qui capta, prô dolor à Turcis Constantinopoli, in Italiam, vt in asylum, portum, atque perfugium se recipientes, Græcas inuexerunt litteras, & per Europam inde disseminarunt: nimirum*

Græcia capta ferum victorem vicit, & artes
Intulit agresti Latio ---

Secuti Bessarionem sunt tanquam coryphæum æui sui doctorum, præstantem in Latina & Græca linguis, tum in Philosophia, præsertim Platonica, ac Theologiæ scientia: (vt Florentino in Concilio generali sub Eugenio quarto Pont. Max. orationibus habitis, quæ leguntur, ostendit:) Secuti inquam eum Emanuel Chrysoloras, Demetrius Chalcondyles, Constantinus Lascares, Grammatici: Philosophi vero Gemistus Pletho, in Platonicis Bessarionis præceptor: Aristotelei vero Theod. Gaza, Joan. Argyropylus; & Georgius Trapezuntius Rhetor. breui omnes Latine scribendo sic exercitati, vt & Gaza Romani sermonis pomeria in Animalium Aristotelis historia sic protulerit, vt quem illi comparem vix habeam, præferam vero neminem. Horum æqualis & contubernalis Michael Apostolius *fuit, cujus & alia Philosophica habemus opuscula, & Orationes sunt, panegyricæ vna in Germanicis historiis nuper edita; altera vero apud me* ἀνέκδοτος funebris laudatio Bessarionis, *vt & Panegyrica extat Platinæ, Vterque Trapezunto oriundum & Plethonis auditorem Præsulem illum faciunt, ac Platonis potissimum sectatorem:*

Digitized by Google

vt Gaza & Argyropylus, ac Trapezuntius Peripateticæ sectæ fuere studiosi. Quare sub Nicolao Quincto Romam Bessarion hâc cinctus Græcorum doctorum coronâ venit, & ab Eugenio quarto Cardinalis creatus, obitis pro Ecclesia aliquot legationibus, studio librisque editis clarus, vita tandem decessit Sixto quarto sedente, anno, opinor, MCCCCLXXII. Capta jam Constantinopoli anno MCCCCLII. in ipsis Pentecostes ferijs: conditusque jacet, elogio ornatus Græco, Romæ in æde sacra XII Apostolorum. Huic vero Michaeli Apostolio, vt etiamnum recenti, non satis æquus exstitit Erasmus: forte quod liuor nondum decessisset, aut ob similis argumenti æmulationem, ὡς κεραμεὺς κεραμεῖ κοτεῖ, qui copiâ, dum Chiliades adornat, vincere facile posset, meliusque Græcos Paræmiographos Græcè prius edidisset. Michaël Angeli Politiani æqualis etiam fuit, à quo etiam nominari alibi, nisi is Michael Verinus sit, creditur: Vt Desiderius in Adagio meminit: Morsus aspidis. Rursus in Prouerbio: Pardi mortem adsimulat. Item: Lutum nisi tundatur, non fit vrceus: è vulgi fæce haustum ait, ab homine ingenio non perinde eleganti atque palato, vt à domestica illi familiaritate noto accepisset. Verum enimvero integrum hunc Apostolium ab Erasmo visum, sed Epitomen duntaxat Heruagianam, vt credam nondum à me impetrare potui. Dedicat vero Apostolius hæc Adagiorum selecta, etiam in Basiliensi editione Heruagiana anni eius sæculi XXXVIII. nimis compendiosa, Gaspari Osmensi Episcopo, Romæ tum forte degenti: cuius vel in contubernio Michael hæserit, aut beneficus hic erga Græcos exsules exstiterit. Osma autem, ne erres, hodie in Hispania vrbs est, olim Vxama dicta, Castellæ veteris Episcopatus. Vxama autem Plinio, Ptolemæo vero Οὔξαμα Ἀργέλλαι Areuacorum est opidum in Hispania Tarraconensi: nisi, forte in Ptol. legendum Ἀρευακῶν, pro Ἀργέλλαι. Addit Plinius nomen hoc crebro alijs in locis vsurpari. Nam & Vxamabarca, Autrigonum est vrbs in ea ipsa Hispania. Dicta & AVXIMA, Floro lib. III. Historiæ Rom. cap. I. quæ Vxama est Paulo Orosio, & Auxuma Iulio Exuperatio. In antiquis marmorum Inscriptionibus interdum & VXSAMA

scalptum

ſcalptum videri monuit Abr. Ortelius in Theſauro Geographico. In Inſcriptionum Gruterianarum pag. 693. hæc Compluti à nobis viſa leguntur, & ab Ambroſio Morali ſunt allata:

LICINIVS IVLIANVS
VXAMENSIS
ANN. XX. H.S. EST
IVLIA MATER F.C.
S. T. T. L.

Olim etiam Epiſcopum habuit Didacum Azebedium, qui vna cum S. Dominico contra Albigenſes diſputauit, obijtque an. 1207. Et Petrum, Oſmenſem cognomento à ſua ſede: cum Victoria in Cantabria eſſet oriundus. Quæ & noſtra memoria Epiſcopum habuerit egregiè doctum virum Honoratum Ioannium, Valentinum, à Ludouico Viue celebratum, præceptorem à ſtudijs Caroli Principis Hiſp. Philippi II. è Læſita conjuge filij. Suidæ ſanè emendando Adagijsque illuſtrandis incredibiliter hic labor, vt ſpero & opto, prodeſſe poterit: quem Lectori laborem Lub. mer. *deſero dedicoque: Vos æqui boniqùe vt conſuletis, majorem in modum rogo, obteſtorque.*

Digitized by Google

ΠΑΡΟΙΜΙΑΣ

ADAGIA, PROVERBIA

collegere, & exſtant,

Græci Græce:

ZENOBIVS, *ſeu* ZENODOTVS.
DIOGENIANVS.
SVIDAS *&* HESYCHIVS *in Lexicis Græc.*
EVSTATHIVS *in Homerum.*
IOAN. TZETZES *in Chiliadib.*
MICHAEL APOSTOLIVS BYZANTIVS, *nunc quaſi primum editus.*

PAROEMIAS

Qui collegerunt, & interciderunt.

1 ARISTOTELES, *teſte Laertio in eius vita.*
2 THEOPHRASTVS. *citat Apoſtolius in Adagio:* Ἀρχὴ ἄνδρα δεικνύει.
3 THEÆTETVS *apud Suidam in Prou.* οὐδὲν πρὸς Διόνυσον.
4 CLEARCHVS, *apud Zenobium in* Οὗτος ἄλλος Ἡρακλῆς.
5 ÆSCHYLVS: *apud Zenob. in* Σαρδώνιος γέλως.
6 CLEANDRI *Liber II.* Παροιμιῶν *citatur ab Apoſtolio in Adag.* οὐδὲν ἱερὸν.
7 ARISTIDEM *citat Athenæus agens de Adagio* Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα.
8 DEMON *citatus ab Apoſtolio in* Μυσῶν λεία, *&* *ab Harpocratione in Rhetorum Lexico.*
9 LVCIVS THARRÆVS *ab Apoſtolio nominatur* ἐν τοῖς προλεγομένοις.
10 DIOGENIANVS *quoque ab eodem in* Πολλὰ μεταξὺ κύλικος, *ſed quæ hodie non compareat: vt plura etiam appareat ſcripſiſſe, vt & ipſum conſtat Apoſtolium, his iam editis longè quam edita Baſileæ ſunt, locupletioribus.*

Latini Recentiores.

DESIDERIVS ERASMVS ROTERODAMVS *Chiliades* IV. *& Cent.* II.

HADRIA-

HADRIANVS IVNIVS HORNANVS, *Centurias propè* IX.
POLYDORVS VIRGILIVS VRBINAS, *sacra & externa.*
Vt Hebræa IO. DRVSIVS.
Ex Vet. Testam. MART. DELRIO *Soc. Iesu.*
IOAN. ALEX. BRASSICANVS.
GILBERTVS COGNATVS NOZERENVS.
PETRVS GOTHEFREDVS CARASONENSIS, *Paris.* 1555.
IOACHIMVS ZEHNERVS *Adagia sacra, Lips.*

EPITOMEN ADAGIOR. EX ERASMO concinnarunt.

HADR. BARLANDVS ZELANDVS: *qui &* Virgiliana Prouerbia *collecta explanauit.*
IOAN. SARTORIVS BATAVVS.
IO. SERVILIVS GVERTEIVS.
VICTOR GISELINVS, *typis Plantin.*
TACITVS ZEGERVS, *Flandrica Adagia.*
Germanicè, EBERHARDVS TAPPIVS, *Lunensis, an.* 1545.
IOSEPHVS LANGIVS CÆSARIMONTANVS, *per locos communes, an.* 1596.
HIERONYMVS MEGISERVS *varijs linguis, Lipsiæ, an.* 1605.
Hispanicè FERDINANDVS PINTIANVS, *Salmanticæ, &* CÆSAR OVDINVS, *Bruxellis, an.* 1608.
PETRVS MALLARA *cum Comm. Hispali, in fol.*
IOAN. GRVTERVS BELGA, *cum Gnomiologia Græcolatina Tom.* III. *his linguis Europæis: Italicè, Hispanicè, Germanicè, Belgicè & Anglicè, an.* 1611.

Digitized by Google

ELENCHVS AVCTORVM,

Qui in hoc Prouerbium opere ab Apostolio citantur.

Prior numerus Centuriam, posterior Prouerbium indicat.

ÆLianus 12, 14. 19, 61
Æschines 11, 24. 16, 63. 17, 34. 18, 48
Æschylus 6, 30. 8, 30. 11, 3. 20, 65
Æsopus 9, 16. 12, 41
Agatho 6, 37
Alcæus 1, 51. 15, 83
Alcmæon 8, 56
Alcman Lyricus 2, 54. 14, 87
Alexis 17, 44
Ammonius 19, 82
Anacreon 18, 14
Anaximenes 3, 4. 4, 30
Andocydes Pythagoreus 17, 33
Andron 17, 25
Antagoras 5, 82
Antimachus 1, 40. 21, 4
Antiphanes 4, 14. 8, 37. 19, 44
Apollodorus 11, 76. 18, 23
Archidamus 7, 64
Archilochus 11, 44
Aristarchus 16, 60. 18, 22
Aristides 9, 16. 13, 12
Aristius 4, 7
Aristophanes 1, 15. 1, 61. 2, 23. 2, 31. 3, 73. 3, 82. 4, 1. 4, 69. 6, 47. 7, 22. 8, 85. 9, 6. 9, 9. 12, 35. 14, 40. 14, 50. 15, 59. 15, 60. 15, 74. 15, 93. 17, 28. 17, 35. 20, 39
Aristoteles 2, 51. 3, 39. 5, 13. 5, 65. 7, 44. 7, 72. 9, 16. 9, 33. 9, 41. 10, 64. 12, 68. 13, 58. 14, 70. 15, 93. 17, 25. 18, 89.
Asclepiades 6, 46. 11, 98

B.

Bacchylides 3, 82

C.

CAllimachus 1, 55. 20, 14
Callipides 15, 39
Callisthenes 1, 79. 17, 26
Camon 20, 29
Cantharus 4, 22
Cato 10, 100
Caucasus 11, 96
Chamæleon 4, 7. 15, 13
Charmidas 15, 36
Chilon 6, 78. 19, 48
Chrestodemus 18, 42
Chrysippus 13, 68
Cicero 16, 69
Cleander 15, 8
Clearchus 6, 36
Clitarchus 20, 22
Clitodemus 8, 42
Crates 20, 6. 20, 1. 21, 24
Cratinus 2, 48. 7, 20. 8, 80. 9, 58. 10, 77. 12, 70. 15, 69
Craton 11, 2
Ctesias 20, 6

D.

DEmades 19, 46
Demagoras 2, 51
Demetrius Scepsius 1, 4

Demo-

Democrates 2,92. 8,29
Democritus 5,59. 7,14. 12,63. 12,64. 12,89. 15,77. 19,10. 20,5. 20,49
Demon 7,44. 13,36. 17,28. 20,27
Demosthenes 2,82. 15,28. 19,49. 20,4
Didymus 18,40. 19,41
Dinolochus 20,5
Diogenes 9,59
Diogenianus 2,39. 9,39. 16,28
Dion 9,42. 15,3. 19,24
Dionysius 18,25
Diotimus 9,33
Diphylus 10,96. 13,68
Dissocritus 6,19
Dorotheus 20,13
Duris 9,33. 11,75. 17,30

E.

EMpedocles 14,85
Ephorus 3,74. 4,30. 6,74. 7,37. 8,85. 15,98
Epicharmus 1,19. 1,44
Epictetus 4,63
Epicurus 16,95
Epigenes 15,8
Eubulus 10,29. 20,91
Eudemus 5,96. 9,27. 9,33. 12,9. 20,39
Euphorion 11,12
Euphronius 15,60
Euripides 2,20. 3,15. 3,42. 4,7. 6,37. 10,6. 10,12. 10,94. 13,56. 14,1. 14,7. 16,29. 16,70. 17,49. 19,75. 19,82. 19,98. 20,26. 20,92
Euticles 5,76

H.

HArpocration 2,31
Hegesiander 2,51
Heraclides Ponticus 12,35
Hermogenes 8,36
Hermophroditus 19,80
Herodianus 12,50
Herodotus 6,22. 9,28. 15,59. 20,25
Hesiodus 6,28. 9,6. 12,88. 20,13. 20,80. 20,82
Hierocles 8,20. 11,90
Hieronymus 11,41
Hippocomes 16,41
Hippocrates 9,2
Homerus 2,6. 2,12. 3,82. 8,91. 11,31. 12,21. 14,95. 20,21. 20,63
Hyperides 9,6. 16,2. 18,11
Hypsæus 10,18

I.

IAmblichus 9,72
Isæus 1,47. 5,20. 8,20
Isocrates 19,41
Istrus 16,1. 18,23. 18,77

L.

LAcon 13,72. 17,91
Leonides Bizantius 19,61
Leucippus 15,54
Libanius 17,3
Lucianus 3,22. 3,93. 10,38
Lycophron 17,34. 18,40
Lysias 2,89. 4,30. 5,85. 8,21
Lysimachus 17,25

M.

MAximus Tyrius 13,19
Menander 1,92. 2,4. 2,42. 2,59. 4,16. 4,21. 4,22. 7,60. 11,75. 12,7. 13,77. 19,83. 20,43. 21,16
Metrodorus 13,58
Moschion 10,11

N.

NEoclides 13,58. 13,58
Nicander 9,33

Olympio-

O.

Olympiodorus 19, 82

P.

PAlæphatus 2, 86
Phanodemus 8, 42
Pherecrates 3, 26
Philemon 1, 56. 1, 75. 10, 77. 13, 78. 79. 16, 50. 17, 29.
Philiſtus 1, 51
Philochorus 2, 51. 17, 32. 18, 34. 18, 77. 19, 51.
Philoxenus 7, 70
Phocyllides 5, 55
Pindarus 3, 30. 14, 88
Pittacus 3, 92
Plato 1, 92. 2, 32. 3, 19. 4, 1. 4, 25. 4, 73. 6, 33. 7, 48. 8, 20. 9, 78. 10, 60. 12, 31. 13, 54. 14, 84. 17, 3. 17, 83. 18, 40. 19, 55. 19, 69. 19, 85. 20, 91.
Plutarchus 5, 30. 6, 29. 9, 38. 18, 39
Polemon 18, 25
Procopius 12, 83
Proxenus 11, 76
Pythagoras 9, 99. 10, 61

S.

SImonides 2, 51. 15, 68. 15, 97
Socrates 19, 4. 20, 61
Solon 4, 53. 12, 41. 17, 64. 17, 82. 20, 47
Sophocles 1, 89. 2, 28. 6, 37. 6, 63. 7, 48. 7, 83. 9, 45. 10, 23. 10, 97. 12, 42. 13, 13. 13, 31. 13, 46. 14, 10
Soſicrates 7, 37
Soſtratus 11, 83
Sotades 7, 55
Staſimus 10, 50
Stratis 14, 89
Syneſius 20, 44

T.

TAurus 2, 98
Theocritus 9, 57. 10, 15. 18, 71. 20, 8
Theophraſtus 4, 51. 6, 36. 13, 58
Theopompus 3, 4. 6, 74. 7, 37. 17, 25
Theſpides 1, 53
Thucydides 3, 29. 4, 28. 8, 20. 11, 80. 17, 24

X.

XEnagoras 11, 24
Xenocrates 18, 88
Xenophon 13, 44

ΜΙΧΑΗΛ ΑΠΟΣΤΟΛΙΟΣ ΒΥΖΑΝΤΙΟΣ

Τῷ αἰδεσιμωτάτῳ Ἐπισκόπῳ τοῦ Ὄσμου,

ΚΥΡΙΩι ΓΑΣΠΑΡΙ.

MICHAEL APOSTOLIVS BYZANTIVS

Rmo D. Gaſparo Oſmi Epiſcopo, S.

Ἃ μὲν ὑπέστην ἐν Ῥώμῃ σοι, τὴν τῶν Παροιμιῶν συναγωγὴν καὶ συνθήκην, σὺν αὐτῷ γε τοῦ καὶ ὅθεν αἱ πλείους ἐσχήκασι τὰς ἀρχάς, ταῦτα μὲν ἐν Κρήτῃ διανυσθέντα, ἰδοὺ σοι πέμπεται, ἀνερ αἰδεσιμώτατε καὶ σοφώτατε. εἰ δὲ βραδύτερον ἢ ἐβούλου, οὐχ ἡμῶν γε τουτί, ἀλλὰ τῆς τύχης δή που καὶ τοῦ καιροῦ· ὅτῳ γε δὴ καὶ ἡμῶν ἀκόντων ἅπαντα συμπεραίνεσθαι δοκεῖ. ἄλλως τι κρεῖττον ἂν εἴη, βραδύναντας τὸ βουλόμενον κατορθῶσαι ἄξιόν τινος λόγου, ἢ ταχύναντας οὐδενός. τὸ μὲν γὰρ οὐ τίμιον· τὸ δὲ οὐκ ἄτιμον. ἔχεις τοίνυν λαβὼν τὰ ὑπεσχημένα σοι. κἀμοὶ πέρας εἴληφε λαβὸν τὸ ἐπίταγμα. εἰ μὲν δὴ κατ᾽ ἀρέσκειαν καὶ βούλησιν ὑμετέραν, θεῷ καί σοι χάρις· εἰ δ᾽ οὔ· κοινωνεῖν σε δίκαιόν μοι τοῦ πάθους· κοινὰ γὰρ εἶναι τὰ τῶν φίλων τοῖς σοφοῖς πεπαροιμίασται.

QVÆ tibi Romæ, de Parœmiarum collectione à me concinnanda, & vnde pleræque originem accepiſſent explicando, promiſeram; ea in Creta deniq; abſoluta, vir Reverendiſſime ac ſapientiſſime, en tibi mittuntur. Quod ſi tardius quam voluiſſes; nequaquam id nobis, ſed fortunæ potius, atque adeo ipſi tempori eſt imputandum: quo etiam inuitis nobis omnia terminari videntur. Et ſatius alioqui fuerit, id quod animo intendimus, vel cum cunctatione aliqua, exactè perficere; quàm feſtinantes, minimè ex rei dignitate. Hoc quippe nequaquam laudabile: illud verò haud extra laudem. Habes igitur tu quidem promiſſi mei fidem; ego verò iuſſionis tuæ ſummam confectam: ſi ex animi tui ſententia ac voluntate, Deo tibique gratiam debeo. Sin minus, æquum eſt te quoque partem aliquam imbecillitatis meæ in te ſuſcipere. Amicorum enim inter ſe rationes eſſe communes ſapientibus prouerbij vice eſt celebratum. Nequis autem familiarium nos fortè re-

tè reprehendat, quod quum Parœmijs colligendis operam impendamus, Parœmiam ipsam non definierimus (in quo & sapiens Cicero Panætium, Græcum Romanus, culpæ coarguit, quod quum de officio scripsisset, quidnam illud reipsâ esset, nusquam illo in opere prodidisset) ipsa nobis Parœmia est describenda: vt quidnam illa sit, statim initio habeamus. Est ergo Parœmia, *Sermo, rem manifestam obscuritate tegens: aut, per res sensiles eas quæ intelligi tantum possunt, significans: aut, absconditam alioquin veritatem manifestans.* Aut rursum hoc modo: *Parœmia est narratio celebris, seu verbum vsu multorum tritum, quodque à paruis paucisque quibusdam, ad plura ac maiora eisdem similia transferri potest.* Aut: *Sermo moribus ac vitæ humanæ accommodatus iuxta hominum consuetudinem.* Ac denique hoc pacto: *Parœmia est Sermo vtilis, seu vitæ conducibilis, sub mediocri integumento multum fructus in se continens*: Vel: *Sermo ad exhortationem seu suasionem aptus, cuius per vniuersum vitæ curriculum vtilitas dimanat.* Differt autem ab *AEno*, quod *AEnus, sit sermo fabulosus ab animalibus rationis expertibus, vel plantis, ad hominum institutionem prolatus.* Aut: *Sermo quo quid optamus, vel ad rem quampiam adhortamur, ex popularibus præceptis siue officijs, memoriæ proditus.* Aut, *Parœmia narratione fusius explicata, sensum absoluens.* Vel: *Sermo iuxta tritum fabularum vsum ab animalibus brutis seu plantis, ad homines pronunciatus*: vt ait Lucius Tarrhæus libro primo de Parœmijs. Et quidem ab animalibus ratione carentibus, vt apud Archilochum: *AEnus quidam hominum hic est, quomodo vulpes & aquila lucri societatem inierunt*, quæque sequuntur. Et rursum: *referam vobis AEnum o Cerydice mœrenti Scytale.* Deinde infert:

Cœtu ferarum segregatus simius,
Deuia solus adit:
Astuta vulpes cui fit obuiam, catis
Ingeniosa dolis.

Ἵνα δὲ μή τις τῶν ἑταίρων ἡμῶν ἐπιλάβοιτο, ὡς μὲν συναγωγὴν Παροιμιῶν ποιουμένων, τὴν Παροιμίαν δὲ μὴ ὁριζομένων. ᾗ δὴ καὶ ὁ σοφὸς Κικέρων ἐπελάβετο Παναιτίου, Ῥωμαῖος Ἕλληνος, συγγεγραφότος μὲν περὶ τοῦ καθήκοντος, τί δὲ ὄν ἐστιν οὐδαμοῦ εἰπόντος αὐτοῦ τοῦ συγγράμματος· ὁριστέον ἂν εἴη Παροιμίαν, ὡς λαβόντες ἄνωθεν ἔχωμεν. Παροιμία τοίνυν ἐστὶ λόγος ἐπικαλύπτων τὸ σαφὲς ἀσαφείᾳ· ἢ δι' αἰσθητῶν πραγμάτων σημαίνων πράγματα νοητά. ἢ, ἐπικεκρυμμένην τὴν ἀλήθειαν ἐπεμφαίνων. Καὶ ἔτι, τόνδε τὸν τρόπον· Παροιμία ἐστὶ διήγημα παροδικὸν, ἢ ῥῆμα πετριμμένον ἐν τῇ χρήσει τῶν γε πολλῶν· ἀπό τε μικρῶν τινῶν καὶ ὀλίγων, ἐφ' ὅμοια πλείω καὶ μείζω μεταληφθῆναι δυνάμενον· ἢ, λόγος ἐπιτηδευμένος τοῖς ἤθεσι καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ, κατὰ τὸ ἔθος τῶν ζώντων. καὶ ἔτι γε οὑτωσί· Παροιμία ἐστὶ λόγος ὠφέλιμος, ἤτοι βιωφελὴς, ἐπικρύψει μετρίᾳ πολὺ τὸ χρήσιμον ἔχων ἐν ἑαυτῷ· ἢ, λόγος προτρεπτικὸς, παρὰ πᾶσιν τοῦ βίου τὴν ὁδὸν χρησιμεύων. Διαφέρει δὲ τοῦ Αἴνου· ὅτι ὁ μὲν Αἶνός ἐστι, λόγος μυθικὸς, ἐκφερόμενος ἀπὸ ἀλόγων ζώων, ἢ φυτῶν, πρὸς ἀνθρώπων παραίνεσιν. ἢ, λόγος εὐκτικὸς, ἤτοι παρακλητικὸς, ἐκ δημιουργημάτων καὶ κατορθωμάτων μνημονευόμενος. Ἢ, Παροιμία ἐξηπλωμένη μετὰ διηγήσεως, ἀπαρτίζουσα τὸ νοούμενον. ἢ, λόγος κατὰ ἀνάπλησιν μυθικὴν, ἀπὸ ἀλόγων ζώων καὶ φυτῶν, πρὸς ἀνθρώπους εἰρημένος· ὥς φησὶ Λούκιος Ταῤῥαῖος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Παροιμιῶν. Οἷον ἀπὸ μὲν ἀλόγων ζώων, ὡς παρ' Ἀρχιλόχῳ. Αἶνός τις ἀνθρώπων ὅδε· Ὡς ἄρ', ἀλώπηξ καἰετὸς ξυνωνίην Ἔθεντο. καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ πάλιν· Ἐρέω τιν' ὑμῖν Αἶνον ὦ Κηρυδίκη Ἀχνυμένη Σκυτάλη· εἶτ' ἐπιφέρει· Πίθηκος ᾔει θηρίων ἀποκριθεὶς Μοῦνος ἀν' ἐσχατιήν· Τῷ δ' ἄρ' ἀλώπηξ κερδαλῆ συνήντετο Πυκνὸν ἔχουσα νόον.

Καὶ

Καὶ Ἡσίοδος·

Νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω, νοέουσι καὶ αὐτοῖς·

Ὧδ' ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον.

ἀπὸ φυτῶν· ὡς ἔχει τὸ τοῦ Καλλιμάχου· Ἄκουε δὴ τὸν αἶνον, ἔν κοτε Τμώλῳ δάφνην ἐλαίᾳ νεῖκος οἱ πάλαι Λυδοὶ λέγουσι θέσθαι. Ἡ δὲ Παροιμία τὴν ἀπὸ * κεφαλαίου ἐπὶ τὸ χεῖρον διαφορὰν ἔχει, ἐνδέουσαν τοῦ αἴνου, καὶ τὴν ἔξωθεν ἐνδεχομένη μετάβασιν· οἷον· μένε βοῦς ποτὶ βολαίαν· καὶ ἁ κίσσος μετ' ἀνθεστήρια. Ἐτυμολογεῖται δὲ ὁ μὲν αἶνος, παρὰ τὸ ἰαίνω τὸ τέρπω καὶ διαχέω. ἰαίνεται γὰρ καὶ διαχέεται ἡ ψυχὴ τῇ διηγήσει τῶν τοιῶνδε λόγων· ἴαινος, καὶ ἀφαιρέσει, αἶνος· ὁ τὴν διάνοιαν ἰαίνων καὶ περιτέρπων. Ὅμηρος· ἰαίνετο δὲ φρένας εἴσω. Ἡ δὲ Παροιμία ἐκ τῆς παρὰ προθέσεως καὶ τοῦ οἶμος, ἡ ὁδὸς Παραοιμία καὶ Παροιμία· ἤτοι τὸ παροδικὸν τρίμματι καὶ διήγημα. ἐν γὰρ τῇ ἀρχῇ ἔτι τῶν τρίβων ἀσήμων οὐσῶν, διὰ τὸ τοὺς ὁδεύοντας μὴ ἀποκάμνειν τῷ μὴ γινώσκειν πόσον τῆς ὁδοῦ διήνυσαν καὶ τί λείπεται, τὰ νῦν προσαγορευόμενα μίλια πρὸς Ῥωμαίων, τότε σημεῖα καλούμενα, οἱ παλαιοὶ κατά τινας τῆς ὁδοῦ τόπους ἐτίθεσαν· καὶ τούτοις ἐπέγραφον τινὰ ζητήματα. τοῦτο δὲ ἐποίουν, δυοῖν ἕνεκεν, τοῦ τε γνωρίζειν τὸν ὁδεύοντα τῆς ὁδοῦ τὸ ποσὸν, καὶ τοῦ αὖ γινώσκοντα τὸ ἐπίγραμμα, καὶ περὶ τὴν τούτου σαφήνειαν καταγινόμενον, τοῦ καμάτου ἐπικουφίζεσθαι. περιέχει δὲ παίδευσιν ἠθῶν, καὶ παθῶν ἐπανόρθωσιν, καὶ τῶν πρακτέων πυκνὰς ὑποθήκας. Περὶ μὲν οὖν ἐτυμολογίας καὶ διαφορᾶς αἴνου καὶ Παροιμίας, ἔτι τε περὶ τῶν ὅρων τῶνδε αὐτῶν ἔχοντες φάναι καὶ ἄλλα, ἱκανά γε ὅμως εἰρημένα τοσάδε.

Et Hesiodus:

Hunc quamuis gnaris referam nunc Regibus AEnum,
Quem retulit variæ accipiter quondam Philomelæ.

A plantis verò, vt est illud Callimachi:

AEnum aure conde. Laurus in Tmolo, vt ferunt
Lydi vetusti, tempore quodam sibi
Oleam duello prouocauit---

Paræmia autem id discrimen cum *AEno* habet, quod capiti ad manus est; breuior *AEno*, quæque externam digressionem admittat. Quale illud: *expecta bos aliquando herbam.* Et illud: *hedera post anthesteria.* Ratio autem nominis *AEno* παρὰ τὸ ἰαίνω, quod est oblecto siue diffundo (oblectatur enim ac diffunditur animus huiusmodi narratione sermonum) quasi dicas, ἴαινος & ablatione ι, αἶνος. quod mentem oblectet, lætitiaque perfundat. Hinc Homerus: ἰαίνετο δὲ φρένας εἴσω:

Illius tacitum tentabant gaudia pectus.

Paræmia verò originem habet à præpositione παρὰ & οἶμος quod est ὁδὸς siue via. Est enim paræmia, quasi παραοιμία, nempe, obuia vsuque trita narratio. Initio enim quum semitæ adhuc essent incognitæ; ne viatores, quod ignorarent quantum itineris confecissent, quantumque superesset, lassarentur: quæ nunc apud Romanos miliaria appellantur, tum signa vocitata veteres quæstionibus quibusdam inscripta, certis spatijs disponebant. Quod duplicem nimirum ob causam ab illis factitatum: tum vt qui iter faciebat, quantum id esset intelligeret: tum, vt quod inscriptum erat legens, & sensu eius indagando occupatus, itineris labore alleuaretur. Continebat porro illa inscriptio morum institutionē, affectuum correctionem, seu denique rerum agendarum crebra documenta. Et quidem de originatione & discrimine *AEni* & *Paræmiæ*, insuper de definitione vtriusque quum & alia adferre possimus, dicta tamen à nobis hactenus, sufficiant.

Digitized by Google

EX EPISTOLA ARISTOBVLI, APOSTOLII MICHAELIS FILII, IN ΓΑΛΕΩΜΥΟΜΑΧΙΑΝ

ΑΔΗΛΟΥ.

TAnquam præconem quendam præmittere visum est Violario, post non ita diu edendo: in quo studij plurimum parens meus [Michael] contulit. Nam cum olim vitam Romæ degeret, Gaspari Reuerendissimo Episcopo Osmensi, Adagiorum collectionem compositurum se promisit. Sumpto itaque à Prouerbijs initio, Sententias quoque memorandas, Apophthegmata, & Præcepta antiquorum, sapientissimorumque virorum, vna collegit. Sunt enim inter se affinia, Prouerbia, Sententiæ, Hypotheses & Apophthegmata. Equidem librum hunc studiosis adolescentibus perutilem fore existimo: quod tu quæ multo studio variaque lectione Comparari possunt, ab eo cui librorum copia suppetit; hæc, inquam, omnia ibi coaceruata, vt in horto flores apibus, omnibus erunt sine sudore parata.

Quin Violarium prælo breui committentes mox publicabimus. Vnde non solum voluptatem, verum etiam vtilitatem maximam studiosi consequentur.

ΟἸΟ'Ν τινα κήρυκα προεκπέμψαι ἔδοξεν τῆς οὐ μετ' οὐ πολὺ τυπωθησομένης Ἰωνιᾶς· ἐφ' ἣν πολλὴν σπουδὴν ὁ ἐμὸς πατὴρ κατεβάλετο. Τὰς γὰρ διατριβὰς ἐν Ῥώμῃ πάλαι ποιούμενος, Γάσπαρι τῷ αἰδεσιμωτάτῳ Ἐπισκόπῳ τοῦ Οσμου, Συναγωγὴν Παροιμιῶν συνθεῖναι ὑπέσχετο. Ἀρξάμενος δὲ Παροιμιῶν, συνυπεμνήσθη καὶ Γνωμῶν, Ἀποφθεγμάτων τε καὶ Ὑποθηκῶν ἀρχαιοτάτων καὶ σοφωτάτων. Ἀδελφὰ γὰρ ἀλλήλοις εἰσὶ Παροιμίαι καὶ Γνῶμαι, καὶ Ὑποθῆκαι, καὶ Ἀποφθέγματα. Νομίζω δὲ τὸ βιβλίον τοῖς φιλομαθέσι τῶν νέων ὅτι πλείστην παρέξειν γε τὴν ὠφέλειαν. Ἃ γὰρ ἂν διὰ πολλῆς σπουδῆς τε καὶ ἀναγνώσεως ἠρανίσαντο, εἴγε τῶν βιβλίων εὐπόρησαν· ταῦτα γε πάντα ἐκεῖσε συνηγμένα, καθάπερ ἐν Ἰωνιᾷ ταῖς μελίσσαις τὰ ἄνθη, ἐξέσται τοῖς πᾶσιν ἀνιδρωτὶ ἀποδρέπεσθαι. Mox:

Οὐ μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ τὴν Ἰωνιὰν ἐκδώσομεν ἐντυπώσαντες· παρ' ἧς οὐχ ὅπως εὐφροσύνην, ἀλλὰ καὶ μεγίστην ὠφέλειαν οἱ σπουδαῖοι καρπώσονται.

ΜΙΧΑΗΛΟΣ ΑΠΟΣΤΟΛΙΟΥ ΠΑΡΟΙΜΙΩΝ

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Α.

1. Ἀβυδηνῶν ἐπιφόρημα.] Ἐπὶ τῶν ἀηδῶν εἴωθε τάττεσθαι. ἔθος γὰρ ἦν τοῖς Ἀβυδηνοῖς, μετὰ τὸ δεῖπνον καὶ τὰς σπονδὰς, προσάγειν τοὺς παῖδας μετὰ τῶν τιτθῶν τοῖς εὐωχουμένοις· κεκραγότων δὲ τῶν παίδων, καὶ θορύβου γινομένου, ἀηδίαν πολλὴν εἶναι τοῖς δαιτυμόσιν.

2. Ἄβυδος ἐστίν.] Ἐπὶ συκοφάντου τάττεται· διὰ τὸ δοκεῖν συκοφάντας εἶναι τοὺς Ἀβυδηνούς.

3. Ἀβασάνιστος ἄνθρωπος εἶ.] Ἀγύμναστος, ἢ ἀνεξέταστος, ἀδοκίμαστος. Εἴρηται δὲ ἀπὸ τῆς βασάνου τῆς χρυσοχοϊκῆς λίθου, ἐν ᾗ δοκιμάζουσι τὸν χρυσόν.

4. Ἄβρωνος βίος.] Ὁ πολυτελής. Ἄβρων γάρ τις ἐγένετο πλούσιος· ὅθεν καὶ Ἀβροδίαιτος· ταυτὸν καὶ Σικελικὴ τράπεζα, καὶ Συβαριτικὸς βίος.

5. Ἀγαθῶν θάλασσα.] Ἐπὶ τῶν πολλῶν ἀγαθῶν καὶ μεγάλων τάττεται. Λέγεται δὲ καὶ

6. Ἀγαθῶν πόντος.]

Καί·

7. Ἀγαθῶν σωρός.]

8. Ἀγαθῶν μυρμηκιά.] Ἐπὶ πλήθους εὐδαιμονίας, διὰ τὸ ἐνεργὸν καὶ πολύμοχθον τῶν μυρμήκων. Φασὶ δὲ αὐτοὺς τὴν ἑαυτῶν γεωργίαν ἐργάζεσθαι σκολιωτάτην· τοῖς ἐπιβουλεύουσί σφισι τῶν θηρίων τὴν πάροδον δύσπορον, ἢ καὶ παντελῶς ἄπορον, ἀποφαίνοντες· τὴν δὲ γῆν, ἣν ἐξορύττουσιν, ἀλλὰ καὶ ταύτην ὑπὲρ τῆς στο-

MICHAELIS APOSTOLII PROVERBIORUM

CENTVRIA I.

1. *ABydena bellaria.*] De rebus insuauibus poni solet. Moris quippe Abydenis fuit, post conuiuium & libationes iam factas, vna epulantibus pueros cum nutricibus inducere: quibus vociferantibus quum tumultus excitaretur, plurimum conuiuis molestiæ creabatur.

2. *Abydus est.*] De Sycophanta dicitur, quod Abydeni Sycophantæ esse existimentur.

3. *Inexploratus homo es.*] Non exercitatus, non examinatus, non probatus. Sumpta locutio à lapide Lydio, seu coticula, qua auri experimentum capiunt.

4. *Habronis vita.*] Hoc est, sumptuosa ac delicata: Habron enim diues quispiam fuit. Vnde & Ἀβροδίαιτος, qui lautè viuit. Huic Germanum, *Sicula mensa*. Et, *Sybaritica vita.*

5. *Bonorum mare.*] De multis magnisque bonis vsurpatur. Dicitur etiam

6. *Bonorum pontus.*]

Et:

7. *Bonorum aceruus.*]

8. *Bonorum myrmecia.*] De numerosa felicitate, propter formicarum indefessum in laborando studium. Ferunt autem illas ita suos sub terra sulcos, seu fossas, ducere, vt aditum ad se, animalibus sibi insidiantibus, quàm tortuosissimum, & accessu difficillimum, seu potius omninò impenetrabilem, construant. Terrâ porrò, quam egerunt, super cauernæ suæ os circum-

Digitized by Google

circumiectâ, velut muros quosdam conficiunt: ne aqua ex cœlo præcipitans ipsis perniciem afferat. Septa item quædam, quæ latibuli sui stationes invicem dispescant, interscindunt. Sunt autem illarum classes tres: quarum primam velut virorum diuersorium exhibent. In qua viri, & quantum cum ipsis fæminarum est, agunt: secundam autem, in qua grauidæ formicæ pariunt, instar cuiusdam gynæcei. Tertiam denique aliam penum seu scrobem collectis seminibus secernunt. Quando autem ad annonam sibi comparandam prodeunt, minores quæ sunt, natu grandiores sequuntur, quæ illas instar præfectorum exercitus ducunt: quumque ad segetes iam ventum est, iuniores stipulæ onus subeunt; ductores autem adrepentes capita seminum, οὐραχοὺς vocitata, abrodunt, populoque inferiùs constituto projiciunt. Aliæ denique circumeuntes spicarum summitates præcidunt, folliculosque frumentum inclusum contegentes expediunt; non triturantis, aut ventilantium opera, neque ad discernendas paleas ab ipso fructu, ventorum impellentium flabris indigentes: alimenta sic sua, quamdiu homines arant seruntque, parata habentes. Ferunt etiam vita functas à propinquis suis, in frumenti glumis, vt parentes cæterique necessarij ab hominibus, in conditorijs, sepeliri. Hoc item: in plenilunijs ne nocte quidem torpescere aut quieti indulgere, sed labore distineri. O homines mille interim occasiones ac prætextus ad ocium agendum comminiscentes.

9. *Agathonia ad tibiam modulatio.*] Quæ neque laxa neque acris; sed commodè temperata ac suauissima. Alijs verò, mollis ac dissoluta. Ab Agathone tibicine, qui moribus quidem probus fuit & amicis charus; ob mollitiem tamen muliebrem comico sale exagitatus.

10. *Post panem est & bona maza.*]

μίου περιβάλλοντες, οἱονεὶ τείχη τινὰ ἐργάζονται· ὡς μὴ τὸ ὕδωρ, τὸ ἐξ οὐρανοῦ καταθέον, ἐπικλύσαι αὐτοὺς ἀπολέσῃ. Αἱμασιὰς δέ τινας, διειργούσας ἀπ' ἀλλήλων τοὺς χηραμοὺς, διαφίζουσιν. Εἰσὶν δ' αὖ οἱ χῶροι τρεῖς· καὶ τὸν μὲν ἀποφαίνουσι ὅσον ἀνδρῶν εἶναι· ἐν ᾧ διαιτῶνται οἱ ἄρρενες, καὶ ὅσον σὺν αὐτοῖς θῆλυ. τὸν δὲ ἕτερον, ἔνθα ἀποτίκτουσι κύουσαι μύρμηκες, οἱονεὶ γυναικῶνα. τρίτον δ' ἕτερον θησαυρόν τι καὶ σωρὸν ἀποκρίνουσι τοῖς ἠθροισμένοις σπέρμασιν. Οἱ δὲ μύρμηκες, ὥσπερ οὖν ἐπισιτίσασθαι προϊόντες, τοῖς μεγίστοις ἕπονται· οἱ δὲ ἄγουσι στρατηγῶν δίκην, καὶ ἐς τὰ λήϊα ἐλθόντες, οἱ μὲν ἔτι νεαροὶ, τὴν καλάμην ὑφεστᾶσιν· οἱ δὲ ἡγεμόνες ἀνέρπουσι, καὶ τοὺς καλουμένους οὐραχοὺς τῶν καρπίμων διατραγόντες, τῷ δήμῳ τῷ κάτω ῥίπτουσιν· οἱ δὲ περιελθόντες, τοὺς μὲν ἀθέρας ἀποκόπτουσιν, ἐκλέπουσι δὲ τὰς τὸν πυρὸν στεγούσας καὶ περιαμπεχούσας φυλακίδας. καὶ μήτι ἀλοητοῦ δεόμενοι, μήτι ἀνδρῶν λικμῆσαι δυναμένων· μήτι μὴν ἐπεγομένων πνευμάτων, ἀποκρῖναι καὶ διασεῖσαι τὰς ἄχνας· καὶ τὸν καρπὸν, ἀνθρώπων ἀρούντων τι καὶ σπειρόντων, τροφὰς ἔχουσι. Καὶ τοὺς τεθνεῶτας δὲ μύρμηκας οἱ προσήκοντες ἐν ταῖς τῶν πυρῶν κηδεύουσι φυλακίσιν, ὡς πατέρας, ἢ πᾶν τὸ φίλιον ἐν τοῖς σωροῖς οἱ ἄνθρωποι· φασὶ δὲ αὐτοὺς, ὡς ἐν ταῖς πανσελήνοις οὐδὲ νύκτωρ βλακεύουσι, οὐδὲ ἐλινύουσι· ἀλλ' ἔχονται τῆς σπουδῆς ὦ ἄνθρωποι, μυρίας προφάσεις καὶ σκήψεις εἰς τὸ ῥᾳστωνεύεσθαι ἐπινοοῦντες.

9. Ἀγαθώνειος αὔλησις.] Ἡ μήτε χαλαρὰ, μήτε πικρὰ, ἀλλ' εὔκρατος καὶ ἡδίστη· ἄλλοις δὲ μαλακὴ καὶ ἐκλελυμένη. ἀπὸ Ἀγάθωνος αὐλητοῦ. οὗτος ἀγαθὸς ἦν τὸν τρόπον, καὶ ποθεινὸς τοῖς φίλοις· ἐκωμῳδεῖτο δὲ εἰς θηλύτητα.

10. Ἀγαθὴ καὶ μᾶζα μετ' ἄρτον.] Ἐπὶ

τῶν τὰ δεύτερά τισι διδόντων. Ὁμοία τῇ, Δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης.

11. Ἀγαθὸς ψάλτης, ἀγαθὸς ζωμοποιός.] Ὡς οὐδὲν διάφορον ἢ δι᾽ ὀργάνων φωνὴ ἡδονὴν ἐμποιεῖ, τῆς δι᾽ ὄψων καὶ ζωμοῦ σκευασίας. Ἀρχίδαμος γὰρ ὁ Ζευξίππου, πρὸς τὸν συνιστάντα ψάλτην καὶ εἰπόντα, οὗτος ἀγαθὸς ψάλτης ἐστὶν, εἶπε· παρ᾽ ἡμῖν δέ γε οὗτος, ἀγαθὸς ζωμοποιός. πρὸς δὲ τὸν ἐπαινοῦντα κιθαρῳδὸν καὶ θαυμάζοντα τὴν δύναμιν αὐτοῦ, Ὦ λῷστε, ἔφη, ποῖον γέρας παρὰ σοῦ τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἔσται· ὅταν οὕτως ἐπαινῇς.

12. Ἀγαθοῦ δαίμονος.] Ἔθος εἶχον οἱ παλαιοὶ, μετὰ τὸ δεῖπνον πίνειν ἀγαθοῦ δαίμονος, ἀπορροφοῦντες ἄκρατον καὶ τοῦτο δὲ τρίτον. καὶ ἡμέραν δὲ τὴν δευτέραν τοῦ μηνὸς οὕτως ἐκάλουν· καὶ ἐν Θήβαις ἦν ἡρῷον ἀγαθοῦ δαίμονος.

13. Ἀγαθὰ Κιλίκων.] Ἐπὶ τῶν ἀπὸ τῶν οὐ προσηκόντων πλουτούντων. Προδότης γάρ τις ὢν Κιλίκων, Μίλητον προδοὺς εὐπόρησεν. Ὁμοία ταύτῃ, καὶ ἡ, Ἀπὸ νεκρῶν φορολογεῖ.

14. Ἀγέλαστος πέτρα.] Ἐπὶ τῶν λύπης προξένων· ἐπ᾽ αὐτῆς γὰρ ἐκάθισεν, ὅτε ἐζήτει τὴν κόρην, ἡ Δημήτηρ.

15. Ἀγναπτότατος βάτος αὖος.] Ἐπὶ τοῦ σκληροῦ καὶ αὐθάδους τὸν τρόπον.

16. Ἁγνότερος πηδαλίου.] Ἐπὶ τῶν ἁγνῶς βιούντων· παρόσον ἐν θαλάσσῃ ἐστὶν ἀεὶ τὸ πηδάλιον.

17. Ἀγαθῶν ἀγαθίδες.] Ἐπὶ πολλῶν ἀγαθῶν λέγεται.

18. Ἁγνὴ γάμων.] Ἐπὶ τῶν σωφρόνων γυναικῶν· εἰρωνικῶς δὲ, καὶ ἐπὶ τῶν μὴ σωφρόνων.

19. Ἀγρὸς ἡ πόλις.] Ἐπὶ τῶν παρανομούντων. Ἐπίχαρμος· Ἀγρὸν τὴν πόλιν ποιεῖς.

De, ijs, qui ſecunda aliquibus dant. Huic ſimile, *Accipit & glebam erro.*

11. *Bonus cantor bonus cupediarius.*] Hinc dictum, quòd non minorem voluptatem inſtrumentorum muſicorum ſonus excitet, quam quæ ex obſonio ac iure eſculento ſcitè paratis conciliatur. Archidamus enim Zeuxippi filius quum quidam illi cantorem commendaret diceretque, Bonus hic cantor eſt: At apud nos, inquit ille, bonus cupediarius. Alij rurſum citharœdum laudanti, eiuſque in ea arte facultatem admiranti, Quodnam, inquit, præmium apud te vir optime hominibus probis erit, quando tu iſtum ita dilaudas?

12. *Boni genij hauſtus.*] Veteres pro more habebant, poſt conuiuium bibere boni genij nomine, trina vice vinum meracum obducentes. Qui & ſecundam menſis diem ita appellabant. Inſuper Thebis templum ſeu monumentum erat Heroi cuipiam dedicatũ, quod, *boni ingenij*, dicebatur.

13. *Cilicon bona.*] In eos, qui vnde minimè oportebat, diteſcunt. Proditor enim quidam, Cilicon nomine, Mileto abs ſe hoſtibus tradito, ad magnam opulentiam peruenit. Huic ſimilis parœmia: *à mortuis tributum cogit.*

14. *Riſus expers petra.*] De ijs, quæ triſtitiam conciliant. Illi enim petræ Ceres, dum filiam quæreret, inſedit.

15. *Rigidiſsimus rubus aridus.*] In hominem aſpero arrogantique ingenio.

16 *Purior clauo nautico.*] De ijs, qui caſte viuunt, quod illud continuò ſit in mari.

17. *Bonorum glomi.*] Vſurpatur de multis bonis.

18. *Pura à nuptijs.*] De mulieribus temperantibus; & per irriſionem etiam intemperantibus.

19. *Ager vrbs.*] De ijs, qui peruerſè quid faciunt. Epicharmus: *Agrum vrbem facis.*

Digitized by Google

20. *Forum lupinum.*] De celeriter venditis: translatione sumpta à lupo animali rapace.

21. *Forum Cercopum.*] De improbis & morum prauorum. Cercopes enim Ephesi fuere quidam impostores: qui etiam Iouem ipsum fallere conati sunt. Simile huic: *Lyci decima*: &, *Crobuli iugum.*

22. *Agyrrhius est, Pronomi barbam habens.*] De ijs, qui, cùm iudicijs præsint, turpiter tamen molles atque effæminati sunt. Agyrrhius præfectus militum Lemni fuit, qui poëtarum mercedem accîdit, & primus concionalem præbuit. Pronomus verò tibicen fuit, magnam habens barbam.

23. *Fures festum agunt.*] Venustissima syntaxis, & pro comico lepore satis docta: dicitur autem de intrepide furantibus.

24. *Canis per curiales ductus.*] De ijs, qui, vbi non oportet, inueniuntur. Canis enim inter curiales inuentus, vapulat.

25. *Geometriæ ignarus nullus ingrediatur.*] Hoc est, Nullus iniustus, siue iniquus. Geometria enim æqualitatem ac iustitiam quærit.

26. *Agri podex.*] De ijs, qui diligenter & assiduè rei cuipiam assident.

27. *Agresti olea infructuosior.*] De inutilibus. Est enim ἄγριππος, agrestis olea, siue arbor infructuosa.

28. *Agrestem ne contemnas oratorem.*] Admonet, ne viles quidem esse contemptui habendos.

29. *Certamen non admittit causationes.*] De illis, qui tergiuersando nihil proficiunt.

30. *Inflexibilior rubo arido.*] De homine sicco & moribus aspero.

20. Ἀγορὰ λύκιος.] Ἐπὶ τῶν ταχέως πιπρασκομένων· ἐκ μεταφορᾶς τοῦ ζώου· ἁρπακτικὸν γάρ.

21. Ἀγορὰ Κερκώπων.] Ἐπὶ τῶν πονηρῶν καὶ κακοήθων. Κέρκωπες γάρ τινες ἀπατεῶνες ἐγένοντο ἐν Ἐφέσῳ, οἳ καὶ τὸν Δία ἐξαπατῆσαι πεπειράνται, ὁμοία τῇ, Λύκων δέκας· καὶ, Κρωβύλου ζεῦγος.

22. Ἀγύρριός ἐστι, Πατρονόμου πώγων' ἔχων.] Ἐπὶ τῶν ψηφιζομένων καὶ ὀπυομένων. οὗτος στρατηγὸς ἦν ἐν Λήμνῳ καὶ τὸν μισθὸν τῶν ποιητῶν συνέτεμε, καὶ πρῶτος ἐκκλησιαστικὸν δέδωκεν. οὗτος δὲ Πατρόνομος αὐλητὴς ἦν, μέγαν ἔχων πώγωνα.

23. Ἄγουσιν ἑορτὴν οἱ κλέπται.] Χαριεστάτη ἡ σύνταξις, καὶ ἱκανῶς πεπαιδευμένη, κατὰ κωμῳδικὴν χάριν. Λέγεται δ' ἐπὶ τῶν ἀδεῶς κλεπτόντων.

24. Ἀγόμενος διὰ φρατόρων κύων.] Ἐπὶ τῶν ὅπου μὴ δεῖ εὑρισκομένων. ἐν γὰρ τοῖς φράτορσι κύων εὑρεθεὶς τιμωρεῖται.

25. Ἀγεωμέτρητος μηδεὶς εἰσίτω.] Ἀντὶ τοῦ ἄδικος καὶ ἄνισος. ἡ γὰρ γεωμετρία τὴν ἰσότητα καὶ τὴν δικαιοσύνην ζητεῖ.

26. Ἀγροῦ πυγή.] Ἐπὶ τῶν λιπαρῶς καὶ ἐπιμόνως ᾧ τινι δὴ ἔργῳ προσκαθημένων.

27. Ἀγριέππου ἀκαρπότερος.] Ἐπὶ τῶν ἀνωφελῶν· ἔστι δὲ ἄγριππος, ἡ ἀγριέλαια, ἢ δένδρον ἄκαρπον.

28. Ἀγροίκου μὴ καταφρόνει ῥήτορος.] Ὑποθετική, ὅτι μηδὲ τῶν εὐτελῶν χρὴ καταφρονεῖν.

29. Ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις.] Ἐπὶ τῶν μηδὲν ὀνιναμένων εἰ σκήψαιντο.

30. Ἀγναμπτότερος βάτου αὔου.] Ἐπὶ τοῦ ξηροῦ καὶ αὐθάδους τὸν τρόπον.

31. Ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα πρὸς ἔλεον βλεπόντων.

32. Ἀγαμέμνονος θυσία.] Ἐπὶ τῶν δυσπειθῶν καὶ σκληρῶν. θύοντος γὰρ Ἀγαμέμνονος, ὁ βοῦς φυγὼν, μόλις ἐλήφθη. Ἢ ὅτι τὴν ἑαυτοῦ ἐβούλετο Ἀγαμέμνων θυσιᾶσαι θυγατέρα, ἣ δ' ἔφυγε.

33. Ἀγαμεμνόνεια φρέατα.] Ἐπὶ τῶν ἐλευθερίων. Ἀγαμέμνων γὰρ παρὰ τὴν Αὐλίδα καὶ τὴν ὅλην Ἑλλάδα φρέατα ὤρυξεν.

34. Ἄιδε τὰ Τέλληνος.] Ἐπὶ τῶν σκωπτικῶν. Τέλλην γὰρ αὐλητὴς ἐγένετο, ὃς παίγνια κατέλιπε χάριν ἔχοντα.

35. Ἅδου πρωκτῷ περιπέσῃς.] Ἤγουν τελευτήσῃς.

36. Ἄδικος δικαστὴς μεμολυσμένη συνείδησις.]

37. Ἀδικείτω μοι πλούσιος, καὶ μὴ πένης.] Ῥᾷον φέρειν γὰρ κρειττόνων τυραννίδα.

38. Ἄδακρυς πόλεμος.] Ἐπὶ τῶν ῥᾷστα καὶ παρ' ἐλπίδα τὰ πράγματα κατορθούντων. χρησμὸς γὰρ ἐδόθη Λακεδαιμονίοις, ἄδακρυν μάχην νικῆσαι. ὅθεν οὐδὲ εἷς τηνικαῦτα τούτων ἀπέθανεν.

39. Ἀδεὲς δέος δέδοικας.] Ἐπὶ τῶν μάτην δεδιότων.

40. Ἀδράστεια νέμεσις.] Ἐπὶ τῶν πρότερον μὲν εὐδαιμονησάντων, ὕστερον δὲ δυστυχησάντων. τῶν γὰρ ἀπογόνων Θηβαίοις ἐπιστρατευσάντων, μόνος Αἰγιαλεὺς ἀπώλετο Ἀδράστου παῖς. Ἄλλοι δὲ λέγουσι, τὴν Ἀδράστειαν εἶναι τὴν αὐτὴν τῇ Νεμέσει· λαβεῖν δὲ τοὔνομα ἀπὸ Ἀδράστου τινὸς βασιλέως, ἐκ τινων μαντικῶν ἱδρυσαμένου ἱερὸν Νεμέσεως· ὃ προσαγορευθῆναι μετὰ ταῦτα Ἀδραστείας, ὡς Ἀντίμαχος ἐν τούτοις δηλοῖ·

Ἔστι δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεός· ἣ τάδε πάντα

31. *Vir bonus in lachrimas facilis.*] De hominibus in commiſerationem valde propenſis.

32. *Agamemnonis hoſtia.*] In homines quibus non facilè quid perſuadetur, & præfractos. Agamemnone enim ſacrificante, bos fugiens, vix receptus eſt. Aut inde parœmia quod cum ſuammet filiam ille immolare vellet, illa aufugerit.

33. *Agamemnonij putei.*] De hominibus liberalibus. Agamemnon enim in Aulide totaque Græcia puteos fodit.

34. *Cane Tellenis cantiones.*] In dicaces. Fuit enim Tellen tibicen, qui lepidos quoſdam ingenij luſus reliquit.

35. *In Orci podicem incidas.*] Hoc eſt moriaris.

36. *Iniuſtus Iudex, polluta conſcientia.*]

37. *Iniquus in me diues eſto, non inops.*] Potentiorum nam minùs graue eſt iugum.

38. *Sine lachrimis bellum.*] De ijs, qui facillimè & præter ſpem negotia ſua rectè conficiunt. Oraculum enim Lacedæmonijs datum fuit, fore vt pugnâ ſine lachrimis eſſent ſuperiores : vnde nec quiſquam illorum tum temporis occubuit.

39. *Timorem timoris expertem timuiſti.*] In fruſtra metuentes.

40. *Adraſtea Nemeſis.*] De ijs, quorum quum antea res proſperæ fuiſſent, poſtea in calamitates inciderunt. Bellum enim in Thebanos Adraſti poſteris monentibus ſolus Ægialeus Adraſti filius in eo perijt. Alij Adraſteam eamdem cum Nemeſi eſſe dicunt, nomenque ab Adraſto rege, qui oraculis quibuſdam admonitus, Nemeſi huic templum ædificauit, accepiſſe aiunt, quod poſteà Adraſteæ eſt appellatum. Id quod Antimachus his verſibus declarat:

Eſt Nemeſis Dea magna: tenet namque omnia Diuûm

Munere.

Digitized by Google

Munere. Cui pingues aras exstruxit Adrastus,

AEsopi primus liquidas ad fluminis vndas.

Hic colitur Diua , & nunc Adrastea vocatur.

Demetrius verò Sceptius, Adrasteam Dianam esse, asserit, ab Adrasto quopiam, qui templum illi condidit.

41. *Cantas.*] Hoc est, temerè nugaris.

42. *Cantas ad myrtum.*] Moris erat, vt, qui in conuiuio canere ad cytharam non posset, lauri aut myrti ramo sumpto, ad illum accineret.

43. *Adonidis horti.*] De hortis parum durantibus & præmaturis, quique radices non egerunt. Propterea enim quod Adonis, vt est in fabulis, Veneris amore captus, ante pubertatem perijt: Ideo viri mulieresque Orgia Veneri celebrantes, hortos in vasis seu receptaculis quibusdam plantabant. Qui quum radices non haberent, celeriterque emarcescerent, Adonidis hortos illos appellarunt.

44. *Manus manum lauat.*] Epicharmi apophtegma in Auaros.

45. *Canis tamquam Delum nauigans.*] De illis, qui voluptatibus addicti & absque sollicitudine sunt.

46. *Frater viro adsit.*] Necessarios præ reliquis honorandos esse.

47. *Iniuria probos afficit, qui malis parcit.*] Qui iniustos puniunt, alios, ne iniustitiam committant, prohibent. *Isæi.*

48. *Currus edax.*] De edacibus.

Et:

49. *Edax triremis.*] Nempe sumptuosa.

Sic:

50. *Edax lucerna.*]

Πρὸς μακάρων ἔλαχεν· βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος

Ἄδρηστος, ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο.

Ἐνθάδε τιμᾶταί τε, καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται.

Δημήτριος δὲ ὁ Σκήψιος, Ἄρτεμίν φησιν εἶναι τὴν Ἀδράστειαν, ὑπὸ Ἀδράστου τινὸς ἱδρυμένην.

41. Ἄιδεις ἔχων.] μάτην λέγων ληρεῖς.

42. Ἄιδεις πρὸς μυῤῥίνην.] Ἔθος ἦν, τὸν μὴ δυνάμενον ἐν συμποσίῳ ᾆσαι, δάφνης κλάδον ἢ μυῤῥίνης λαβόντα, πρὸς τοῦτον ᾄδειν.

43. Ἀδώνιδος κῆποι.] Ἐπὶ τῶν ὀλιγοχρονίων καὶ ἀώρων, καὶ μὴ ἐῤῥιζωμένων. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ἄδωνις ἐρώμενος ὤν, ὡς ὁ μῦθος, τῆς Ἀφροδίτης, πρὸ ἥβης τελευτᾷ· οἱ ταύτῃ ὀργιάζοντες, κήπους εἰς ἀγγεῖά τινα φυτεύοντες, ἢ φυτεύουσαι, ταχέως ἐκείνων διὰ τὸ μὴ ἐῤῥιζῶσθαι μαραινομένων, Ἀδώνιδος αὐτοὺς ἐκάλουν.

44. Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει.] Ἐπιχάρμου ἀπόφθεγμα κατὰ φιλαργύρων.

45. Ἄιδεις ὥσπερ εἰς Δῆλον πλέων.] Ἐπὶ τῶν φιληδόνων καὶ ἀφροντίστων.

46. Ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη.] Ὅτι προτιμητέον τοὺς οἰκείους.

47. Ἀδικεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ὁ φειδόμενος τῶν κακῶν.] Ὅσοι τοὺς ἀδικοῦντας κολάζουσιν, οὗτοι τοὺς ἄλλους ἀδικεῖσθαι κωλύουσι. Ἰσαίου.

48. Ἀδδηφάγον ἅρμα.] Ἐπὶ τῶν γαστριμαργούντων.

Καί·

49. Ἀδδηφάγος τριήρης.] Ἡ πολυτελής.

Καί·

50. Ἀδδηφάγος λύχνος.]

Καί·

καί·

51. Ἀδδηφάγον πεντηκόντορον.] Φίλιστος. Λέγοιεν δ' ἂν οὗτοι, τὰς ἐντελομίσθους καὶ πολλὰ ἀναλισκούσας· ἔοικε δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἵππων τῶν τελείων καὶ ἀγωνιστῶν λέγεσθαι, οὕς τινες εἰώθεσαν ἔδμεναι ἄδδην, κατὰ τὴν ποιητήν. Ἀλκαῖος δὲ ἐν τῇ κωμῳδοτραγῳδίᾳ τοὺς πότους λύχνους, ἀδδηφάγους εἶπεν. καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις· τί γάρ μοι τὸν πότην ἧπτες λύχνον.

52. Ἁ δὲ μελέτα φύσιος ἀγαθᾶς πλεῦρα δωρεῖται φίλοις.] Ἐπιχάρμου ἡ γνώμη.

53. Ἀδαπάνητός ἐστι τῆς εὐποιΐας ὁ πλοῦτος.] Ἐν τῷ διδόναι γὰρ λαμβάνεται, καὶ ἐν τῷ σκορπίζειν συνάγεται. Θεσπίδου.

54. Ἀεὶ κολοιὸς παρὰ κολοιὸν ἱζάνει.] Ἐπὶ τῶν ὁμοίοις προσομιλούντων. Οἱ περὶ Ἀδρίαν οἰκοῦντες Ἐνετοί, ὅταν ἀρότρου καὶ σπόρου ὥρα ἦν, τοῖς κολοιοῖς ἀπέστελλον δῶρα, ψαιστὰ καὶ μάζας. Βούλεται δὲ τὰ δῶρα, μειλίγματα τοῖς κολοιοῖς εἶναι, καὶ σπονδῶν ὁμολογίαι· ὡς ἐκείνους τὸν καρπὸν τὸν Δημήτριον μὴ ἀνορύττειν, μηδὲ παρεκλέγειν καταβληθέντα εἰς γῆν· καὶ οἱ μὲν ἀναχωροῦσι· τὰ δὲ τῶν κολοιῶν νέφη, δύο ἢ τρεῖς, κατὰ τοὺς πρέσβεις τοὺς ἐκ τῶν πόλεων, πέμπουσι, κατασκεψαμένους τῶν ξενίων τὸ πλῆθος. οἵπερ οὖν καὶ ἐπανίασι θεασάμενοι, καὶ καλοῦσιν αὐτοὺς ᾗ πεφύκασιν, οἱ μὲν καλεῖν οἱ δὲ ὑπακούειν· ἐρχόμενα δὲ κατὰ νέφη, ἐὰν μὲν γεύσωνται τῶν προειρημένων, ἴσασιν οἱ Ἐνετοί, ὅτι ἄρα αὐτοῖς πρὸς τοὺς ὄρνιθας τοὺς προειρημένους, ἔνσπονδά ἐστιν. ἐὰν δὲ ὑπερίδωσι καὶ ἀτιμάσαντες ὡς εὐτελῆ μὴ γεύσωνται, πεπιστεύκασιν οἱ ἐπιχώριοι ὅτι τῆς ἐκείνων ὑπεροψίας ἐστὶν αὐτοῖς λιμὸς τὸ τίμημα. Ἄγευστοι γὰρ ὄντες οἱ

Et:

51. *Edax nauigium quinquaginta remorum.*] Philistus: Dixerint autem illi ἀδδηφάγους triremes, quæ integras mercedes accipiunt, quæque multa consumunt. Videtur autem hæc locutio à translatione equorum præstantiorum, quorumque in certamine vsus est, duci: quod plurimum edere iuxta Poëtam consueuerint. Alcæus autem in Comœdotragœdia, non ἀδδηφάγους sed πότους λύχνους, hoc est bibulas lucernas, dixit: vt etiam Aristophanes in Nubibus: *Cur enim mihi bibulam accendisti lucernam?*

52. *Exercitatio proba naturæ, latera prabet amicis.*] Epicharmi sententia.

53. *Benignitatis numquam opes absumpseris.*] Largiendo enim accipit, & dispergendo colligit. Thespide.

54. *Monedulæ semper monedula assidet.*]De ijs, qui cum sui similibus versantur. Veneti qui ad mare Adriaticum accolunt, quum iam tempus aratri & sementis faciendæ adesset, monedulis dona mittebant, placentas & liba: quibus quidem donis hoc agebatur, vt velut placamenta quædam essent & induciarum pacta conuenta: ne illæ Cereris fructum terræ commissum effoderent sublegerentque: quo facto illi quidem discedunt, ceterum monedularum nubes, duas aut tres iuxta morem legatorum qui ex vrbibus mitti solent, hospitalium munerum copiam inspecturas, ex suis amandant. Quibus inspectis, redeunt, atque illas qua voce inter se vti atque inuicem intelligere innatum est, accersunt. Venientes autem nubium instar, si quæ diximus gustauerint, intelligunt Veneti sibi cum volucribus illis confœderationẽ esse: sin illa contemserint, & tanquam vilia cum dedecore despexerint, minimèque gustauerint; credunt indigenæ, talem illarum despectum, famem sibi pro mulcta allaturum. Quippe ieiunæ monedulæ, quæque,

Digitized by Google

τὸν ὄροφον, ὃ τινες ἀέτωμα καλοῦσιν. Ἀριστοφάνης Ὄρνισι· Τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας ἐρέψομεν πρὸς ἀετόν.

62. Ἀετὸς ἐν νεφέλαις.] Ἐπὶ τῶν δυσαλώτων. οὐ γὰρ ἁλίσκεται ἐν νεφέλαις ὁ ἀετὸς, καὶ δίψους ἀμείνων ἐστὶ, καὶ καμάτου φάρμακον οὐκ ἀναμάξας προσθεὶς ἔξωθεν· ὑπερφρονῶν δὲ καὶ ὑδάτων καὶ τῆς ἀναπαύσεως, τὸν ἀέρα τέμνει πολὺ, καὶ ὀξύτατα ὁρᾷ ἐκ πολλοῦ τοῦ αἰθέρος. τῶν δὲ νεοττῶν αὐτοῦ ἐὰν μὲν σκαρδαμύξῃ τις, τὴν αὐγὴν τῆς τοῦ Ἡλίου ἀκτῖνος δυσωπούμενος, ἐξεώθη τῆς ἑστίας. εἰ δ᾽ ἀντιβλέψῃ καὶ μάλα ἀτρέπτως, ἀμείνων ἐστὶν ὑπονοίας, καὶ τοῖς γνησίοις ἐγγράφεται. ἐπεὶ αὐτῷ πῦρ τὸ οὐράνιον ἡ τοῦ γένους ἀδέκαστός τι καὶ ἄγραπτος ἀληθῶς ἐγγραφή ἐστιν.

63. Ἀετοῦ γῆρας, κορύδου νεότης.] Παρόσον καὶ γηράσκων ἀετὸς κρείττων ἐστὶν νεαζόντος ὄρνιθος. Λέγεται δὲ τὸν βίον ἀετὸς καταστρέφειν, τῆς καμπῆς τοῦ ἄνω χείλους πρὸς τὸ κάτω, χρόνῳ συγκαμψάσης.

64. Ἀετὸς θρῖπας ὁρᾷ.] Ἐπὶ τῶν καταφρονούντων τῶν μικρῶν.

65. Ἀετὸς εἰς θήραν.] Ἐπὶ τῶν ἐπιτηδείως πρός τι ἐχόντων.

66. Ἀεί με τοιοῦτοι πόλεμοι διώκοιεν.] Ἐπὶ τῶν καταφρονούντων τινῶν. ὁμοία τῇ, Ἐγὼ πολλῶν θηρίων ψόφους ἀκήκοα.

67. Ἀεὶ φέρει τι Λιβύη κακόν.] Ἐπὶ τῶν ἀεὶ ἐξευρισκόντων τι νέον κακόν.

68. Ἀετὸν κάνθαρος μαιεύεται.] Ἐπὶ τῶν κακῶς ὑπό τινων παθόντων. τὰ γὰρ ᾠὰ τοῦ ἀετοῦ ἀφανίζει κυλίων ὁ κάνθαρος.

69. Ἄδηλος πλοῦτος, ὅτι τυφλός.] Ἐπὶ τῶν κεκτημένων τι καλὸν ἄδηλον.

70. Ἀζάνια κακά.] Ἐπὶ τῶν κακοῖς διηνεκῶς προσπαλαιόντων. Ἀζάνη γὰρ τόπος σκληρὸς καὶ τοῖς γεωργοῖς ἀπροσπόριστος.

ἀέτωμα vocant. Aristophanes in Auibus: *Vestras domos ad culmina tegemus.*

62. *Aquila in nubibus.*] De rebus captu difficilibus. Neque enim aquila in nubibus capi solet; cùm nec siti vincatur, neque adhibito exteriùs contra lassitudinem medicamine vtatur. Pluuiam autem contemnens & quietem, continuo aëra scindens volitat, & acutissimè è longinquo æthere cernit. Pullorum autem suorum si quis ad fulgorem solaris radij oculis nictetur, illum suspectum habens, ex nido expellit & deturbat. qui autem contrà oculis immobilibus illum intuetur, omni suspicione maior inter germanos adscribitur: cū illi cœlestis ille ignis, generis incorrupta veraq; sine inscriptione adsertio sit.

63. *Aquilæ senectus, Corydi iuuentus.*] Nempe quod aquila etiam vetula præstantior sit hac auicula, licet iuuene. Dicitur autē aquila vitam amittere, quando rostri pars superior quæ adunca est, ad partem inferiorem cum tēpore incuruatur.

64. *Aquila thripas videt.*] De ijs qui parua despiciunt.

65. *Aquila in venationem.*] De ijs, qui ad rem quampiam perficiendam sunt aptissimi aut instructissimi.

66. *Tales me semper persequantur hostes.*] De ijs, qui quospiam contemnunt. Huic similis: *Ego multarum belluarum strepitus audiui.*

67. *Semper Africa aliquid fert mali.*] In eos, qui semper aliquid noui mali comminiscuntur.

68. *Aquilæ scarabæus obstetricatur.*] In eos, qui damnum & iniuriam ab alijs accipiunt. Scarabæus enim aquilæ oua euertendo perdit.

69. *Diuitiæ cæcæ nō expetendæ.*] In eos, qui præclari quidpiam, sed secretò, possident.

70. *Azanea mala.*] De ijs, qui perpetuò cum malis colluctantur. Azane enim locus est asper & agricolis infructuosissimus.

Digitized by Google

71. *Accizare mihi videris.*] Acco mulier quædam fuit ob stultitiam traducta: quæ cum sese in speculo contemplaretur, vmbram suam, tanquam aliam quampiam, alloquebatur.

72. *Luciniæ confabulationibus insidentes.*] In verbosos garrulosque.

73. *Mineruæ felem.*] Parœmia in eos vsurpata, qui perperàm meliora deterioribus comparant propter paruam aliquam similitudinem: vt si quis quòd cæsius sit ælurus, illum cum Pallade conferat.

74. *Os ostio carens.*] In garrulos.

75. *Immortale malum est fœmina & necessarium.*] Philemonis.

76. *Athos obumbrat Lemniæ latus bouis.*] Quod in Lemno bos esset ex albo confectus lapide, quem Athos mons obumbrat. Dicitur autem in illos qui molestia aut damno aliquos afficiunt.

77. *Tranquillum aërem remigio pulsas.*] De frustrà laborantibus.

79. *Charetis promissa.*] In eos, qui promptè aliquid facturos se pollicentur.

79. *AEgistei saltus.*] De magnanimis. Callisthenes, libro secundo transformationis hæc de illo alibi refert: quod quum Celænis Phrygiæ vrbe ob iram Iouis Idæi, terræ hiatus, aquæ illuuione factus, multas domos vnà cum hominibus in profundum traxisset; populo periclitante Midam regem oraculum accepisse, terram ita demum coituram, si in illam voraginem, quod in vita humana est præstantissimum, projiceret. Celænitibus autem aurum, argentum, mundumque muliebrem eò conjicientibus, neque malo tamen desinente, Ægisteus Midæ filius secum reputans, nihil in vita pretiosius

71. Ἀκκίζεσθαί μοι δοκεῖς.] Ἀκκὼ γυνή τις ἦν ἐπὶ μωρίᾳ διαβαλλομένη. ἥτις, ἐσοπτριζομένη, τῇ οἰκείᾳ σκιᾷ, ὡς ἑτέρᾳ, διελέγετο.

72. Ἀηδόνες λέσχαις ἐγκαθήμεναι.] Ἐπὶ τῶν ἀδολεσχούντων.

73. Ἀθηνᾷ τὸν αἴλουρον.] Ἐπὶ τῶν κακῶς συγκρινόντων τὰ κρείττονα τοῖς ἥττοσι, διὰ μικρὰν ὁμοιότητα, ἡ παροιμία εἴρηται. ὡς εἴ τις διὰ γλαυκότητα τὸν αἴλουρον τῇ Ἀθηνᾷ συμβάλλοι.

74. Ἀθύρωτον στόμα.] Ἐπὶ τῶν πολυλόγων.

75. Ἀθάνατόν ἐστι κακὸν ἀναγκαῖον, γυνή.] Φιλήμονος.

76. Ἄθως καλύπτει πλευρὰ Λημνίας βοός.] Ἐπεὶ ἐν Λήμνῳ βοῦν λευκοῦ πεποιημένην λίθου ὁ Ἄθως τὸ ὄρος ἐπισκιάζει. λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν λυπούντων τινὰς ἢ βλαπτόντων.

77. Αἰθέρα νήνεμον αἰρήσεις.] Ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων.

78. Αἱ Χάρητος ὑποσχέσεις.] Ἐπὶ τῶν προχείρως ἐπαγγελλομένων ποιῆσαι τόδε ἢ τόδε τι.

79. Αἰγιστέου πήδημα.] Ἐπὶ τῶν μεγαλοψύχων. Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ μεταμορφώσεως ὧδέ πῃ περὶ τούτου φησίν· ὅτι κατὰ Κελαινὰς πόλιν τῆς Φρυγίας, διὰ μῆνιν Ἰδαίου Διὸς, χάσμα μεθ' ὕδατος γενόμενον, πολλὰς οἰκίας αὐτάνδρους εἰς τὸν βυθὸν καθείλκυσε· τοῦ δὲ δήμου κινδυνεύοντος, Μίδας ὁ βασιλεὺς χρησμὸν ἔλαβε, συνελεύσεσθαι τὴν γῆν, ἐὰν εἰς τὸ βάραθρον βάλῃ τὸ τιμιώτατον ἐν ἀνθρωπίνῳ βίῳ· τῶν δὲ Κελαινιτῶν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, καὶ τὸν κόσμον τῶν γυναικῶν εἰς τὸ χάσμα ῥιψάντων, καὶ μηδ' οὕτω τοῦ κακοῦ λήγοντος, Αἰγίστεος ὁ υἱὸς τοῦ Μίδα, λογισάμενος μηδὲν εἶναι τιμιώτερον ἐν βίῳ ψυχῆς, ἀναπηδήσας καὶ δοὺς περι-

περιπλοκὰς τῷ γεννήσαντι, καὶ ἀποταξάμενος τῇ γυναικὶ Θιμοθέᾳ, μεθ' ὁρμῆς ἔφιππος εἰς τὸν τόπον τοῦ χάσματος ἠνέχθη.

80. Αἰγιεῖς οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι.] Ἐπὶ τῶν παντελῶς εὐτελῶν καὶ μικρῶν. ἐρωτώντων γάρ τινων, τίνες κρείττους τῶν Ἑλλήνων· τοῦτό τινες ἀπεφθέγξαντο, Αἰγιεῖς οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι.

81. Αἰγὸς τρόπος.] Ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς ἐπιφερόντων κακά· ἀπὸ Κορινθιακῆς παροιμίας·

82. Ἡ αἲξ δοῦσα τὴν μάχαιραν.] Οὕτω γὰρ λέγεται, Κορινθίων Ἥρᾳ Ἀσκραίᾳ θυόντων, ἣν λέγεται ἱδρύσαι Μήδειαν, οἱ ἐν τῇ παρόχῳ μεμισθωμένοι, γῇ κρύψαντες τὴν μάχαιραν, ἐσκήπτοντο ἐπιλελῆσθαι. Ἡ δὲ αἲξ αὐτὴν τοῖς ποσὶν ἀνεσκάλευεν. Πτύελον ἀνθρώπου θανατηφόρον εἶναι λέγοντες ζώῳ ἑτέρῳ, καλῶς ἴσασιν αἶγες, καὶ φυλάττονται. μέλλουσα δὲ ἡ αἲξ ἀποσφάττεσθαι, σαφῶς οἶδε· καὶ τὸ μαρτύριον, οὐκ ἂν ἔτι τροφῆς προσάψαιτο. Λέγουσιν Ἄραβες, ὅτι τὰ παρ' αὐτοῖς ποίμνια πιαίνεται ὑπὸ μουσικῆς μᾶλλον ἢ ὑπὸ τοῦ χιλοῦ. τὸ δὲ ἁλμυρῶν ἐσθίειν, ἥδιον· ποιεῖται γὰρ τὴν τοιαύτην τροφὴν, ποτοῦ ὄψον. Τάγε μὴν πρόβατα κἀκεῖνο οἶδεν, ὅτι αὐτοῖς ὁ Βορρᾶς καὶ ὁ Νότος συμμάχονται πρὸς τὸ τίκτειν, οὐ μεῖον τῶν ἀναβαινόντων αὐτὰ κριῶν. οἶδε καὶ, ὅτι ὁ μὲν Βορρᾶς ἀρρενοποιός ἐστιν, ὁ δὲ Νότος θηλυγόνος. καὶ ἐὰν δέηται τοῦ γόνου τοῦδε ἢ τοῦδε, ἐχομένη ἡ ὄϊς πρὸς τὸν ἀπέβλεψεν ἢ πρὸς τόν. Ἀχιλλεὺς μὲν οὖν, ἵνα ὁ φίλος αὐτοῦ κείμενος ἐπὶ τῆς πυρᾶς καυθῇ, καὶ εὐχῆς ἐδεῖτο, καὶ ἡ Ἶρις παρεκάλει τοὺς ἀνέμους αὐτῷ, ὦ καλὲ Ὅμηρε. αἱ δὲ ὄϊς ἀπραγμόνως τοὺς ἀνέμους εἰς ὠδῖνα σφετέραν ὑπηρέτας ἀκλήτως ἔχουσι. σκοποὶ δὲ ἄρα τούτων καὶ ποιμένες ἀγαθοί.

anima, patrem amplexus, & Timotheæ vxori valedicto, cum impetu sese in locum, quo terra discesserat, equo insidens, præcipitauit.

80. *AEgienses neque tertij, neque quarti.*] In homines viles, ac prorsus nullius neque frugis neque pretij. Nam cum quidam percunctarentur, quinam Græcorum essent præstantissimi; responderunt illis: Ægienses neque tertij, neque quarti.

81. *Capræ mos.*] De ijs, qui ipsi sibi exitium & interitum accersunt. A Corinthiaco desumptum prouerbio, quo dicitur:

82. *Capra gladium præbens.*] Fama est, Corinthijs Iunoni Ascreæ, cui Medea statuam posuisse fertur, sacrificantibus, eos qui in vicinia habitabant, mercede conductos cultrum occultasse, modisque omnibus vt lateret annixos: quem tamen capra pedibus fodicando eruit. Saliuam hominis alijs animantibus esse noxiam, quum exactè sciant capræ, ab ea sibi cauent. quin & quando iam mactanda sit, manifestè nouit capra. Cuius rei argumentum est, quod tum non amplius pabulum attigerit. Aiunt Arabes, greges suos musicâ magis quam cibo pinguescere. Salsis autem vesci, illis iucundissimum. Fit enim, vt talis alimonia eis in potum sit condimentum. Est & hoc ouibus cognitum, Boream Notumque ad fœtum concipiendum non minus ipsis auxilio esse, quam ipsos arietes à quibus ineuntur. Item hoc, Boream masculo fœtui generando; Notum autem fæminino adminiculari. Proinde quando huius aut illius generis indiget, ouis ad hunc aut illum ventum gradiens aspicit. Et Achilles quidem, quo amicus in pyra iam positus cremaretur, prece, votisque indigebat; & Iris ventos illi aduocabat, bone Homere: oues verò sine labore ventos etiam non inuocatos ad partũ suum administros habent. Cuius rei pastores etiam curam gerunt.

83. *Capra*

83. *Capra Scyria.*] Multum quidem lactis ferunt illæ capræ; cæterùm dum mulgentur, mulctras euertunt.

84. *Oedipi imprecationes.*] In eos, qui maximis infortunijs diuexantur.

85. *Sanguine flere.*]De ijs, qui, quum omnia facerent vt aliquid cuipiam persuaderent, tamen id facere non possent, veteres hoc modo loquebantur: Non persuadeas illi, vel si sanguine fleas. Dicunt etiam, Vel si sanguine quis gemat, non persuaserit.

86. *Tolle calcar.*] De ijs, qui in vindictam imminent.

87. *Pedem luto extrahere.*]In illos, qui, quo se difficultatibus expediant, consultant. Dicitur etiam:

88. *Pedem extra culpam siue crimen aut accusationem extrahere.*]

89. *Inutilis rebus pudor nempe in malis.*] Sophoclis admonitio.

90. *Semper anteriora meliora.*] De ijs, qui, cùm primò prospera vsi fuerint fortuna; posteà aduersa exagitantur.

91. *Statuis ab ipsis hic farinas exigit.*] In eos, qui nullo compassionis & commiserationis affectu tanguntur.

92. *AEzioneus alius.*] *AEzones populus* erat familiæ Cecropidæ. Comici autem in maledicos torquebant. vnde & maledicere αἰζωνεύεσθαι vocabant. Vt Menander in Cistophoro. Plato autem in tractatu de Fortitudine: Nihil ad ista dicam, quum tamen possim; ne me dicas Azonea esse: nempe maledicum. Hinc ergo parœmia.

93. *Tollam citò.*] Hoc vti solent ij, qui operâ suâ alijs adesse & subuenire sunt parati.

94. *Reuereor amicitiam senescens.*] De ijs, qui in senecta ætate munditer se gerunt

95. *AEthiops non albescit.*] In eos, qui mutari nequeunt.

96. *Captantes capti sumus.*] In eos,

83. Αἲξ Σκυρία.] Πολυγάλακτοι δὲ αὗται. ἐν τῷ καιρῷ δὲ τῆς ἀμολγῆς ἀνατρέπουσι τὰ ἀγγεῖα.

84. Αἱ Οἰδίποδος ἀραί.] Ἐπὶ τῶν μεγάλως δυστυχούντων.

85. Αἵματι κλαίειν.] Ἐφ᾽ ὧν μὴ δυνάαιντο πεῖσαι πάντα πράττοντες, οὕτως ἔλεγον οἱ παλαιοί. οὐδ᾽ αὖ πείσῃ αὐτὸν, οὐδ᾽ αἵματι κλαίων. λέγουσι δὲ καὶ, οὐδ᾽ αὖ αἵματι στένων, πείσειεν.

86. Αἶρε πλῆκτρον.] Ἐπὶ τῶν εἰς ἄμυναν αὐτικινουμένων.

87. Αἴρειν ἔξω πόδα πηλοῦ.] Ἐπὶ τῶν βουλευομένων μὴ ἐν πράγμασιν εἶναι. λέγεται δὲ καί·

88. Αἴρειν ἔξω πόδα αἰτίας.

89. Αἰδὼς γὰρ ἐν κακοῖσιν οὐδὲν ὠφελεῖ.

90. Αἰεὶ τὰ πέρυσι βελτίω.] Ἐπὶ τῶν πρῶτον μὲν εὐδαιμονούντων, ὕστερον δὲ δυστυχούντων.

91. Αἰτεῖ καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἄλφιτα.] Ἐπὶ τῶν ἀσυμπαθῶν.

92. Αἰζωνεὺς ἄλλος.] Αἰζωνεῖς δῆμος τῆς φυλῆς τῆς Κεκροπίδος. ἐκωμῳδοῦντο δὲ εἰς βλασφήμους· ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ κακῶς λέγειν, αἰζωνεύεσθαι ἔλεγον. Μένανδρος ἐν Κανηφόρῳ. Πλάτων ἐν τῷ περὶ ἀνδρείας φησίν· Οὐδὲν ἐρῶ πρὸς ταῦτά γε, ἔχων εἰπεῖν· μή μοι εἴπῃ Αἰζωνέα εἶναι· ἤτοι βλάσφημον. ἐντεῦθεν ἡ παροιμία.

93. Αἰρήσω τάχα.] Οἱ πειρώμενοι μετελθεῖν ἔργῳ τινὰς, εἰώθασι ταύτην λέγειν.

94. Αἰσχύνομαι τὴν φιλότητα γηράσκων.] Ἐπὶ τῶν διὰ γῆρας διακοσμιῶν.

95. Αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται.] Ἐπὶ τῶν ἀμεταβλήτων.

96. Αἱροῦντες ᾑρήμεθα.] Ἐπὶ τῶν

τῶν ἐλπισάντων κρατήσειν τινῶν, εἶθ' ὑπ' ἐκείνων ἁλόντων.

97. Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν κενεόν τε νέεσθαι.]

98. Αἰθίοπα σμήχεις.] Ὁμοία τῇ·

99. Χύτρας ποικίλλεις. Ὠὸν τίλλεις.

100. Αἰσχύνη πόλεως, πολίτου ἁμαρτία.] Ἐξ ἀποφθέγματος.

qui se victores aliorum fore sperantes, in eorum mox potestatem redacti sunt.

97. *Turpe est & mansisse diu vacuumque redire.*]

98. *Aethiopem lauas.*] Simile huic:

99. *Ollas exornas, ouum vellis.*]

100. *Dedecus vrbis, ciuis delictum.*] Ex Apophthegmate.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Β.

1. Αἰσώπειον αἷμα.] Ἐπὶ τῶν ἀδίκως ἀναιρουμένων· οὐ γὰρ ἐνδίκως ἐκτείναντο Αἴσωπον οἱ Δελφοί.

2. Αἴρειν μασχάλην.] Ἐπὶ τῶν ὀρχουμένων ἀγροικῶς.

3. Αἶρε δάκτυλον.] Ἐπὶ τῶν νενικηκότων. ἐπαίρουσι γὰρ τὴν χεῖρα, σύμβολον τοῦ νενικῆσθαι.

4. Αἰγιθαλοῦ τολμηρότερος.] Σαφὴς ἡ παροιμία. Ὁ δὲ αἰγιθαλὸς ζῶόν ἐστι, καὶ τῶν μὲν μικρῶν ὀρνίθων ὑπερφρονεῖ· ἐπιτίθεται δὲ ταῖς αἰξὶ κατὰ τὸ καρτερὸν, καὶ μέν τοι τοῖς οὔθασιν αὐτῶν προσπετόμενος, εἶτα ἐκμυζᾷ ἐκ τοῦ γάλακτος, καὶ τὴν τιμωρίαν τὴν ἐκ τοῦ αἰπόλου οὐ δέδοικε· καί τοι πονηρὸν αὐταῖς μισθὸν ὑπὲρ τῆς πλησμονῆς ἀποδιδούς· τυφλοῖ γὰρ τὸν μαστὸν ὅταν σπάσῃ, καὶ ἀποσβέννυσι τὴν ἐκεῖθεν ἐπιρροήν· Αἶ, αἶ τὸ ἡδὺ θεῖον ἀνθρώποις κακόν. Ὅταν τις εἰδῇ τ' ἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή. Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι, πλὴν δυοῖν μόνοιν, Δήμητρος ἀκτῆς πώματος θ' ὑδρηχόου, Εἱμαρμένων δὲ τῶν κακῶν βουλευμάτων, Κακὰς ἀμοιβάς ἐστι καρποῦσθαι βροτοῖς. Πολλαῖσι μορφαῖς οἱ θεοὶ σοφισμάτων Σφάλλουσιν ἡμᾶς κρείττονες πεφυκότες. Μενάνδρου.

CENTVRIA II.

1. Æ*Sopicus sanguis.*] De ijs, qui iniustè necantur: Delphi enim Æsopum per nefas & contra æquitatis leges sustulerant.

2. *Tollere axillam.*] De ijs, qui rusticè admodum tripudiant.

3. *Tolle digitum.*] De ijs, qui in certamine succumbunt. Manum etenim in altum sustollere solebant, quo quasi certissimo argumento se victos esse innuebant.

4. *Paro audacior.*] Aperta satis parœmia est. Ægithalus enim animal est audacissimum, quod reliquas minutas aues omnes præ se contemnit. Insidiatur autem vel maximè capris, & vberibus ipsarum aduolans, lac inde exsugit, neque à pastore sibi propterea metuit. Improbam verò & iniquam pro exhibita sibi sagina mercedem reponere solet. obstruit enim vber quod semel apprehendit, prohibetque omnino lactis exinde fluxum.

Heu, heu, Dei mortalibus nectunt malum,
Quando bonum videt quis & non vtitur.

Hæc ad hunc locum non videntur spectare: neque omnes sunt versus Menandri, neque eodem pertinent. Primus autem instar parœmiæ notatus erat. Reliqui tanquam soluta oratio, eiusque interpretatio.

C 5. *Aesopi-*

5. *Æsopicus sanguis.*] De ijs, qui sceleribus numquam expiandis aut eluendis sunt obnoxij. eò quod Deus Delphis, quòd iniustè Æsopum de medio sustulissent, irasceretur.

6. *Aquilæ gratiam referam.*] De ijs, qui citò ingenti remuneratione gratiam referunt. Quum vndecim homines ardente sole triturarent, siti fatigati, vnum ex suis ad fontem vicinum, aquam allatum miserunt: qui abiens, falcemque messoriam manu tenens, vasque aquæ hauriendæ aptum humeris gerens, vbi ad fontem peruenit, aquilam deprehendit à serpente fortiter cauteque circumplicatam, ac ferè iam suffocatam. Quamuis enim fortè fortuna aquila in illum inuolauerat, non tamen superare illum, aut nexu se illo expedire, neque iuxta Homericum illud, natis suis escam afferre potuerat: sed spiris illius detenta, non illum perditura, sed ipsa hercle iam iam peritura erat. Videns ergo agricola, siue etiam auditu edoctus, auem illam Iouis esse nunciam, serpentemque malam bestiam esse sciens, falce sua illum scindit medium, aquilamque vinculis alioquin inextricabilibus dissoluit. Deinde hausta aqua redit, vinoque admiscens, omnibus præbuit: qui sæpiùs in prandio bibẽdi vicem gnauiter repetierunt. Quumque ille quoque deinceps esset bibiturus (nam hactenus pocillator tantùm illorum, non autem compotor fuerat) poculumque labris admoueret, aquila illa ab ipso seruata, salutis obtentæ illi præmium rependit, felicique eius fortuna adhuc in illo loco hærens, in calicem incidit, & potum effundit. Quare ille offensus (nam & ipse sitiebat) agnita aue, Si tu, inquit, talis es, talemque gratiam salutis tuæ auctoribus refers, quisnam deinceps studium suum in alium ostendat, ob Iouis reuerentiam, gratiarum præsidis atque

5. Αἰσώπειον αἷμα.] Ἐπὶ τῶν δυσαπονίπτοις ὀνείδεσιν ἐνεχομένων. ἐπειδὴ τοῖς Δελφοῖς ἀδίκως ἀνελοῦσι τὸν Αἴσωπον, ὠργίσθη ὁ θεός.

6. Ἀετοῦ χάριν ἐκτίσω.] Ἐπὶ τῶν ταχέως μεγάλαις δωρεαῖς ἀντιχαριζομένων. Ἀλοῶντες ἄνθρωποι τοῦ ἡλίου καταφλέγοντος, δίψει πιεζόμενοι, τὸν ἀριθμὸν εἰς καὶ δέκα, ἕνα ἑαυτῶν ἀπέστειλαν ἐκ πηγῆς γειτονούσης κομίσαι ὕδωρ. οὐκοῦν ἀπιὼν, τὸ μὲν δρέπανον τὸ ἀμητικὸν διὰ χειρὸς εἶχε, τὸ δὲ ἀρυστικὸν ἀγγεῖον, κατὰ τοῦ ὤμου ἔφερεν. ἐλθὼν δὲ καταλαμβάνει ἀετὸν ὑπό τινος ὄφεως, ἐγκρατῶς τε καὶ εὐλαβῶς περιπλακέντος, ἀποπνιγόμενον ἤδη. ἔτυχε δὲ ἄρα καταπτὰς μὲν ἐπ' αὐτὸν ὁ ἀετὸς, οὐ μὴν κρείττων γενόμενος * οὐδὲ τῆς ἐπιβουλῆς * κρείττων γενόμενος ἐγένετο. οὐδὲ τοῦτο δὴ τὸ Ὁμηρικὸν, τοῖς ἑαυτοῦ τέκνοις τὴν δαῖτα ἐκόμισεν· ἀλλὰ ταῖς ἐκείνου σπείραις περιπεσὼν ἕρμασιν, ἔμενεν οὐ μά δί' ἀπολεῖν, ἀλλ' ἀπολεῖσθαι. εἰδὼς οὖν ὁ γεωργὸς, ἢ καὶ ἀκούων, τὸν μὲν εἶναι Διὸς ἄγγελον, εἰδώς γε μὴν κακὸν θηρίον τὸν ὄφιν, τῷ δρεπάνῳ διακόπτει τὸν θῆρα. καὶ μέν τοι τῶν ἀφύκτων δεσμῶν τὸν ἀετὸν ἀπολύει· ἀρυσάμενος δὲ τὸ ὕδωρ, ἧκε, καὶ πρὸς τὸν οἶνον κεράσας, ὤρεξε πᾶσιν· οἱ δὲ ἄρα ἐξέπιον καὶ ἄμυστι, καὶ πολλὰς ἐπὶ τῷ ἀρίστῳ· ἔμελλε δὲ καὶ αὐτὸς ἐπ' ἐκείνοις πίεσθαι. ἔτυχε δὲ ὑπηρέτης κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, ἀλλ' οὐ συμπότης ὤν. ἐπεὶ δὲ τοῖς χείλεσι τὴν κύλικα προσῆγεν, ὁ σωθεὶς ἀετὸς ζωάγρια ἐκτίνων οἱ, καὶ κατὰ τύχην ἀγαθὴν ἐκείνου, ἔτι διατρίβων ἐπὶ τὸν χῶρον, ἐμπίπτει τῇ κύλικι, καὶ ἐκχεῖ τὸ ποτόν. Ὁ δὲ ἠγανάκτησε· καὶ γὰρ ἔτυχε διψῶν, καὶ λέγει· εἶτα μέν τοι σὺ ἐκεῖνος ὢν (καὶ γὰρ καὶ τὸν ὄρνιν ἐγνώρισε) τοιαύτας ἀποδίδως τοῖς σωτῆρσι τὰς χάριτας· ἀλλὰ πῶς ἂν καὶ ἄλλος σπουδὴν καταθεῖτο εἴς τινα, αἰδοῖ Διὸς, χαρίτων ἐφόρου τε καὶ ἐπόπτου;

καὶ

καὶ τῷ μὲν ταῦτα εἴρητο· ὁρᾷ δὲ ἐπιστραφεὶς τοὺς πιόντας, ἀσπαίροντάς τε καὶ ἀποθνήσκοντας. ἦν δὲ ἄρα, ὡς συμβαλεῖν, ἐμημεκὼς ἐς τὴν πηγὴν ὁ ὄφις, καὶ κεράσας αὐτὴν τῷ ἰῷ. Οὕτως ὁ ἀετὸς τῷ σώσαντι ἀμοιβῇ τῆς ἰσοτίμου σωτηρίας ἀπέδωκε τὸν μισθόν. Τὸν δὲ χρυσάετον, ὡς δ᾽ ἄλλοι φασὶν, ἀστερίαν, οὐ μόνον νεβροῖς, ἀλλὰ καὶ ταύροις ἐπιτίθεσθαι κατὰ τὸ καρτερόν· ὁ μὲν γὰρ κεκυφὼς κάτω νέμεται ὁ ταῦρος· ὁ δὲ ἀετὸς ἐπὶ τῷ τένοντι τοῦ ζώου καθίσας ἑαυτὸν, παίει τῷ στόματι συνεχέσι καὶ καρτεραῖς ταῖς πληγαῖς. ὁ δὲ, ὥσπερ οἰστρηθεὶς, ἐξάπτεται, καὶ ᾗ ποδῶν ἔχει φυγῆς ἄρχεται. καὶ ἕως μὲν εὐήλατα, ὁ ἀετὸς ἥσυχός ἐστι. καὶ ἐπιπέταται παραφυλάττων· ὅταν δὲ τὸν ταῦρον θεάσηται πλησίον κρημνοῦ γενόμενον, κυκλώσας τὰ πτερὰ, καὶ ὑπερτείνας αὐτοῦ τῶν ὀφθαλμῶν, ἐποίησε τὰ ἐν ποσὶ μὴ προϊδόμενον, κατενεχθῆναι βιαιότατα· εἶτα ἐμπεσὼν καὶ ἀναρρήξας τὴν γαστέρα, ῥᾳδίως χρῆται τῇ ἄγρᾳ εἰς ὅσον ἐθέλει. θήρας δὲ ἀλλοτρίας οὐχ ἅπτεται κειμένης, ἀλλὰ χαίρει τοῖς ἑαυτοῦ πόνοις· κοινωνίαν τε τὴν πρὸς ἄλλον ἥκιστα ἐνδέχεται. κορεσθεὶς δὲ, εἶτα τοῦ λοιποῦ πονηρὸν ἆσθμα καὶ δυσωδέστατον καταπνεύσας, ἄβρωτα τοῖς ἄλλοις τὰ λείψανα ἐᾷ. καὶ μέντοι καὶ ἀλλήλων ἀπῳκισμένας οἰκοῦσι καλιὰς, ὑπὲρ τοῦ μὴ διαφθείρεσθαι ὑπὸ θήρας, καὶ λυπουμένους λυπεῖν. ζηλοτυπώτατος δέ ἐστι ὁ ἀετὸς πρὸς τὰ νεόττια. ἐὰν γοῦν θεάσηταί τινα προσιόντα, παίει τοῖς πτεροῖς αὐτὸν, καὶ τοῖς ὄνυξι λυμαίνεται.

7. Αἰτναῖος κάνθαρος.] Ἐπὶ τῶν μεγάλων τῷ σώματι.

8. Ἄϊδος κυνῆ.] Ἐπὶ τῶν κρυπτόντων ἑαυτοὺς διά τινων μηχανημάτων. ταύτῃ Περσεὺς χρησάμενος τὴν Γοργὼ ἐδειροτόμησεν.

inspectoris? Sic ille: cõuersusq; ad alios qui biberant, palpitantes emorientesque animaduertit. Conscissus autem, vt conjicere licet, serpens in fontem delapsus, aquam veneno suo infecerat. Sicque aquila seruatori suo parem mercedem reddidit. Aurea autem, seu vt alij dicunt, Asteria aquila, non solùm in hinnulos, sed & in tauros assiduè impetum facit maximum. Nam cùm taurus capite inclinato pascatur, aquila in collo illius seipsam locans, rostro ipsum plagis continuis fortibusque cædit: qui proinde tanquam oestro actus incenditur, quaque pedes ferunt, fugam occeptat. Et quamdiu quidem per plana fertur, aquila se quietam tenet, illique inequitat: quum autem præcipitio proximam videt, alis in circulum conformatis, & ob oculos eius expansis, visum illorum quæ ante pedes impedimenta sunt, illi eripit; vtque summa vi in illa feratur efficit. Deinde illum inuadens, ventrem eius disrumpit, & facile venationis suæ præda ad libitum vtitur. Alienam nunquam tangit: sed suo labore partis oblectatur, minimeque ipsa communicationem cuiusquam admittit. Postquam autem iam satura est, tetrum anhelitum ac pessimè olentem spirans, reliquias cibi inutiles alijs permittit. Aquilæ aliæ ab alijs semotæ nidificant, ne ob venationem contendere, molestiaque affectæ, inuicem illam reponere cogantur. Pullos suos aquila summa in omnes æmulatione amat. Si quem enim eo accedentem viderit, illum alis verberat, & vnguibus lædit.

7. *AEtnæus scarabæus.*] De ijs, qui vasto sunt corpore.

8. *Orci galea.*] De ijs, qui se arte quadam tegunt & occultant. Tali enim Plutonis galea Perseus vsus, Gorgoni caput amputauit.

9. *Ardes in peplo*, siue, *Ardens peplus.*] In illos, qui seditionem excitant, & clam adurunt. quod Deianira peplum suum Herculi miserit, in quo & exustus fuit.

10. *Gratia non in cælo.*] Subaudi, *sed & in terra.* Dicitur de valdè liberalibus. Tres porrò sunt Gratiæ, Aglaïa, Euphrosyne, & Euterpe.

11. *Nuda Gratia.*] Quòd oporteat munus liberaliter, nec cum iactantia, largiri, monet.

12. *Vir subdolus in foueam incidet.*] Nempe, maleficus improbusque. Αἰόλος enim tria significat: Prauum, vt hîc: Varium, vt apud Homerum, κορυθαίολος Ἕκτωρ: & nomen proprium viri, qui summam ventorum peritiam habebat: atque hinc ventorum Deus est habitus. Hic Telepora Læstrygonia in vxorem ducta, sex filias ex illa sustulit, & totidem filios. Et masculis quidem nomina hæc: Iocastus, Zuthus, Phalacrus, Chrysippus, Pheremon & Androcles. Puellis autem, Iphthe, Æole, Peribœa, Dia, Astycratea, & Hyphæstia.

13. *Littori loqueris.*] De surdis.

14. *Ibyci grues.*] De ijs, qui præter expectationem scelerum ac delictorum suorum pœnas luunt. Ibycus enim à latronibus interfectus, visas grues testes aduocabat: posteà latrones in theatro, visis gruibus, inter se Ibyci grues esse dicebant, & condemnati, pœnas dederunt.

15. *Olerum additamenta.*] De rebus, quæ nihil prosunt.

16. *Aiacis risus.*] De ijs, qui temerè & impudenter cachinnantur.

17. *Nondum enixa capra est: iam ludit in ædibus hædus.*] De rebus nondum natis, seu factis, sed quæ adhuc im-

9. Αἴθεις ἐν πέπλῳ, καὶ αἴθων πέπλος.] Ἐπὶ τῶν στάσεις ἐγειρόντων καὶ ὑποκκαιόντων· ἡ γὰρ Δηιάνειρα πέπλον ἔπεμψεν Ἡρακλεῖ, ὑφ' οὗ ἐκαύθη.

10. Αἱ χάριτες οὐκ ἐν οὐρανῷ.] Συνυπακούεται τὸ, κἂν τῇ γῇ. λέγεται ἐπὶ τῶν ἄγαν εὐεργετούντων. τρεῖς δέ εἰσιν αἱ χάριτες, Ἀγλαΐα, Εὐφροσύνη, καὶ Εὐτέρπη.

11. Αἱ χάριτες γυμναί.] Ὅτι δεῖ τὴν δωρεὰν ἀφειδῶς ἢ ἀκενοδόξως χαρίζεσθαι.

12. Αἰόλος ἀνὴρ εἰς βόθρον ἐμπεσεῖται.] Ἤτοι ὁ πανοῦργος καὶ πονηρός. Αἰόλος δὲ σημαίνει τρία. τὸν πονηρὸν, ὡς ἐνταῦθα· τὸν ποικίλον, ὡς παρ' Ὁμήρῳ, κορυθαίολος Ἕκτωρ· καὶ ὄνομα κύριον. ὅστις ἦν ἀνὴρ εὐστοχώτατος τὰ περὶ ἀνέμους, κἀντεῦθεν καὶ θεὸς τῶν ἀνέμων ὑπείληπται· οὗτος Τηλεπώραν γήμας τὴν Λαιστρυγόνα, ἐγέννησε θυγατέρας ἕξ, καὶ ταύταις ἴσους υἱούς· εἰσὶ δὲ τοῖς μὲν ἄρσεσι τὰ ὀνόματα Ἰόκαστος, Ξοῦθος, Φαλακρὸς, Χρύσιππος, Φερήμων, καὶ Ἀνδροκλῆς· τῶν δὲ παρθένων Ἴφθη, Αἰόλη, Περίβοια, Δία, Ἀστυκράτεια, καὶ Ὑφαιστία.

13. Αἰγιαλῷ λαλεῖς.] Ἐπὶ τῶν ἀνηκόων.

14. Αἱ Ἰβύκου γέρανοι.] Ἐπὶ τῶν ἀπροσδοκήτως κολαζομένων ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν. Ἴβυκος γὰρ ὑπὸ λῃστῶν ἀναιρούμενος, γεράνους ἰδὼν ἐμαρτύρατο. εἶτα οἱ λῃσταὶ ἐν θεάτρῳ γεράνους θεώμενοι, Αἱ Ἰβύκου γέρανοι, ἔλεγον, καὶ ἀνακριθέντες ἐκολάσθησαν.

15. Αἱ λαχάνων προσθῆκαι.] Ἐπὶ τῶν μηδὲν ὠφελούντων.

16. Αἰάντειος γέλως.] Ἐπὶ τῶν παραφρόνως γελώντων.

17. Αἲξ οὔπω τέτοκεν, ἔριφος δ' ἐπὶ δώματα παίζει.] Ἐπὶ τῶν οὔπω τεχθέντων ἢ γεγο-

γεγονότων, ἀλλ' ἁπλῶν ὄντων, καὶ τὰ τῶν τελείων ἐθελόντων ποιεῖν.

18. Ἀεὶ γέροντι νέαν προσβάλλει κόρην.] Ἐπὶ τῶν πρεσβυτέρων, βουλομένων δὲ νέαις συνδυάζεσθαι.

19. Ἀκεσσαίου σελήνη.] Ἐπὶ τῶν εἰς χρόνον ἀναβαλλομένων πρᾶξαί τι. ἦν γὰρ κυβερνήτης, ὃς, ῥᾴθυμος ὢν, ἔλεγε διὰ παντὸς ἀναμένειν σελήνην, ἵνα ἐν φωτὶ ὁ πλοῦς αὐτῷ γένοιτο.

20. Ἄκαιρος εὔνοια οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει.] Ἱππόλυτος εἶπε τοῦτο πρὸς τὴν Φαίδραν, λέγουσαν αὐτὸν φιλεῖν ὑπὲρ ὅλους.

21. Ἄκλητοι κωμάζουσιν εἰς φίλους φίλοι.] Ὅμοιον αὐτῷ ἐστι, τὸ, Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτα ἴασιν, ἐπὶ τῶν αὐτομάτως προσιομένων του.

22. Ἄκουε τοῦ τέτταρα ὦτα ἔχοντος.] Αὐλητὴς ἦν, περὶ οὗ εἶπεν ἡ Πυθία τισὶ, ὡς παραφυλάττοιντο· οἱ δὲ ἠμελήσαντο. ἔνιοι μὲν ἐπὶ τοῦ πολλὰ εἰδότος ἢ ἀκούοντος· οἱ δὲ ἐπὶ τῶν ἀληθευόντων· ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀπόλλωνος, ὃν τετράχειρα καὶ τετράωτον καλοῦσιν.

23. Ἀκεσίας ἰάσαιτο.] Ἐπὶ τῶν ἐπὶ χεῖρον ἰωμένων. καὶ Ἀριστοφάνης· Ἀκεσίας τὸν πρωκτὸν ἰάσατο.

24. Ἀκρὶς δυσκίνητος χλωρά.] Ταύτης ταῖς κινήσεσιν οἱ ἀγροῖκοι προστρέχουσι, καὶ μαντείας ἐξ αὐτῶν ποιοῦνται. τίθεται οὖν ἐπὶ τῶν φαύλως μαντευομένων.

25. Ἄκις ποταμός.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν ψυχρῶν. ψυχρὸς γάρ ἐστιν οὗτος.

26. Ἄκρον λάβε καὶ μέσον ἕξεις.] Οἱ τὴν Αἴγιναν οἰκοῦντες, ἐκπεσόντες αὐτῆς διὰ πόλεμον, ἐχρήσαντο τῷ θεῷ· ὁ δὲ τὸν χρησμὸν τοῦτον εἶπεν. καὶ συμβάλλοντες, τὸ ἀκρωτήριόν τι καταχέντες, κατὰ μέσον ᾤκισαν. λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν δυσνοήτων.

perfectæ sint, quæ tamen, ea, quæ perfectarum sunt rerum, affectant.

18. *Semper seni da virginem iuvenculam.*] De ijs, qui licet sint ætate ferè decrepiti, nihilominus tamen iuuencularum concubitus appetunt.

19. *Acessæi luna.*] De ijs, qui res indies procrastinando differunt. Fuit hic Acessæus Nauclerus ignauus & negligens, quique perpetuò in ore habebat, Lunam expecta, quo cũ lumine semper nauigaret.

20. *Importuna beniuolentia nihil ab odio differt.*] Hippolyti sententia est ad Phædram, dicentem se illum præ cæteris mortalibus amare.

21. *Conuiua amicis non vocati amici eunt.*] Simile huic: *Sponte bonis mos est conuiuia adire bonorum.* De ijs, qui non vocati alicubi se immiscent.

22. *Audi quatuor habentem aures.*] Tibicen talis fuit, de quo vt sibi cauerent, Pythia quibusdam edixit. Quo illi neglecto, perierunt. Nonnulli accipiunt de eo, qui nouit siue audit multa. Alij verò de veracibus, velut si de Apolline res esset, quem quadrimanũ & quadriaurẽ vocant.

23. *Acesias medeatur.*] In illos, qui in peius medicantur. Aristophanes: *Acesias podicem medicatus est.*

24. *Viridis locusta non facilè mouetur.*] Ad huius motus agricolæ concurrunt, & suas vaticinationes exinde coniectant. De ijs vsurpari solitum, qui vanè atque etiam falsò vaticinantur.

25. *Acis fluuius.*] De vehementer frigidis. Gelidissimus enim ille.

26. *Vt obtineas medium, summum cape.*] Æginatæ vi belloque patriâ eiecti, Apollinem consuluerunt, qui eiusmodi responsum reddidit. Illi ergo oraculum interpretantes, editiori quodam loco occupato, in medio eius habitarunt. De rebus obscuris atque intellectu difficilioribus vsurpatur.

Digitized by Google

27. *Acesai & Heliconis opera.*] De rebus admiratione dignis. Illi enim primi Mineruæ peplum confecerunt.

28. *Non sponte qui delinquit, haud est improbus.*] Sophoclis sententia.

29. *Audi quæ ex corde dicuntur.*] De ijs, qui apertè quæ sentiunt explicant.

30. *Acanthia Cicada.*] In mutos & amusos: neque enim canunt ibi cicadæ. Cuiusmodi & illud: *Rana Seriphia.*

31. *Ab Academia venis.*] Perinde est ac si dicas, sapiens ac serius es. Academia porrò gymnasium erat Athenis nemoribus consitum, in quo Plato versabatur: sic dictum ab Hecademo quopiam Heroe, ac proinde anteà etiã Hecademia vocabatur, vt & Aristophanes auctor & Harpocration. Tria porrò gymnasia fuerunt, Lyceum, Cynosarges, & ipsa Academia; ita vocitata ab Academo qui illam dedicavit.

32. *Sine capite fabula.*] De ijs, qui imperfecta & mutila loquuntur. Plato: *Sine capite reliquerim fabulam.*

33. *Non mouenda moues.*] De ijs, qui valdè absurda designant: quòd non conueniat, neque busta, neque sepulchra, neque ædium culmina mouere.

34. *Hedera post anthesteria.*] De ijs, quæ seriùs fiunt.

35 *Summo digito attingere.*] De non bene in re quapiam exercitatis.

36. *Incus fragoris maxima haud timet sonos: Cordata nec mens irruentis vim mali.*]

37. *Inuitus quidem vt Iupiter novit.*] De ijs, qui inuiti aliquid promittunt; nempe iuxta illud: *Tamquam qui cupiat animo minimè cupienti.*

38. *Nouaculam saginas.*] De ijs, qui multo alimento vtuntur, nihil tamen in corpus dimittunt. Alij de impossibilibus interpretantur.

39. *Salem vehens dormis.*] In eos, qui vel in maximo periculo constituti,

27. Ἀκεσαίου καὶ Ἑλικῶνος ἔργα.] Ἐπὶ τῶν θαύματος ἀξίων. οὗτοι γὰρ πρῶτοι τὸν τῆς Ἀθηνᾶς πέπλον ἐδημιούργησαν.

28. Ἄκων δ' ἁμαρτὼν, οὔτις κακός.] Σοφόκλεια ἡ γνώμη.

29. Ἄκουε τὰ ἀπὸ καρδίας.] Ἐπὶ τῶν ἀπαρακαλύπτως ἃ φρονοῦσι διεξιόντων.

30. Ἀκάνθιος τέττιξ.] Ἐπὶ τῶν ἀφώνων καὶ ἀμούσων. οὐκ ᾄδουσι γὰρ οἱ ἐκεῖσε τέττιγες. Ὡς καὶ τὸ, Βάτραχος Σερίφιος.

31. Ἀκαδημίηθεν ἥκεις.] Ἤτοι, σοφὸς καὶ σπουδαῖος ὑπάρχεις. Ἀκαδημία δὲ ἦν γυμνάσιον ἐν Ἀθήναις ἀλσῶδες, ἐν ᾧ διέτριβε Πλάτων, ἀπὸ Ἑκαδήμου τινὸς ἥρωος· πρότερον δὲ Ἑκαδημία ἐκαλεῖτο, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης, ἔτι δὲ καὶ Ἁρποκρατίων. Ἀκαδημία τρία ὑπῆρχον γυμνάσια, Λύκειον, Κυνόσαργες, Ἀκαδημία. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τοῦ καθιερώσαντος αὐτοῦ Ἀκαδήμου.

32. Ἀκέφαλος μῦθος.] Ἐπὶ τῶν ἀτελῆ λεγόντων· Πλάτων· Ἀκέφαλον καταλίποιμι μῦθον.

33. Ἀκίνητα κινεῖς.] Ἐπὶ τῶν λίαν παράνομα πραττόντων. ὅτι οὐ δεῖ κινεῖν τύμβους, μηδὲ τάφους, μηδὲ ὀρόφους.

34. Ἀ κιττὸς μετ' ἀνθεστήρια.] Ἐπὶ τῶν βραδέων.

35. Ἄκρῳ ἅψασθαι δακτύλῳ.] Ἐπὶ τῶν οὐκ ἀκριβῶς ἠσκημένων.

36. Ἄκμων μέγιστος οὐ φοβεῖται τοὺς ψόφους· Καὶ νοῦς ἐχέφρων πᾶσαν ἔλκουσαν βίαν.]

37. Ἄκων μὲν ὡς Ζεὺς οἶδεν.] Ἐπὶ τῶν ἀκόντων ὑπισχνουμένων τι. ὡς καὶ τό· Ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ.

38. Ἀκόνην σιτίζεις.] Ἐπὶ τῶν τροφῇ πολλῇ χρωμένων, μηδὲν δὲ εἰς σῶμα ἐπιδιδόντων. Ἄλλοι δὲ ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

39. Ἅλας ἄγων καθεύδεις.] Ἐπὶ τῶν ἐν μεγάλῳ τινὶ κινδύνῳ καθευδόντων

των καὶ ῥαστωνευομένων· ἐμπόρου γάρ τινος τὴν ναῦν ἁλῶν πληρώσαντος, εἶτα καθεύδοντος, τὴν ἀντλίαν ἐπαναβῆναι, καὶ ἐκτῆξαι τοὺς ἅλας. Ὁ δὲ Διογενιανὸς οὕτω φράζει τήνδε τὴν παροιμίαν·

40. Ἁλῶν δὲ φόρτος ἔνθεν ἦλθεν, ἐνθ' ἔβη.] Ἔμπορος γάρ τις ἅλας ἄγων καὶ ἀποκαθευδήσας ἀπώλεσεν αὐτούς, τῆς ἀντλίας ἐπαναβάσης. Λέγεται οὖν ἐπὶ τῶν ἅπερ προσεπορίσαν ἀπολλυόντων.

41. Ἅλας καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν.] Δήλη ἡ παροιμία. Φίλοι γὰρ ἐκ τούτων γινόμεθα.

42. Ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ.] Ἐπὶ τῶν ἀληθῶν, οὐ πιστευομένων δέ. Σάγρα τόπος τῆς Λοκρίδος. Μέμνηται τῆς παροιμίας Μένανδρος ἐν Ἀνατιθεμένῃ. Λοκροὺς δέ φασι τοὺς Ἐπιζεφυρίους, πόλεμον ἔχοντας πρὸς τοὺς πλησιοχώρους Κροτωνιάτας, αἰτῆσαι συμμαχίαν Λακεδαιμονίους. τῶν δὲ στρατὸν μὲν οὐκ ἔχειν φησάντων, διδόναι δὲ αὐτοῖς τοὺς Διοσκόρους, οἱ οἰωνισαμένους τὸ κερτομηθὲν, τὴν τε ναῦν ἀποστρέψαι, καὶ δεηθῆναι τῶν Διοσκόρων, συμπλεῖν αὐτοῖς. Νικησάντων δὲ αὐθήμερον, καὶ τῆς φήμης διαγγελθείσης εἰς Σπάρτην, τὸ μὲν πρῶτον ἀπιστηθῆναι· ἐπεὶ δὲ εὑρέθη ἀληθῆ, ἐπιλέγειν, τοῖς ἀληθεστάτοις μὲν, οὐ πιστευομένοις δέ.

43. Ἀλεκτρυὼν ἐπιπηδᾷ.] Ἐπὶ τῶν εὐγενῶς ἀναμαχομένων τὴν ἧτταν. οἱ ἀλεκτρυόνες ὑπεράγαν οὐκ ᾄδουσιν ἐν τοῖς ὑγροῖς χωρίοις, καὶ ἔνθα νοτιώτερός ἐστιν ὁ ἀήρ. ψυχροὶ δὲ ἄρα ὄντες τὴν σύγκρασιν οἱ τέττιγες, εἶτα μέν τοι πυρουμένου τοῦ ἡλίου ᾄδουσιν· ἀλεκτρυόνες γε μὴν καὶ ὄρνιθες οἱ ἠθάδες, πτερυσσόμενοι ἢ φυσατόμενοι καὶ ὑποτρύζοντες, χειμῶνα δηλοῦσι. Πετόμενοι δὲ ὄρνιθες εἰς ἀλλήλους καὶ δι' ἀλλήλων θέοντες, χειμῶνα ἐσόμενον οὐκ ἀγνοοῦσιν.

dormiunt, aut alioqui negligenter agunt. Mercatore enim quopiam, postquam nauem sale onerasset, dormiente, accidit vt sentina superueniens, salem corrumperet. Diogenianus autem ita parœmiam effert:

40. *Sal abijt illuc vnde dimanauerat.*] Mercator enim salem vehens, dormiensque, illum perdidit; sentina illi superfusa. Vsurpatur igitur in illos, qui quæ priùs sibi acquisierant, illa ipsa amittunt.

41. *Salem & mensam ne prætereas.*] Aperta parœmia. Illis enim duobus amicitiam nobis conciliamus.

42. *Veriora quàm quæ apud Sagram.*] De ijs, quæ vera sunt, licet ijsdem fides derogetur. Sagra locus erat Locridis. Meminit & Menander in Dedicata huius parœmiæ. Ferunt autem Locros qui ad Zephyrum incolunt, quum bellum aduersus vicinos suos Crotoniatas haberent, auxilium à Lacedæmonijs petiuisse. Illis verò, exercitum se quidem non habere, dare autem se illis Castorem & Pollucem dicentibus; Locrenses scomma in omen vertentes, nauem soluisse, & Iouis illos geminos, vt vnà secum nauigarent, orasse. Quumque eodem die vicissent, eiusque rei fama Spartam vsque perlata fuisset, primò quidem minimè fuisse creditam: postquam autem vera inuenta est, de verissimis quidem, quibus tamen non creditur, dici cœptum esse.

43. *Gallus Gallinaceus insilit.*] De ijs, qui postquam victi sunt, generosè pugnam redintegrant. Galli non valdè canunt in locis humidis, aut vbi aër humidior est: cicadæ autem, cùm frigida sint temperatura, sole inardescēte canunt. Galli porrò gallinæque cicures, alas concutientes, seseque efferentes ac submissè quid cantillantes, tempestatem prænunciant. Eædem volatu mutuo in se incurrentes, serenitatem significant. Cæterum circa paludes aut ripas fluminum congregatæ, tempestatem futuram non ignorant.

44. Sal

Digitized by Google

44. *Salsuginosum auditum lauit poculento sermone.*] De ijs, qui à prauo ad honesta se conferunt.

45. *Aliud remi genus.*] De ijs, qui mores suos immutarunt.

46. *Molita vita & macerata.*] De ijs, qui in rerum necessariarum abundantia degunt, aut de re, quæ prompta & ad manum est. Huic similis parœmia: *Sine satione & oratione*

47. *Aliam quercum excute.*] In illos, qui indesinenter aliquid petunt, aut qui ab ijsdem semper mutuantur. Veteres enim glandibus victitabant, Illis ergo, qui quercus circumspiciebant, plenæ ne an inanes essent, *aliam quercum excute*, dicebant.

48. *Vulpes corrumpitur donis.*] De ijs, qui donis & muneribus facile corrumpuntur. Cratinus in Legibus. Inter vos vnusquisque vulpes muneribus corrumpitur. Et contrà verò:

Vulpes non capitur donis.] De ijs, quibus data aut munera non facile oculos præstringunt. Vulpem quo minùs echinos terrestres superare queat, spicula illorum vel maximè prohibent: illa autem sensim & molliter ore suo subuertit & supinos reclinat, tum fisso ventre facilè deuorat. Pisciculos porrò minutos asturè nimis vulpes venari solent: Ad ripam fluminis accedunt, caudam in aquam demittunt; adeoque omnes qui adnatant, pisciculos densitate pilorum irretitos atque implicatos capiunt. Tum postmodũ, quando se eo modo cosdẽ tenere sentiunt, ex aqua se proripiunt, & iam in sicco constitutæ, caudas suas excutiunt, sicque tandem pisciculi excidunt, vulpibusque prandium lautissimum præbent. Experimentum autem, num locus periculosus sit nec ne, ita capit vulpes: aurem glaciei admouet, & si senserit fluxum subtus non resonare, neque strepitum tacitè in fundo audiri, tanquam stabilitæ iam glaciei confidit; sin minùs, numquam illam inscendit.

44. Ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀπεκλύσατο ποτίμῳ λόγῳ.] Ἐπὶ τῶν ἀπό τινος φαύλου εἰς καλόν τι μετακλιναίτων.

45. Ἄλλο γένος κώπης.] Ἐπὶ τῶν περὶ τὸ ἦθος ἐνηλλαγμένων.

46. Ἀληλεσμένος βίος καὶ μεμαγμένος.] Ἐπὶ τῆς ἐν ἀφθονίᾳ τῶν ἐπιτηδείων ὄντων, ἢ ἐπὶ τοῦ προχείρου καὶ ἑτοίμου. ὁμοία τῇ· Ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα.

47. Ἄλλην δρῦν βαλάνιζε.] Ἐπὶ τῶν ἐνδελεχῶς αἰτούντων τι, ἢ παρὰ τῶν αὐτῶν ἀεὶ δανειζομένων· οἱ παλαιοὶ γὰρ βαλάνοις ἔζων. πρὸς οὖν τοὺς περισκοποῦντας δρῦς, εἴτε πλήρεις εἶεν εἴτε κεναὶ, Ἄλλην δρῦν βαλάνιζε, ἔλεγον.

48. Ἀλώπηξ δωροδοκεῖται.] Ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως δώροις ἁλισκομένων. Κρατῖνος Νόμοις. ὑμῶν εἷς μέσον ἕκαστος ἀλώπηξ δωροδοκεῖται· καὶ τὸ ἀνάπαλιν· Ἀλώπηξ οὐ δωροδοκεῖται.] Ἐπὶ τῶν μὴ ῥᾳδίως πειθομένων. τοὺς χερσαίους ἐχίνους καταγωνίσασθαι θέλουσαν τὴν ἀλώπεκα, ἀνείργουσι αὐτῶν τὰ κέντρα, ἡ δὲ ἡσυχῶς καὶ πεφεισμένως, τοῦ ἑαυτῆς στόματος ἀνατρέπει αὐτοὺς καὶ κλίνει ὑπτίους, ἀναχίσασά τε ἐσθίει ῥᾳδίως. τὰ δὲ μικρὰ ἰχθύδια διαθηρῶσι πάνυ σοφῶς, παρὰ τὴν ὄχθην τοῦ ποταμοῦ ἔρχονται, καὶ τὴν οὐρὰν καθιᾶσιν εἰς τὸ ὕδωρ· τὰ δὲ προσνέοντα ἐνίσχεταί τε καὶ ἐμπλάσσεται τῷ δάσει τῶν τριχῶν· αἱ δὲ ἐνισχέμεναι, τοῦ μὲν ὕδατος ἀναχωροῦσιν· ἐλθοῦσαι δὲ εἰς τὰ ξηρὰ χωρία, διασείουσι τὰς οὐράς, καὶ ἐκπίπτει τὰ ἰχθύδια, καὶ ἐκεῖναι δεῖπνον ἁβρότατον ἔχουσι. πεῖραν δὲ ποιεῖται τοῦ μὴ σφαλεροῦ πόρου, οὕτως· παραβάλλει τὸ οὖς ἐπὶ τῷ κρυστάλλῳ, κἂν μὲν αἰσθηται μὴ ὑπηχοῦν κάτω τὸ ῥεῦμα μηδὲ ὑποψοφοῦν ἡσυχῇ εἰς βάθος, ἤδε ὡς ἑστῶτι τῷ κρυστάλλῳ θαρσεῖ· εἰ δὲ μή, οὐκ ἂν ἐπιβαίη.

49. Ἀλμη

49. Ἅλμη οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ.] Ἐπὶ τοῦ ἀηδοῦς καὶ ἀναρτύτου.

50. Ἀλιτήριος εἶ.] Ἐπὶ τοῦ μετὰ βίας τι ποιοῦντος ἀπὸ σιτοδείας. λιμὸς κατέλαβέ ποτε τοὺς Ἀθηναίους. ἥρπασαν οὖν τινες ἀλώμενα τὰ ἄλευρα. ἀπὸ γοῦν ἐκείνων, καταχρηστικῶς τοὺς πονηροὺς ἀλιτηρίους ἐκάλουν. ὁ δὲ λιμὸς ἐγένετο ἀπὸ τοῦ Αἰτωλικοῦ πολέμου.

51. Ἀλκυονίδας ἡμέρας ἄγεις.] Ἐπὶ τῶν ἀταράχων καὶ ἀνεπηρεάστων. περὶ δὲ τοῦ ἀριθμοῦ διαφέρονται. Σιμωνίδης γὰρ ἐν Πεντάθλοις, ἕνδεκά φησιν αὐτάς, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ ζώων· Δημαγόρας ἑπτά· Φιλόχορος ἐννέα. τὸν δὲ ἐπ' αὐταῖς μῦθον, Ἡγήσανδρος ἐν τοῖς περὶ Ὑπομνημάτων λέγει, οὕτως· Ἀλκυονέως τοῦ γίγαντος θυγατέρες ἦσαν, Φωσθονία, Ἄνθη, Μεθώνη, Ἀλκίππη, Παλλήνη, Δριμώ, Ἀστερίη. αὗται μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν ἀπὸ Καναστραίου, ὅ ἐστιν ἄκρον τῆς Παλλήνης, ἔρριψαν αὑτὰς εἰς τὴν θάλασσαν· Ἀμφιτρίτη δ' αὐτὰς ὄρνιθας ἐποίησε· καὶ ἀπὸ τοῦ πατρὸς Ἀλκυόνες ἐκλήθησαν· αἱ δὲ νήνεμοι καὶ γαλήνην ἔχουσαι ἡμέραι, Ἀλκυονίδες καλοῦνται.

52. Ἀλώπηξ τὸν βοῦν ἐλαύνει.] Τάττεται ἐπὶ τῶν μὴ κατὰ λόγον ἀποβαινόντων· ἢ ἐπὶ δολερῶν καὶ μικρῶν, ὅμως δὲ μεγάλα καταγωνιζομένων ἄφρονας. Αἱ ἀλώπεκες ὅταν θεάσωνται σφηκίαν εὐθηνουμένην, αὐταὶ μὲν ἀποστρέφονται τὸν χηραμὸν ἐνδῦσαι, καὶ τὰς ἐκ τῶν κέντρων τρώσεις φυλαττόμεναι· καθιᾶσι δὲ τὴν οὐρὰν, δασυτάτην τε οὖσαν καὶ μηκίστην τὴν αὐτὴν, καὶ διασείουσι τοὺς σφῆκας. οἱ δὲ προσίσχονται τῷ τῶν τριχῶν δάσει· ὅταν δὲ ἀναπληρωθῶσιν αὐτῶν, προσαράττουσι τὴν οὐρὰν, ἢ δένδρῳ ἢ τοίχῳ ἢ αἱμασιᾷ. παιόμενοι δὲ οἱ σφῆκες, ἀποθνήσκουσιν. εἶτα ἦλθον ἐπὶ τὸν τόπον, καὶ τοὺς λοιποὺς

49. *Non est salsugo in illo.*] De insuaui & insulso.

50. *Aliterius es.*] Hoc est, scelestus es. De illo, qui per vim aliquid committit aut delinquit, ob annonæ inopiam. Fames quodam tempore Athenienses inuaserat. vnde contigit, vt quidam molitas farinas diriperent. Ab illis ergo, per abusum, improbos, Aliterios vocabant. Fames porrò illa accidit per Æolicum bellum.

51. *Alcyonis dies agis.*] De ijs, qui sine vlla perturbatione atque inoffensè vitam degunt. In horum dierum numero discrepant auctores. Simonides enim in Pentathlis, vndecim illos esse ait, vt & Aristoteles de animalibus: Demagoras septem, Philochorus nouem. Fabulam autem, quæ de hac re est, Hegesiander in libris Commentariorum sic refert: Alcyonei gigantis filiæ fuerunt, Phosthonia, Ante, Metone, Alcippe, Pallene, Drimo, Asterie; quæ post patris obitum sese ex Canastræo, quod est promontorium Pallenæ, in mare præcipitauerunt. Amphitrite autem illas in aues conuertit. & de patris nomine Alcyones sunt appellatæ. Vnde dies sereni ac tranquilli, Alcyonij vocantur.

52. *Vulpes bouem incitat.*] De ijs vsurpatur, quæ non iuxta rationis præscriptum fiunt. Aut de statura & mole quidem exiguis, sed dolosis atque astutis, qui magnos sed amentes, expugnant subjiciuntque. Vulpes viso vesparum examine copiosiore, sese recipientes, latibulum declinant; aculeorum quibus illæ præditæ vulnera euitantes: caudam autem quam densissimam longissimamque habent, quaque vespæ discutiuntur, eo demittunt. Vespæ interim pilorum densitatem accedunt, cui quando sese implicauerunt, illæ caudam arbori, muro, siue maceriæ, allidunt. Percussæ autem vespæ, moriuntur. Deinde vbi ad antra veniunt,

Digitized by Google

reliquas item colligant, occiduntque vt priores. Quando autem iam animaduerterunt, quod reliquum est, pacem esse ocium que ab istarum aculeis, prono ore, absque vlla deinceps turbatione & suspicione, vespis vescuntur. Marina autem vulpes propter intemperantiam ab escæ illecebra non abstinet. Cæterum hamum contemnit, & capta jam cum impetu ruens, illius vim deradit. Vulpanser habet quidem aspectum anseris, astutia tamen planè vulpi respondens; & breuior ansere, sed animosior, quique cum illo congredi valeat. Quin & aquilam & felem vlciscitur.

53. *Piscator ictus sapiet.*] De ijs, qui experimento sapere incipiunt, veluti etiam piscator semel percussus, post vulnus cautè deinceps pisces tractat.

54. *Salsu ginosam viciniam eminus aspice.*] Ostendit, malum esse maris viciniam habere, eaque vti. Similis est alteri illi, *Quando terra iter facere possis, ne mari facias.* Salsuginosa porrò vicinia mare dicitur. Estque locutio Platonica. Vsus est eadem Alcman lyricus.

55. *Alij serunt, alij metent.*] In illos, qui aliena consumunt.

56. *Ipsa dies quandoque parens quandoque nouerca.*] De ijs, qui interdum faustos, interdum infaustos dies ducunt.

57. *Piscator cùm sis, tragœdos conduxisti*] De ijs qui inepta prorsus, & minime sibi conuenientia aut decentia agunt.

58. *Alijs mederis, ipse plenus vlcerum.*] Desumpta est ex tragico, estque aperta satis & manifesta.

59. *Mancipium sale emptum.*] Hoc est, parui pretij, ac sale comparatum. Vnde Menander: *Generosus es Thrax, sale redemptus scilicet.*

προσαναλέξασαι καὶ ἀποκλείνασαι κατὰ τοὺς πρώτους· ὅταν δὲ ἐννοήσωσι λοιπὸν εἰρήνην εἶναι, καὶ ἀπὸ τῶν κέντρων ἐλευθερίαν, καθῆκαν τὸ στόμα, καὶ τὰ σφηκία ἐσθίουσι· μήτε θορυβούμεναι, μήτε τὰ κέντρα ὑφορώμεναι. Ἡ δὲ θαλασσία ἀλώπηξ δι' ἀκρασίαν τοῦ δελέατος οὐκ ἀπέχεται, καταφρονεῖ δὲ τοῦ ἀγκίστρου, καὶ ἀλοῦσα ἀνέθορε, καὶ ἀπέκειρε τὴν ὁρμήν. Ὁ δὲ καλούμενος χηναλώπηξ, ἔχει μὲν τὸ εἶδος τὸ τοῦ χηνὸς, πανουργίᾳ δὲ δικαιότερον ἀντικρίνοιτο τῇ ἀλώπηκι· καὶ ἔστι μὲν χηνὸς βραχύτερος, ἀνδρειότερος δὲ, καὶ χωρεῖν ὁμόσε δεινός. ἀμύνεται γοῦν καὶ ἀετὸν καὶ αἴλουρον.

53. Ἁλιεὺς πληγεὶς νοῦν οἴσει.] Ἐπὶ τῶν μετὰ πεῖραν εἰς γνῶσιν ἐλθόντων. ὥσπερ καὶ ὁ πληγεὶς ἁλιεὺς εὐκόλως μετὰ τὴν τρῶσιν τοὺς ἰχθύας μεταχειρίζεται.

54. Ἁλμυρὸν γειτόνημα ἔκβλεπε πόῤῥω.] Δηλοῖ δὲ, ὅτι κακόν ἐστι, τὸ γειτόνημα τῆς θαλάσσης ἔχειν ἢ χρῆσθαι. αὕτη ὁμοία ἐστὶ τῇ· Ἐὰν δύνῃ ὁδεῦσαι, μὴ πλεύσῃς. Ἁλμυρὸν δὲ γειτόνημα λέγεται ἡ θάλασσα. ἔστι δὲ ἡ λέξις Πλατωνική· ἐχρήσατο δὲ ταύτῃ καὶ Ἀλκμὰν ὁ λυρικός.

55. Ἄλλοι μὲν σπείρουσι, ἄλλοι δὲ ἀμήσονται.] Ἐπὶ τῶν τὰ ἀλλότρια ἐσθιόντων.

56. Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρα, ἄλλοτε μήτηρ.] Ἐπὶ τῶν ποτὲ μὲν εὐημερούντων, ἄλλοτε δὲ δυσημερούντων.

57. Ἁλιεὺς ὢν, εἶτα τραγῳδοὺς ἐμισθώσω.] Ἐπὶ τῶν μὴ προσήκοντα ἑαυτοῖς δρώντων, ἀλλ' ἀνόμοια.

58. Ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.] Ἐκ τοῦ τραγῳδοῦ, καὶ σαφής.

59. Ἁλώνητον ἀνδράποδον.] Τὸ εὐτελὲς καὶ πρὸς ἅλας ὠνηθέν. ὅθεν καὶ Μένανδρος· Θρᾷξ εὐγενὴς εἶ πρὸς ἅλας ὠνημένος.

60. Ἁλῶν

60. Ἁλῶν μέδιμνον ἀποφαγών.] Ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων.

61. Ἄλλοι κάμον, ἄλλοι δ᾽ ὤναντο.] Ἐπὶ τῶν παρ᾽ ἐλπίδα καὶ τῶν ἄλλων κληρονομούντων.

62. Ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα.] Ἐπὶ τῶν ἐξαπατᾷν βουλομένων τοὺς ὁμοίους.

63. Ἄλλως ᾄδεις.] Ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων.

64. Ἄλλο γλαὺξ, ἄλλο κορώνη φθέγγεται.] Ἐπὶ τῶν ἀλλήλοις ἀσυμφωνούντων, καὶ ἐριζόντων τοῖς κρείττοσιν.

65. Ἄλλην μὲν ἐξηντλήσαμεν, ἡ δ᾽ ἐπιρρέει.] Ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων.

66. Ἀλλότρια βάλλειν.] Ἐπὶ τῶν ἀποτυγχανόντων.

67. Ἁλσὶ διασμηχθεὶς ὄναιτ᾽ ἂν οὑτοσί.] Ἐπὶ τῶν παραπαιόντων. Φησὶν οὖν· εἰ τύχοιτο οὗτος ὠφεληθήσεται διαβρεχθεὶς ἁλσίν, ὡς ἐπὶ ἀσκοῦ τὸν λόγον ποιούμενος· οἵ τινες σμηχόμενοι ἁλσί, βελτίονες γίνονται· ἅμα δὲ καὶ παραφρονοῦντας ὑπὸ μέθης βρέχομεν ἐλαίῳ καὶ ἁλσί, καὶ ὠφελοῦνται. ἢ ὡς παχύδερμον αὐτὸν χλευάζει. τὰ γὰρ παχύτερα ὑπὸ πιμελῆς τῶν δερμάτων ἁλσὶ μαλαττόμενα, εὐρύτερα γίνεται· ὄναιτ᾽ ἂν οὖν φησὶν ἀποβάλλων τὴν παχύτητα· τὴν ἀρχὴν δὲ φασὶν εἰρῆσθαι τὴν παροιμίαν, ἀπὸ τῶν κεραμείων, ὅσοις ἅλες ἐμβάλλονται, ἐπὶ τὸ μὴ ἐξίστασθαι τὸν οἶνον εὐχερῶς.

68. Ἄλλα μὲν Λεύκωνος ὄνος φέρει, ἄλλα δὲ Λεύκων.] Ἐπὶ τῶν ἀσυμφώνους τοὺς λόγους τοῖς ἔργοις παρεχομένων. Λεύκων γάρ τις γεωργὸς μέλιτος ἀσκοὺς εἰς φορμὸν ἐμβαλών, ἐκόμιζεν εἰς Ἀθήνας, κριθὰς τοῖς φορμοῖς ἐμβαλών, ὡς ὀλίγον εἰσπραχθησόμενος τέλος. Τοῦ δὲ ὄνου πεσόντος, οἱ τελῶναι βοηθῆσαι βουλόμενοι, ἔγνωσαν, ὅτι μέλι ἐστίν.

60. *Salis medimnum deuorans.*] In ingratos.

61. *Alij laborabant, alij autem fruebantur.*]In illos, qui præter ſpem aliorum bona conſequuntur.

62. *Cum vulpe vulpinari.*] In eos, qui ſui ſimiles fallere atque decipere elaborant.

63. *Fruſtra canis.*] De fruſtra laborantibus.

64. *Aliud noctua, aliud cornix ſonat.*]De ijs vſurpari ſolet, qui, cum inter ſe vel maximè diſcordent, tamen cum præſtantioribus & peritioribus certare non verentur quicquam.

65. *Aliam exhauſimus, alia rurſum affluit.*] De ijs, qui fruſtra laborant.

66. *Aliena jacere.*]De ijs,qui ſpe ſua excidunt.

67. *Tantum ſale hunc perungas, adiuuabitur.*] In vecordes, hoc ſenſu: Non mediocriter ille iuuabitur, ſi probè fuerit ſale perfuſus: tanquam de vtribus ſermo eſſet, qui ſale terſi, meliores redduntur. Quin & ebrios ſale & oleo humectamus, & confeſtim reſtituuntur. Vel etiam ſcommaticè & per irriſionem aut ſubſannationem potius dicitur in hominem pingui illotaque cute, hoc eſt, rudem atque ſtolidum. Denſiora enim propter adipem coria ſale ſubacta, extenduntur: quare poſita, inquit, ſpiſſitudine, iuuabitur. Ferunt autem parœmiam originem ducere à vaſis teſtaceis,quibus ſal injicitur, ne vinum facile vim ſuam deperdat.

68. *Fert aliud Leucon, aliud Leuconis aſellus.*] De ijs, quorum ſermo à factis diſſentit.Leucon enim ruſticus,melle vtres plenos in ſportulis impoſitos, Athenas ferebat: ſed quo minora tributa aut vectigalia ab ipſo exigerentur,hordei parum ſuperimpoſuit. Verùm cùm fortè aſinus collapſus fuiſſet,publicani auxilio eſſe volentes, mel illud eſſe deprehenderunt.

69. *Alijs lingua, alijs verò molares.*] In garrulos, & voraces.

70. *Alienam messem metis.*] In illos, qui in alienis rebus negligentes sunt; aut qui ex alienis rebus fructum percipiunt.

71. *Alcestidis magnanimitas.*] De fortibus.

Et:

72. *Alcestidis in vitam restitutio.*] De ijs quæ planè fieri nequeunt, aut omnino incredibilia sunt. Circumfertur enim fabula tragica, quòd quum Admetus iam morti esset proximus, hæc loco illius mori elegerit: quodque Hercules pietate ipsius permotus, ab inferis illam ablatam reduxerit & Admeto reddiderit. Mihi vero, neminem semel vitâ functum reuiuiscere posse videtur. At verò huiusmodi quippiam accidit. Quum Peliam filiæ suæ occidissent, & Acastus Peliæ filius ipsas persequeretur, nec tamen comprehendere posset, Alcestis Pheras profugit ad nepotem suum Admetum, qui domo se sua tenens, noluit illam Acasto petenti reddere. Ille magno exercitu ad vrbem admoto, incendio illos deuastauit. Nocte autem Admetus cum ducibus egressus, viuus comprehensus est, seque illum interempturum Acastus est comminatus. Qua re audita, quodque sua de caussa è medio iam esset tollendus, progressa, seipsam tradidit; qua recepta, Acastus Admetum dimisit, illâ comprehensâ. Hinc Alcestis ob virilem animi magnitudinem celebrata, vt quæ vltrò pro Admeto mortem oppetijsset. Quum interim nihil quale fabula refert, acciderit. Sed sub idem tempus Hercules Diomedis equos agebat. illum istuc euntem Admetus hospitio excepit. Deplorantem autem Alcestidis infortunium Hercules recreauit, & cum Acasto congressus, exer-

Palephat. pag. 100.

69. Ἄλλοισι μὲν γλῶσσα, ἄλλοισι δὲ γόμφιοι.] Ἐπὶ τῶν λάλων, καὶ φάγων.

70. Ἀλλότριον ἀμᾷς θέρος.] Ἐπὶ τῶν καταλιγωρούντων ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις, ἢ τὰ ἀλλότρια καρπουμένων.

71. Ἀλκήστιδος ἀνδρεία.] Ἐπὶ τῶν καρτερῶν.

Καί·

72. Ἀλκήστιδος ἀναβίωσις.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων καὶ ἀπίστων. λέγεται γὰρ μῦθος τραγικώδης, ὡς δὴ μέλλοντος Ἀδμήτου θανεῖν, αὕτη εἵλετο ὑπὲρ αὐτοῦ θάνατον· καὶ Ἡρακλῆς αὐτὴν διὰ τὴν εὐσέβειαν ἀφελόμενος, καὶ ἀναγαγὼν αὐτὴν ἐκ τοῦ ᾅδου, ἀπέδωκεν Ἀδμήτῳ. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, μηδένα ἀποθανόντα δύνασθαί τινα ἀναβιῶσαι· ἀλλ' ἐγένετό τι τοιοῦτον. ἐπειδὴ Πηλίαν ἀπέκτειναν αἱ θυγατέρες, καὶ Ἄκαστος ὁ Πηλίου ἐδίωκεν αὐτάς, οὐ λαμβάνει μὲν, Ἄλκηστις δὲ καταφεύγει εἰς Φερὰς πρὸς Ἄδμητον ἀνεψιὸν αὐτῆς· καὶ καθεζόμενος ἐπὶ τῆς ἑστίας, οὐκ ἐβούλετο Ἄδμητος Ἀκάστῳ ἔκδοτον ἐξαιτουμένῳ δοῦναι· ὁ δὲ πολλὴν στρατιὰν παρακαταθίσας ἐπὶ τὴν πόλιν, ἐπυρπόλει αὐτούς· ἐπεξιὼν δὲ ὁ Ἄδμητος, ἔχων καὶ λοχαγοὺς, νύκτωρ, συνελήφθη ζῶν, ἠπείλει δὲ Ἄκαστος ἀποκτεῖναι αὐτόν. πυθομένη δὲ ἡ Ἄλκηστις, ὅτι μέλλει ἀναιρεῖσθαι Ἄδμητος δι' αὐτήν, ἐξελθοῦσα ἑαυτὴν παρέδωκε. τὸν οὖν Ἄδμητον ἀφίησιν ὁ Ἄκαστος, ἐκείνην δὲ συλλαμβάνει. ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, Ἀνδρεία γε ἡ Ἄλκηστις, ἑκοῦσα ὑπεραπέθανεν Ἀδμήτου. Τοιοῦτο μέν τοι οὐκ ἐγένετο, ὡς ὁ μῦθος φησί. κατὰ γοῦν τὸν καιρὸν τοῦτον Ἡρακλῆς ἧκεν ἄγων ἔκ τινος τόπου τὰς Διομήδους ἵππους· τοῦτον ἐκεῖσε πορευόμενον ἐξένισεν Ἄδμητος. Ὀδυρομένου δὲ Ἀδμήτου τὴν συμφορὰν τῆς Ἀλκήστιδος, ἀγανακτησάμενος Ἡρακλῆς ἐπιτίθεται τῷ Ἀκάστῳ, καὶ τὴν στρατιὰν

αὐτοῦ

αὐτοῦ διαφθείρει. καὶ τὰ μὲν λάφυρα, τῇ αὐτοῦ στρατιᾷ διανέμει, τὴν δὲ Ἄλκηστιν τῷ Ἀδμήτῳ παραδίδωσιν. ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, ὡς ἐντυχὼν Ἡρακλῆς, ἐκ τοῦ θανάτου ἐρρύσατο τὴν Ἄλκηστιν. τούτων γενομένων ὁ μῦθος προσανεπλάσθη.

73. Ἄλλοτε δ' ἀλλοῖον πλέειν καὶ χώρα ἕπεσθαι.] ὅτι προσήκει ἐξομοιοῦν ἑαυτὸν ἐν οἵοις ἂν τόποις γένοιτο. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν πολυπόδων. οὗτοι γὰρ ᾗ ἂν πλησιάσωσι πέτρᾳ, φόβου καταπείγοντος, εἰς τὸ αὐτῆς εἶδος ἑαυτοὺς μεταβάλλουσιν. ὅμοιον τῷ, Πουλύποδος νόον ἴσχε πολυχρόου.

74. Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς.] Ἐπὶ τῶν ἰσχυρῶν καὶ κραταιῶν.

75. Ἅλα καὶ κύαμον.] Ἐπὶ τῶν εἰδέναι μὲν προσποιουμένων, οὐκ εἰδότων δέ. οἱ γὰρ μάντεις, ἅλα καὶ κύαμον τιθέασιν. ὅθεν καὶ τοὺς ἀπορρήτων κοινωνοῦντας, τοὺς περὶ ἅλα καὶ κύαμον ἔλεγον.

76. Ἅλις δρυός.] Ἐπὶ τῶν εἰς λιτὰ δίαιταν βελτίονα μεταβαλλομένων. παυσάμενοι γὰρ τῶν βαλάνων οἱ παλαιοὶ, μετεῖχον σίτου καὶ οἴνου.

Ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα.] Ἐπὶ τῶν ἐπ' ἀμείνονα βίον μεταβαλλομένων.

78. Ἀλλ' οὐδὲν δεῖ περὶ τὸν βωμὸν τῆς ἐπινοίας.] ὅτι οὐ δεῖ ἐν αὐτοῖς τοῖς πράγμασι βουλεύεσθαι· οἱ γὰρ ἱερεῖς, τὰ ἱερεῖα προσάγοντες οὐκοῦν μετὰ τὸ καλλιερῆσαι βουλεύονται.

79. Ἀλλ' οὐκ αὖθις ἀλώπηξ.] Λείπει τὸ, ἁλώσεται. ἐπὶ τῶν πονηρῶν.

80. Ἄλλο γένος κώπης.] Ἐπὶ τῶν περὶ τὸ ἔθος ἐνηλλαγμένων. Ἡρακλῆς γὰρ διαπεραιούμενος ἐπὶ τὰς Ἐρυθρείας βοῦς, ἱστίῳ τῇ λεοντῇ ἐχρήσατο, ἱστῷ δὲ, τῷ ῥοπάλῳ· ἐφ' ᾧ καὶ ἐλέχθη.

81. Ἄλλη τρέλλη.] Σκῶμμα γερόντων, ἐκ τοῦ * σωρὸς γίνεται.

cituque eius deleto, ſpolia Admeti copijs diſtribuit, & Alceſtin illi reddidit. Hinc ille inter mortales ſermo, Alceſtin Herculis fortè ſuperuenientis operâ fuiſſe à morte liberatam. Exque huiuſmodi facto fabula conficta.

73. *Interdum varius, regio vt quæque exigit, eſto.*] Quod locis, in quibus quis verſatur, ſe adaptare debeat. Sumptum à polypodibus, qui cuicunque petræ adhæſerint, timore incitati, in eius ſpeciem ſe transformant. Huic ſimile: *Polypodis verſicoloris mentem obtine.*

74. *Alter hic Hercules.*] De fortibus ac robuſtis.

75. *Salem & fabam.*] De ijs, qui ſe quidem ſcire rem aliquam ſimulant, quam tamen ignorant. Vates enim ſalem & fabam opponunt. Vnde factum, vt qui rerum ſecretarum quempiam participem reddebant, circa ſalem & fabam eſſe dicerentur.

76. *Satis quercus.*] De ijs, qui in lautiorem quampiam victus rationem tranſlati ſunt. Veteres enim, relictis glandibus, tritico & vino vti cœperunt.

77. *Alia vita, alius victus.*] De ijs, qui ad lautiorem viuendi rationem tranſeunt.

78. *Ad altare nihil opus conſilio.*] Non oportere in ipſo opere, ſed antè deliberare. Nam qui victimas ſacrificaturi adducunt, poſtquam litarunt, non iterùm conſilium ineunt.

79. *Sed non iterùm vulpes.*]Nempe, *capietur.* In prauos.

80. *Aliud genus remi.*] De ijs, qui à rebus quas anteà agere ſolebant, temerè deſciſcunt. Hercules enim in Erythream inſulam ad armenta illinc abigenda trajiciens, leonis exuuijs pro velo, clauo pro malo vtebatur. Vnde quoque orta parœmia.

81. *Scomma ſenile.*] A loculo, ſeu ſepulchro, formatur.

 82. Non

Digitized by Google

82. *Non id quod magnum est, pulchrum est; sed id quod pulchrum, magnum.*] Demosthenes aliquando conspicatus ineptum quendam tribunum plebis, magno clamore vtentem, hoc apophthegma in eum protulit.

83. *Aliena iacere.*] De ijs, qui quod affectant non assequuntur, siue id sit in alea ludenda, seu in alio quopiam.

84. *Frustra aquam consumis.*] In ineptè loquaces. Ductum ab illis, qui in iudicijs ad aquæ mensuram dicunt.

85. *Sed non sortita bibisti in littera.*] In ebriosos. Athenienses iuxta litteram sortiebantur Iudices de tribubus, quæ decem erant: quarum prima, A, secunda, B, signum habebat; vsque ad K litteram. Decem porrò quum essent tribus, totidem etiam fiebant tribunalia. Qui ergo Alpha sortitus fuerat, primus judicabat, & hoc pacto reliqui. Fortassis ergo tu sortita, inquit, non judicasti, sed bibisti.

44. Ἀργύρου κρῆναι λαλοῦσιν.] Ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων, δι' ὑπερβολὴν τοῦ πλούτου παρρησιαζομένων.

45. Ἄρνα προβάλλειν.] Ἐπὶ τῶν πολεμεῖν αἱρουμένων· οἱ γὰρ πολεμεῖν βουλόμενοι, κήρυκα ἔπεμπον ἄρνα ἐπιφερόμενον· ὃς ἠφίει ἔνδον τὸν ἄρνα· μηλόβοτον τὴν πόλιν αὐτῶν ἐκ τούτου δεικνύων ἔσεσθαι.

40. *Vrsa præsente vestigia quæris.*] De rebus obscuris. Vrsa enim hieme fœtum enititur, enixa autem latibulum petit: & frigoris vim & acrimoniā valdè reformidans, veris aduentum expectat; neque catulos suos ante tres menses eduxerit vnquam. Quando seipsam repletam sentit, tamquam morbum id verita, cauernam quærit. Hinc morbus ille ἀρκτοφώλεα vocatus. Intrat porrò latibulum suum non pedibus incedens, sed resupinata venatoribus vestigia abscondit: seipsam enim dorso voluit, & ingressa quiescit.

41. *Præstat principio mederi quàm fini.*] Ostendit, operam esse dandam, vt mala cùm primùm incipiunt, prohibeantur potiùs, quàm cùm inualuerint ac iam confirmata sint.

42. *Argenteis hastis pugna, & omnium victor eris.*] Quasi dicat, Auro omnia subiges. Philippo autem id oraculi datum, ab Apolline; hoc indicante; ipsum per proditionem omnium fore victorem.

43. *Optimè claudus virum agit.*] Ferunt, Amazones, masculos natos mutilare. Vnde cùm Scythæ eis bellum mouerent, decipere ipsas volentes, se illos integros ac non mutilatos in matrimonium accepturos dicebant, quòd mutilati illarum mariti essent. Ex quibus quæ princeps Amazonum erat, respondit: *Optime claudus subat.* hoc est, rem Veneream agit.

44. *Argenti fontes loquuntur.*] De indoctis, qui tamen immodica in dicendo libertate vtuntur propter nimias opes.

45. *Agnum objicere.*] De ijs, qui belligerare exposcunt. Bellum enim gerere cupientes, caduceatorem mittebant: qui agnum secum ferens, illum in hostium agro missum faciebat; vrbem illorum deinceps ouibus in pastum cessuram hoc facto ostendens.

46. *Prin-*

46. *Principium dimidium totius.*] De ijs, qui in re quapiam prosperum progressum faciunt.

47. *Vetustoria quàm diphthera ipsa dicis.*] De ijs, qui longas narrationes instituunt. Diphthera enim, cui Iuppiter ea quæ gerebantur inscribebat, vetus omnino erat.

48. *Imprecationis sacrum.*] In eos, qui multa imprecantur in rebus siue bonis, siue malis.

49. *Areopagita.*] De tristibus ac nimiùm seueris.

50. *Virtutem barbari non norunt.*] De indoctis & imperitis.

51. *Magistratus virum demonstrat.*] De ijs, qui antequam ad magistratum admoti sunt, moderati esse videntur; in illo autem iam constituti, improbi apparent. Theophrastus in opere De parœmijs. Alij autem dicunt Solonis esse apophthegma.

52. *Archilochum calcas.*] In conuiciatores: talis enim Archilochus.

53. *Si praes, audi & iustè & iniustè dicta.*] Ex Solonis elegijs parœnetica sententia.

54. *Ociantium cœtus.*] In iniqua agentes.

55. *Clarissimus smaragdus in luce obscurus,*] In eos, qui se occultant vbi minimè oportet.

56. *Durum, apud amentes prudenti multa profari.*] In indoctos dici posset.

57. *Martis pullus.*] In Belli amantes.

58. *Aratro iacularis.*] In eos, qui inconsideratè aliquid agunt, neque præuident quæ ante oculos sunt.

59. *Vtrem excorias.*] In eos, qui insipienter quid agunt.

60. *Vtre terreri.*] In eos, qui frustrà terrentur.

61. *Vtrem mergis vento plenum.*] De rebus, quæ fieri nequeunt.

46. Ἀρχὴ ἥμισυ παντός.] Ἐπὶ τῶν εὖ τι προκοπτόντων.

47. Ἀρχαιότερα τῆς διφθέρας λέγεις.] Ἐπὶ τῶν μακρὰ διηγουμένων. ἡ γὰρ διφθέρα, ἐν ᾗ ὁ Ζεὺς ὑπεγράφετο τὰ γινόμενα, παμπάλαιος ἦν.

48. Ἀρᾶς ἱερόν.] Ἐπὶ τῶν πολλὰ ἀρωμένων ἐπὶ χρηστοῖς ἢ φαύλοις.

49. Ἀρεοπαγίτης.] Ἐπὶ τῶν σκυθρωπῶν καὶ ὑπερσέμνων.

50. Ἀρετῆς τὸ βάρβαρον οὐ ξυνίησιν.] Ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων.

51. Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι.] Ἐπὶ τῶν πρὸ μὲν τῆς ἀρχῆς ἐπιεικῶν δοκούντων, ἐν αὐτῇ δὲ κακῶν φαινομένων. Θεόφραστος ἐν τῷ παροιμιῶν· ἄλλοι δέ φασιν ἀπόφθεγμα εἶναι Σόλωνος.

52. Ἀρχίλοχον πατεῖς.] Ἐπὶ τῶν λοιδορούντων. τοιοῦτος γὰρ Ἀρχίλοχος.

53. Ἄρχων ἄκουε καὶ δικαίως καὶ ἀδίκως.] Ἐκ τῶν τοῦ Σόλωνος ἐλεγειῶν παραινετική.

54. Ἀργούντων χορός.] Ἐπὶ τῶν κακὰ ποιούντων.

55. Ἀρίγνωτος σμάραγδος ἐν τῷ φάει σκοτεινός.] Πρὸς τοὺς ἀποκρύπτοντας ἑαυτοὺς, ὅπου οὐ χρή.

56. Ἀργαλέον, φρονέοντα παρ' ἄφροσι πόλλ' ἀγορεύειν.] Εἰς ἀπαιδεύτους ἂν ῥηθείη.

57. Ἄρεος νεοττός.] Ἐπὶ τῶν φιλοπολέμων.

58. Ἀρότρῳ ἀκοντίζεις.] Ἐπὶ τῶν ἀδιασκέπτως τι ποιούντων, καὶ τὸ κατόπιν μὴ προορωμένων.

59. Ἀσκὸν δέρεις.] Ἐπὶ τῶν ἀνοήτως τι ποιούντων.

60. Ἀσκῷ μορμύττεσθαι.] Ἐπὶ τῶν μάτην φοβούντων.

61. Ἀσκὸν βαπτίζεις πνεύματος πλήρη.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

62. Ἄστριος

62. Ἄστροις σημαίνεσθαι.] Ἐπὶ τῶν ἐκ μακροῦ τι ὑπονοούντων.

63. Ἀσφαλέστερον τοῦ λέγειν τὸ σιγᾶν.] Ἐπικτήτου.

64. Ἀστραπὴ ἐκ πυέλου.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων καὶ εὐτελῶν· ἡ γὰρ ἐξ ὕδατος ἢ ἀγγείων ἀστραπὴ, ἐν τοῖς τοίχοις γινομένη, οὐδὲν δύναται.

65. Ἀσπίδος δῆγμα.] Ἐπὶ τῶν ἀνιάτων. Ἀσπίδος ἀκούω μόνον δῆγμα ἀνίατον εἶναι καὶ ἐπικουρίων κρεῖττον. καὶ μισεῖν ἄξιον τὸ ζῶον τῆς εὐκληρίας τῆς εἰς τὸ κακόν· ἀλλὰ καὶ τούτου θηρίον μιαρώτερον γυνὴ φαρμακὶς, οἵας ἀκούομεν καὶ τὴν Μήδειαν καὶ τὴν Κίρκην. τὰ μὲν γὰρ τῶν ἀσπίδων φάρμακα καὶ δήγματος ἔργα ἐστὶ, τὰ δὲ ἐκείνων ἀναιρεῖν καὶ ἐκ μόνης τῆς ἀφῆς φασιν. ἔνθεν τοι καὶ οἱ βασιλεῖς τῶν Αἰγυπτίων, ἐπὶ τῶν διαδημάτων ἐφέροντο πεποικιλμένας ἀσπίδας, τῆς ἀρχῆς αἰνιττόμενοι τὸ ἀκίνητον. οἱ δηχθέντες δὲ ὑπὸ ἀσπίδος, οὐ περαιτέρω βιοῦσι τετάρτης ὥρας. πνιγμὸς δὲ αὐτοὺς καὶ σπασμὸς διώκει καὶ λυγμός. τὰ δ᾽ ἀσπίδος φασὶ τὸν ἰχνεύμονα τὰ ὠὰ ἀφανίζειν, οἱονεὶ τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν ὑπεξαίροντα τοὺς μέλλοντας ἀντιπάλους· ὁ δὲ ἰχνεύμων ὁ αὐτὸς ἄρα καὶ ἄῤῥην καὶ θῆλυς ἦν, μετειληχὼς καὶ τῆς φύσεως· καὶ τοῖσδε καὶ σπείρειν τι καὶ τίκτειν τοῖς αὐτοῖς ἡ φύσις ἔδωκεν. ἀποκρίνονται δὲ εἰς τὸ ἀτιμότερον γένος οἱ ἡττηθέντες μετὰ τὴν μάχην. οἱ γὰρ κρατήσαντες ἀναβαίνουσι τοὺς ἡττημένους, καὶ εἰς αὐτοὺς σπείρουσιν. οἱ δὲ ἆθλον τῆς ἥττης φέρονται, ὠδῖνας τε ὑπομεῖναι, καὶ πῶς ἀντὶ πατέρων γενέσθαι μητέρας· τοῖς γε μὴν πολεμιωτάτοις ἀνθρώπῳ ζώοις, ἀσπίδι καὶ κροκοδείλῳ, ἐχθρὸς ὁ ἰχνεύμων. Λίβυσσαν δὲ ἄρα ἀσπίδα καὶ ἀποφαίνειν τυφλοὺς τῷ φυσήματι ἀκούω.

62. *Astris notare.*] De ijs, qui longè ante aliquid animo præcipiunt.

63. *Tutius est tacere quàm loqui.*] Epicteti sententia.

64. *Fulgur ex pelui.*] De rebus nullius efficaciæ & nihili. Nam fulguratio quæ ex aquis aut vase in parietibus fit, vim nullam habet.

65. *Aspidis morsus.*] De insanabilibus. Nam aspidis morsum solum insanabilem esse audio, omnique ope superiorem; odioque dignum istud animal, quod ad malum inferendum adeò promptum. Sed & illo scelestior est mulier venefica, quales audimus Medeam & Circen fuisse. Nam aspidum venena morsu duntaxat lædunt, illarum autem vel solo contactu necare ferunt. Hinc Ægyptiorum Reges in diademate variegatas aspidas ferebant, principatum non mouendum esse innuentes. Ab aspide porrò morsi, vltra quartam horam non viuunt: suffocatio enim illos & conuulsio ac singultus inuadit. Aiunt autem ichneumonem aspidis oua abscondere, tamquam futuros natis suis aduersarios tollentem. Estque ichneumon idem & mas & fæmina, vtriusque naturæ particeps, vt & semen emittere & fœtum edere natura illis tribuerit. Qui autem illorum in certamine vincuntur, in deterius genus rejiciuntur. Nam victores in victos conscendunt, & semine illos conspergunt. illi autem amissæ victoriæ damnum ferunt, vt parturigines tolerent: & pro eo, quòd debebant patres esse, matres deinceps fiant. Duobus autem hisce homini infestissimis animalibus, aspide & crocodilo, infestior est ichneumon. Lybicam aspida halitu suo reddere homines cæcos audio.

Digitized by Google

66. *Vtrem accipiet qui prior biberit.*] De ijs, qui generosè & strenuè præ alijs pugnant.

67. *Atrei oculi.*] Quasi dicas, immoti & truculenti. Ductum ab Atrei iniustitia; qui cùm ex calumnia ad ipsum delata suspicatus fuisset, fratrem suum Thyesten vxorem suam constuprasse, filios illius in frusta discerpens, & aqua elixans, patri prandenti apposuit; calamitatis huius sensum illi exhibens, quòd extremitates membrorum illorum, postremo etiam loco apponeret.

68. *Homo rigidus, & qui non admittit consolationē.*] Nempe qui non irrigatur neque liquescit dulcibus & blandis sermonibus, sed præfractus aridusque instar lapidis aut alterius cuiuspiam rei duræ est, vt neque velut aquâ emolliri queat.

69. *Atticus adspectus.*] De comptis & sapientibus. Attici enim conspectum habebant, multùm sapientiæ prudentiæque præ se ferentem. Aristophanes tamen in Nubibus de impudentibus accipit Atticum aspectum, ad continentiam Athenienses, qui tū intemperatiores erāt, informans.

70. *Fixè intueris.*] De ijs, qui voluptate erga aliquem affecti, intentè in illum intuentur, vt capra in mare.

71. *Inuulnerabilis es vt Cæneus.*] Aiunt enim, illum vulnerari non potuisse. Cæterum si quis existimat hominem ferro esse inuulnerabilem, insulsus est. Verùm res ita se habet: Cæneus, Thessalus genere erat, bello strenuus, & bellandi peritus. Cumque multis pugnis interfuisset, nunquam tamen vulneratus inde fuit, ne tum quidem, cùm vna cum Lapithis contra Centauros pugnans, obijt. Nam comprehensum ipsum, terrâ tantùm obruerunt, sicque vitam finijt. Hinc Lapithæ dicebant, cùm sublatum eius cadauer non vulneratum toto corpore inuenissent, Cæneus cùm tota vita inuulnerabilis fuit, tum inuulnerabilis obijt.

66. Ἀσκὸν λήψεται ὁ πρότερος πιών.] Ἐπὶ τῶν γενναίως ὑπὲρ ἄλλων ἀγωνιζομένων.

67. Ἀτρέως ὄμματα.] Οἷον ἄτρεπτα καὶ σκληρά. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῆς Ἀτρέως παρανομίας, ὃς ὑποπτεύσας ἐκ διαβολῆς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Θυέστην μοιχεύειν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, τὰ τέκνα τοῦ Θυέστου συγκόψας καὶ ἑψήσας, δειπνοῦντι παρέθηκε τῷ πατρί, αἴσθησιν παρέχων τῆς συμφορᾶς, ἐκ τοῦ τελευταῖα τὰ ἄκρα παραθεῖναι.

68. Ἄτεγκτος ἄνθρωπος παρηγορήμασιν.] Ὁ μὴ βρεχόμενος μηδὲ ἱέμενος παραμυθίαν, ἀλλὰ σκληρὸς ὢν ὡς ἡ πέτρα, ἢ ἄλλο τι τῶν σκληρῶν, ὡς μηδὲ ὑπὸ ὕδατος διαβρέχεσθαι.

69. Ἀττικὸν βλέπος.] Ἐπὶ τῶν κοσμίων καὶ σοφῶν. οἱ γὰρ Ἀττικοὶ ὑπέρσοφον καὶ ἔννουν εἶχον τὸ βλέμμα. ὁ δέ γε Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις ἐπὶ τῶν ἀναιδῶν ἐκλαμβάνει, τὸ Ἀττικὸν βλέπος· σωφρονίζων τοὺς Ἀθηναίους ἀσχημονοῦντας τότε.

70. Ἀτενὲς ὁρᾷς.] Ἐπὶ τῶν φιληδόντων τισίν, ὥσπερ αἲξ εἰς θάλασσαν.

71. Ἄτρωτος ὑπάρχεις, ὡς ὁ Καινεύς.] Λέγουσι γὰρ ὅτι οὗτος ἄτρωτος ἦν· ὃς δ' ὑπολαμβάνει ἄτρωτον ὑπὸ σιδήρου ἄνθρωπον, εὐήθης ἐστίν. ἡ δὲ ἀλήθεια ἔχει οὕτως· Καινεὺς ἦν Θετταλὸς τῷ γένει, ἀγαθὸς τὰ πολεμικά, καὶ ἐπιστήμων τοῦ μάχεσθαι. γενόμενος δὲ ἐν πολλαῖς μάχαις, οὐδέποτε ἐτρώθη, οὔτε Λαπίθαις συμμαχῶν πρὸς τῶν Κενταύρων ἀπέθανεν, ἀλλὰ συλλαβόντες αὐτὸν μόνον κατέχωσαν, καὶ οὕτως ἐτελεύτησεν· ἔλεγον οὖν οἱ Λαπίθαι, ἀνελόμενοι τὸν νεκρὸν αὐτοῦ, καὶ εὑρόντες μὴ τετρωμένον τὸ σῶμα, Καινεὺς τόν γε ἄλλον βίον ἄτρωτος ἦν, καὶ ἀπέθανεν ἄτρωτος.

72. Ἀττι-

72. Ἀττικὸς εἰς λιμένα.] Ἐπὶ τῶν μετὰ σπουδῆς ὃ ἐπίστανται ποιούντων. οἱ γὰρ Ἀττικοὶ μέλλοντες ἀπαίρειν πρὸς μάχην, καὶ τοῦ λιμένος ἐξιόντες, μετὰ σφοδρότητος ἤλαυνον πρὸς ἐπίδειξιν τῶν οἰκείων ὁρώντων.

73. Ἀτύφου μοίρας εἰς αὐτῶν ἀβλαβοῦς.] Ὅθεν καὶ ὁ Πλάτων, ἄτυφόν φησι τὸν ἀβλαβῆ, ἐν Φαίδωνι· ἐπεὶ τὸ τύφον βλάπτει, καὶ ἐπιτεθυμμένον τὸ καῖον, ὅπερ ἀπὸ τοῦ θύπτω τὸ ἐπικαίω λέγεται. ἐξ οὗ καὶ θυμάλωπες οἱ ἀπολελειμμένοι τῆς θύψεως ἄνθρακες, ἢ οἱ ἡμίκαυτοι.

74. Ἀττικοὶ τὰ Ἐλευσίνια.] Ἐπὶ τῶν τὰ ἀπόρρητα μυουμένων· οἱ γὰρ Ἀττικοὶ ἐν Ἐλευσῖνι ἐπετέλουν τὰ τῆς Δήμητρος μυστήρια.

75. Ἀτὰρ ἡ πάγη ἔοικε λήψεσθαι πάγην.] Ὡς μοιχὸς ἐπὶ μοιχῷ.

76. Ἄτλας τὸν οὐρανόν.] Ἐπὶ τῶν μεγάλοις τισὶ πράγμασιν ἐπιβαλλομένων, καὶ κακοῖς περιπιπτόντων, ὅμως ἀνεχομένων.

77. Ἀτρέμας βοῦς.] Ἐπὶ τῶν βραδέως συντελούντων.

78. Ἀττικὴ πίστις.] Ἐπὶ τῶν πιθανῶν καὶ πιστῶν καὶ ἐνόρκων· ἱδρύσαντο γὰρ οἱ Ἀττικοὶ ἱερὸν Πίστεως.

79. Ἄττης λόφος.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα βαρὺ συμφορωτάτων.

80. Ἀττικὸς μάρτυς.] Ἐπὶ τοῦ πιστοτάτου καὶ ἀληθεστάτου.

81. Ἀτεχνῶς πρὸς τὸν σωρόν.] Ἐπὶ τῶν συνηθιζομένων.

82. Ἀττικὸς ὑπέχει τὴν χεῖρα ἀποθνήσκων.] Ἐπὶ τῶν φιλαργύρων. φιλοκερδεῖς γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι.

83. Αὐτὰρ ἐκ καθαρῶν ἀχύρων τετρύγηκας σῖτον.] Ἐπὶ τῶν μηδενὸς ἀγαθοῦ μεταλαγχανόντων.

72. *Atheniensis in portum.*] De ijs, qui id quod sciunt summo cum studio exequuntur. Athenienses enim cùm in bellum essent profecturi, portum egredientes cum quadam vehementia remigabant, quo sese suis familiaribus inspectantibus ostentarent.

73. *Innoxiæ Parcæ vnus.*] Hinc & Plato in Phædone, ἄτυφον, ait τὸν ἀβλαβῆ, siue innocuum: cùm id quod τύφον, nempe inflatum est, lædat; & ἐπιτεθυμμένον significet τὸ καῖον, hoc est vrens, quod à θύπτω, hoc est aduro, dicitur. Hinc carbones θυμάλωπες vocantur, cum ferè ardor in ipsis iam defecerit, seu quando iam ferè consumpti sint.

74. *Attici Eleusinia.*] De ijs, qui secretis sacris initiantur. Athenienses enim in Eleusine Cereris sacra peragebant.

75. *Cæterum laqueus laqueum capturus videbatur.*] *Vt si adulter adulterum.*

76. *Atlas cœlum.*] In illos, qui res magnas aggressi, in mala & aduersitates incidunt, nihilominus tamen constanter in ijs perseuerant.

77. *Sensim bos.*] De ijs, qui paulatim aliquid conficiunt.

78. *Attica fides.*] De probabilibus, fidis, & minimè periuris. Athenienses enim Fidei templum exstruxerant.

79. *Attæ tumulus.*] De rebus vel maximè noxijs atque aduersis.

80. *Atticus testis.*] De fidelissimo veracissimoque.

81. *Sedulò in aceruum.*] De rei cuipiam probè adsuetis.

82. *Atticus manum moriens supponit.*] In pecuniæ cupidos. Lucri enim auidi erant Athenienses.

83. *Atqui ex puris paleis torturam frumenti fecisti.*] In eos, qui nihil consequuntur.

84. *Ipsa*

Digitized by Google

84. *Ipsa nunc Sapienta viuit.*] De quopiam, qui felicitate & gratia præstat.

85. *Nempe ipse funis prorsus attraxit nihil.*] De piscatoribus successu destitutis vsurpatum.

86. *Planè attigisti limen ipsum ianuæ.*] Quasi dicas, Ad ipsum ostium peruenisti.

87. *Teipsum non alens, canes vis alere.*] In eos, qui, cùm ipsi versentur in paupertate, alijs se alimenta præbituros gloriantur.

88. *Tibiam tubæ comparas.*] In eos, qui minora maioribus comparant, vt & ista: *Rosam anemonæ.* Et, *Cicada apem comparas.*

89. *Tibicinis vitam viuis.*] In eos, qui de alieno viuunt.

90. *Hoc ipsum nauis onus.*] In eos, qui frustrà desident, neque quidquam efficiunt vel sua vel aliorum salutis causa.

91. *Ipse inuenit mali coagulum & fontem.*] In eos, qui sibi ipsis malum accersunt.

92. *Sibi ipsi jus dicere.*] De ijs, qui sibiipsis, quæ sunt iusta, definiunt.

93. *Rursus ad Pythium.*] De ijs, qui eadem sæpius agunt. Dictum & de ijs, qui eadem sæpius interrogant, aut qui ad priora redeunt.

94. *Sponte Deus bona emittit.*] De ijs, qui sine labore vllo ditescunt.

95. *Ipse sese canit.*] De ijs, qui factis, quales sint, seipsos ostendunt.

96. *Ipse dixit.*] De ijs, qui aliquid alicui fide digno adscribunt.

97. *Vnà cum ipso canistro.*] In eos, qui valdè officiunt: cœnam enim canistro illatam quidam vnà cum ipso canistro rapiebant.

84. Αὐτὴ νῦν ἡ σοφία ζῇ.] Ἐπί τινος εὐδαιμονοῦντος ἢ εὐδοκιμοῦντος.

85. Αὐτὴ μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπακεν.] Ἀπὸ τῶν ἁλιευτῶν εἴρηται, τῶν ἀποτυγχανόντων.

86. Αὐτὸν κέκρουκας τὸν βατῆρα τῆς θύρας.] Οἷον ἐπὶ αὐτὰς ἀφῖξαι τὰς θύρας.

87. Αὑτὸν οὐ τρέφων, κύνας θέλεις τρέφειν.] Ἐπὶ τῶν ἀπορούντων μὲν, ἑτέρους δὲ τρέφειν καταπαγγελλομένων.

88. Αὐλὸν σάλπιγγι συγκρίνεις.] Ἐπὶ τῶν τὰ ἐλάττω τοῖς μείζοσι συγκρινόντων· ὡς καὶ, Τὸ ῥόδον ἀνεμώνῃ· Καὶ, Τῷ τέττιγι μέλιτταν συγκρίνεις.

89. Αὐλητοῦ βίον ζῇς.] Ἐπὶ τῶν ἐξ ἀλλοτρίων βιούντων.

90. Αὐτὸ τοῦτο ἄχθος νέως.] Ἐπὶ τῶν εἰκῇ κειμένων, καὶ μηδὲν ἐνεργούντων, μήτε αὐτῶν ἐπὶ σωτηρίας, μήτε ἄλλων.

91. Αὐτὸς εὗρε τοῦ κακοῦ τὴν πιτύαν καὶ τὴν πηγήν.] Ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς τὰ κακὰ ἐπισπωμένων.

92. Αὐτοδίκη, καὶ αὐτοδικεῖν.] Ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς τὰ δίκαια ὁριζόντων.

93. Αὖθις Πυθώδε.] Ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ πολλάκις πραττόντων· εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν ἐπιπυνθανομένων, ἢ εἰς τὰ πρῶτα παλινδρομούντων.

94. Αὐτομάτως ὁ θεὸς ἀνίησι τ'ἀγαθά.] Ἐπὶ τῶν ἀπραγμόνως εὐδαιμονούντων.

95. Αὐτὸς αὐτὸν αὐλεῖ.] Ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς δεικνυόντων τοῖς πράγμασιν, ὁποῖοί εἰσιν.

96. Αὐτὸς ἔφα.] Ἐπὶ τῶν ἀναφερόντων ἐπί τινα τῶν ἀξιοπίστων.

97. Αὐτῷ κανῷ.] Ἐπὶ τῶν ἄρτι τι λυμαινομένων. τὰ γὰρ δεῖπνα ἐπὶ τῷ κανῷ κομιζόμενα, ἥρπαζόν τινες αὐτῷ κανῷ.

98. Αὐτοῦ

98. Αὐτοῦ Ῥόδος, αὐτοῦ καὶ τὸ πήδημα.] Ἐπὶ τῶν ἀλαζονευομένων ἐπί τινι. ἀπὸ Ῥοδίου τινὸς, ἀλαζονευομένου ἐπὶ τῷ ἅλλεσθαι.

99. Αὐτόθεν κατάβαλλε.] Ἀντὶ τοῦ, Κατάθου, ἢ, Πέπαυσο. ἐπὶ τῶν ἡττωμένων καὶ καταβαλλόντων τὰ ὀφειλόμενα.

100. Αὕτη τοι δίκη ἐστὶ θεῶν οἳ ὄλυμπον ἔχουσιν.] Ἐπὶ τῶν ἀμοιβῆς τυγχανόντων, ὧν πράττουσιν.

98. *Hic Rhodus, hic saltus.*] In eos, qui de re quapiam sese iactant. à Rhodio quodam, qui ob saltum gloriosius sese efferebat.

99. *Confestim abjice, depone, quiesce.*] In eos, qui victi debita præmia dependunt.

100. *Iustitia hæc Diuûm cælestia regna tenentûm.*] De ijs, qui pro factis retributionem recipiunt.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Ε.

1. Αὐτοὶ χελώνας ἐσθίετε.] Ἐπὶ τῶν λιμβῶν. ἁλιεῖς γὰρ ἠλίευσαν μεγάλην χελώνην, καὶ ἀνασπάσαντες αὐτὴν, ἐμέριζον τὴν παροῦσαν· τὸν δὲ Ἑρμῆν παρόντα ἐπὶ τὴν ἑστίασιν ἐκάλουν· ὁ δὲ τὸ προκείμενον εἶπεν.

2. Αὐτὰ δι᾽ αὐτῶν.] Ἐπὶ τῶν ἀεὶ τὰ αὐτὰ λεγόντων.

3. Αὐτῷ κρητῆρι γίνεται κακά.] Ἐπὶ τῶν οἷς καθ᾽ ἑτέρων βουλεύονται τύποις περιπιπτόντων.

4. Αὐτοβοᾷς, ὅμοιος ὢν τῷδε.] Ἀττικῶς πάνυ συμπλέκεται, οἷον, Αὐτὸς ἑαυτῷ μαρτυρεῖς, κεκραγὼς ὅμοιος εἶναι τῷδε.

5. Αὐτὸ δείξει.] Ἐλλείπει, τὸ ἔργον.

6. Ἀφροδίσιον.] Ἔργον Ἀφροδίτης. λαμβάνεται δὲ ἐπὶ τῶν λάγνων, τῶν ἐρωτικῶς παρὰ τὴν συνουσίαν καὶ σφοδρῶς διακειμένων.

7. Ἄφρων, ὁ μὲν ἀπολέσει ἔχει· ὃ δ᾽ εἰς τὸ δέον ἀναλώσει, οὐκ ἔχει.]

8. Ἀφεὶς τὴν ὑπέραν τὸν πόδα διώκει.] Ὑπερίδης ἐν τῷ περὶ ταρίχου πρώτῳ. Ἐπὶ τῶν παρέντων τὰ σπουδαιότερα, καὶ περὶ τὰ φαῦλα διατριβόντων. ὑπέραι δέ εἰσιν ναυτικοὶ σχοῖνοι, αἷς μετάγεται τὸ κέρας.

CENTVRIA V.

1. *Ipsi testudines edite.*] In gulosos. Piscatores enim magnam testudinem ceperant, extractamque diuidebant: cumque Mercurius accederet, illum ad conuiuium vocarunt: quibus ille, quod retulimus, respondit.

2. *Eadem per eadem.*] De ijs, qui semper eadem loquuntur.

3. *Ipsi crateri contingunt mala.*] De ijs, qui quod in alios machinantur mali, in ipsos recidit.

4. *Tute te prædicas isti similis existens.*] Atticè contractum, perinde ac si dicas: *Ipse tibi testimonium dicis, te isti similem esse clamans.*

5. *Ipsum ostendet.*] Deest, opus.

6. *Veneris opus.*] Capitur autem pro libidinosis, & in turpem coitum vehementer propensis.

7. *Stultus quod perdat habet; quod autem in id quod oportet, impendat, non habet.*]

8. *Fune demisso pedem sectatur.*] Hyperides lib. 1. De Muria. In eos, qui relictis magis serijs, circa inania versantur. ὑπέραι autem nautici funes, quibus cornu antennarum reducitur.

9. *Ab equis ad asinos.*] In eos, qui à præclaris ad obscura & minùs egregia deueniunt; velut si à Grammatica ad aurigationem, aut simile quid, minùs decorum perueniatur.

10. *Relicta quercu sequitur triticum.*] De ijs, qui à deterioribus ad meliora transeunt.

11. *Auri sacra fames capiet Spartam: ast aliud nil.*] In eos, qui ex omni re lucrum sectantur.

12. *Inuidiæ expertes Musarum fores.*] De ijs, qui alijs suos sermones siue doctrinam nullatenus inuident.

13. *Ineuitabile est fati malum.*] Aristoteles.

14. *A sacra linea.*] Ductum ab ijs, qui talis ludunt: in illo enim ludo circulus est, qui sacer vocatur, quem vltimum mouent.

15. *Venereum iuramentum non est pœnæ obnoxium.*] Dij enim amatoribus peierantibus non irascuntur.

16. *Aphya in ignem.*] De ijs, quæ citò perficiuntur; quòd Aphyam citò coqui contingat.

17. *Venus & Bacchus vnà sunt.*] Quòd vna facultas alteram incitet.

18. *Veneri suem mactauit.*] De rebus ingratis. Veneri enim numquam sus immolatur, propter Adonin.

19. *Aphyarum honos.*] De ijs, qui ob res exiguas & leuiculas ab alijs honorantur.

20. *A Vesta sine lare.*] In illos, qui rem à principio ordiuntur. Isæus in oratione ad Calydonem. *Ab ipsa statim Vesta initiatus Athenienſibus prorsus eram.*

21. *De sublimi me derides.*] Ductum ab ijs, qui ex editiori loco orationem habent. Idem porrò est, ac si dicas, Contemnis me.

22. *Baiulus Aegyptius.*] De ijs, qui

9. Ἀφ᾽ ἵππων ἐπ᾽ ὄνον.] Ἐπὶ τῶν ἀπὸ σεμνῶν εἰς τὰ ἄσεμνα ἡκόντων· οἷον, ἀπὸ γραμματικῆς ἐπὶ ἡνιοχευτικὴν, ἢ ἄλλό τι τῶν οὐ σεμνῶν.

10. Ἀφείμενος τῆς δρυὸς, ἕπεται τῶν πυρῶν.] Ἐπὶ τῶν ἀπὸ χειρόνων ἐπὶ τὰ βελτίω μεταπεσόντων.

11. Ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ἑλοι, ἄλλο δὲ οὐδέν.] Ἐπὶ τῶν ἐκ παντὸς κερδαίνειν βουλομένων.

12. Ἄφθονοι Μουσῶν θύραι.] Ἐπὶ τῶν ἥκιστα φθονερῶς διακειμένων ἐν λόγοις.

13. Ἄφυκτον τὸ τῆς πεπρωμένης κακόν.] Ἀριστοτέλης.

14. Ἀφ᾽ ἱερᾶς.] Ἀπὸ τῶν πεττευόντων παρῆκται· ἐν γὰρ τῇ πεττείᾳ ἐστί τις κύκλος καλούμενος Ἱερὸς, ὃν κινοῦσιν ὕστατον.

15. Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.] Ἐπὶ γὰρ τοῖς ἐρωτικοῖς ἐπιορκοῦμένοις οἱ θεοὶ οὐκ ὀργίζονται.

16. Ἀφύα ἐς πῦρ.] Ἐπὶ τῶν τέλος ὀξὺ λαμβανόντων· παρόσον καὶ τὴν ἀφύαν τάχιστα ἕψεσθαι συμβαίνει.

17. Ἀφροδίτη καὶ Διόνυσος μετ᾽ ἀλλήλων εἰσί.] Παρόσον ἡ μία δύναμις τὴν ἑτέραν κινεῖ.

18. Ἀφροδίτῃ ὗν τέθυκεν.] Ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων· τῇ γὰρ Ἀφροδίτῃ ὗς οὐ θύεται, διὰ τὸν Ἄδωνιν.

19. Ἀφυῶν τιμή.] Ἐπὶ τῶν ἐκ μικρῶν παρ᾽ ἄλλων τιμωμένων.

20. Ἀφ᾽ Ἑστίας.] Ἐπὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς τι πραττόντων. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Καλυδῶνα· Ὁ ἀφ᾽ Ἑστίας μυούμενος Ἀθηναῖος ἦν πάντως.

21. Ἀφ᾽ ὑψηλοῦ μου καταγελᾷς.] Ἐπὶ τῶν ἐξ ὕψους διαλεγομένων, ὡσανεὶ, Πάνυ μου καταφρονεῖς.

22. Ἀχθοφόρος Αἰγύπτιος.] Ἐπὶ τῶν

βαρέα

βαρία βαστάζοντων· πολλαχοῦ γὰρ οἱ ποιηταὶ ἀχθοφοροῦντας τοὺς Αἰγυπτίους φασίν.

23. Ἄχθομαι αὐτοῦ τῷ ῥύπῳ.] Ἀντὶ τοῦ, τῇ ἀνελευθερίᾳ καὶ μικρολογίᾳ· τὸν γὰρ ῥύπον ἐπὶ ἀνελευθέρων ἐτίθεσαν. οὕτω γοῦν ῥυποκονδύλους λέγουσι τοὺς τοιούτους.

24. Ἄχει πέπληγμαι.] Ἐπὶ τοῦ δυσφοροῦντος.

25. Ἀχρειόγελως ἄνθρωπος.] Ὁ ἐπὶ τοῖς ἀχρήστοις καὶ μὴ σπουδαίοις γελῶν καὶ χαίρων.

26. Ἄχειρ νιφθῆναι βούλεται.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

27. Ἄχρι κόρου.] Ὅτι ἄχρι κόρου ἐκεῖνος ἀναίσθητός ἐστι· καὶ οὗτος ἄχρι κόρου φενακίζει.

28. Ἄχρι εἰς τὸ βάραθρον.] Ἐπὶ τῶν μέχρι τελευτῆς ἢ καλῶν ἢ κακῶν ἢ εὐγενῶν ἢ δυσγενῶν ὄντων.

29. Ἀχνυμένη σκυτάλη.] Ἐπὶ τῶν λυπηρὰς ἀγγελίας ἀγγελλόντων. ἔθος γὰρ εἶχον ἐπὶ ξύλου ἑλίσσειν τὸ γραφὲν ἐν σκυτάλῃ καὶ πέμπειν, οἱονεὶ ἀποστέλλοντες, οἱ παλαιοὶ, οἷς ἐβούλοντο πέμπειν· οἱ δὲ δεχόμενοι, ἴσῃ σκυτάλῃ αὐτὰ περιελοῦντες ἀνεγίνωσκον τὸ γραμματεῖον.

30. Ἀχάριστον εὐεργετεῖν, καὶ νεκρὸν μυρίζειν, ἓν σύγκειται.] Πλούταρχος.

grauia portant: sæpe enim Poëtæ Ægyptios ἀχθοφοροῦντας vocant.

23. *Offendor ipsius sordibus.*] Hoc est illiberalitate & circa res viles diligentia. Sordes enim pro illiberalibus ponebant. nam ῥυποκονδύλους, quasi sordidis articulis, eosdem nuncupabant.

24. *Dolore percussus sum.*] De molestia affecto.

25. *Homo nugator.*] Qui ob res exiles, minimeque serias, risu gaudioque diffluit.

26. *Manus non habens, lauari cupit.*] De impossibilibus.

27. *Vsque ad satietatem siue fastidium.*] Velut, Ad fastidium stupidus & insulsus hic est. Et: Ille vsque ad satietatem nugatur & fucum facit

28. *Vsque ad barathrum.*] De ijs, qui vsque ad mortem, aut probi aut improbi, aut nobiles aut ignobiles sunt.

29. *Tristis scytale.*] De ijs, qui res odiosas & tristes annunciant. Mos enim erat antiquis, id quod scytalæ inscriptum erat, baculo aduoluere, sicque mittere, ad quos missam volebant: illi verò, accepta simili scytale seu baculo, epistolam illi rursum applicabant, sicq. legebant.

30. *Ingrato benefacere, & mortuum vngere, paria sunt.*] Plutarchus.

B.

31. Βαθεῖαν αὔλακα.] Ἐπὶ τῶν βαθείας φρένας καὶ κεκρυμμένας ἐχόντων.

32. Βαλανεῦσιν ἔοικας.] Ἐπὶ τοῦ πολυπράγμονος καὶ περιέργου. παρόσον σχολὴν ἄγοντες πολυπραγμονοῦσιν οἱ βαλανεῖς.

B.

31. *Profundum sulcum.*] In eos vsurpabant, qui profundâ & tectâ sunt prudentiâ.

32. *Balneatoribus similis videris.*] De curioso & ineptè negotioso: quòd balneatores, quando vacat, ferè anxiè rerum alienarum curiosi sunt.

Digitized by Google

33. *Mitte in eum, qui scientiam habet.*] In eos, qui earundem artium homines conuitijs impetunt.

34. *Bacelus es.*] Hoc est, Effeminatus, & minimè virilis. Bacelus enim magnus quidem erat, sed insulsus atque muliebris.

35. *Bacchæ in morem.*] De perpetuò tristibus & taciturnis; quòd Bacchæ silentium agant.

36. *Ito ad Macariam.*] Hoc est, ad inferos. In eos, qui ob virtutem seipsos morti exponunt. Macaria enim Herculis filia. Eurystheus bellū cum Atheniensibus gereret, seipsam ad cædem obtulit pro reliquorum salute.

37. *Tinctura Cyzicena.*] Immundam deformitatem Attici taliter vocabant.

38. *Tinctura Sardiniaca.*] Pro eo quod est, *Ne te in ruborem dem:* Maxima enim insula Sardinia propè Italiam, in qua diuersæ purpuræ & quidem exactissimæ nascuntur. Hoc ergo prouerbio indicatur, *Ne tibi plagas inferam.*

39. Βατακάρας.] De pinguibus atque impotentibus. Estque per contractionem legendum.

40. *Batti silphium.*] De ijs, quibus rari honores deferuntur. Cyrenæi enim cuidam Batto insigne silphium dederunt, & in altera numismatis parte Ammonem, in altera verò silphium exprimebant. Ampeliotæ verò in Libya Delphis silphij scaphum consecrarunt.

41. *Ito in malam rem.*] Hoc est, Eas perditum.

42. *Rana Seriphia.*] De mutis. Ranæ enim in Seriphia non coaxant. Cuius rei caussa est aquæ nimia frigiditas. Vnde fit, vt si quis ad aliud id animal transferat, statim loquax reddatur, & propriæ naturæ restituatur. Sic & ranam Cyrenæam aquæ frigidæ vis, vocis expertem reddit.

33. Βάλλ' εἰς ἔχοντα τὴν ἐπιστήμην.] Ἐπὶ τῶν λοιδορούντων τοὺς ὁμοτέχνους.

34. Βάκηλος εἶ.] Ἀντὶ τοῦ, γυναικώδης καὶ ἄνανδρος· ὁ γὰρ Βάκηλος μέγας μὲν ἦν, ἀνόητος δὲ καὶ γυναικώδης.

35. Βάκχης τρόπον.] Ἐπὶ τῶν ἀεὶ στυγνῶν καὶ σιωπηλῶν· παρόσον αἱ Βάκχαι σιγῶσιν.

36. Βάλλ' ἐς μακαρίαν.] Οἷον, εἰς ᾅδου. Ἐπὶ τῶν διδόντων δι' ἀρετὴν ἑαυτοὺς εἰς θάνατον. Μακαρία γὰρ ἡ Ἡρακλέους, ὁπηνίκα ἐπεστράτευσεν ὁ Εὐρυσθεὺς ταῖς Ἀθήναις, ἑαυτὴν ἐπέδωκε σφάττειν ὑπὲρ τῆς τῶν λοιπῶν σωτηρίας.

37. Βάμμα Κυζικηνόν.] Τὴν ἀκάθαρτον ἀσχημοσύνην οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν.

38. Βάμμα Σαρδινιακόν.] Ἀντὶ τοῦ, μή σε ἐρυθρὸν ποιήσω. Νῆσος γάρ ἐστι μεγίστη ἡ Σαρδὼ πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ· ἐν ᾗ γίνονται πορφύραι διάφοροι καὶ ὀξύταται. Βούλεται οὖν δηλοῦν, ἵνα μή σε πληγὰς ἐντρίψω.

39. Βατακάρας.] Ἐπὶ τῶν παχέων καὶ ἀδυνάτων· κατὰ συστολὴν δὲ ἀναγνωστέον.

40. Βάττου σίλφιον.] Ἐπὶ τῶν σπανίους τιμὰς λαμβανόντων· οἱ γὰρ Κυρηναῖοι ἑνὶ τῶν Βάττων ἐξαίρετον ἔδωκαν τὸ σίλφιον· καὶ τοῦ νομίσματος ἐπὶ μὲν θατέρου Ἄμμωνα, ἐπὶ δὲ θατέρου σίλφιον ἐτύπωσαν· οἱ δὲ ἐπὶ Λιβύης Ἀμπελιῶται, εἰς Δελφοὺς ἀνέθεσαν καυλὸν σιλφίου.

41. Βάλλ' εἰς ὄλεθρον.] Καὶ, Βάλλ' ἐς φθοράν.

42. Βάτραχος Σερίφιος.] Ἐπὶ τῶν ἀφώνων· οἱ γὰρ ἐν τῇ Σερίφῳ βάτραχοι οὐ βοῶσι· αἴτιον δὲ ἡ τοῦ ὕδατος ἄγαν ψυχρότης· ὅθεν εἴ τις ἐφ' ἕτερον μετάγοι τὸ ζῶον, λάλον εὐθὺς ἐποίησε, καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν μετεβίβασε φύσιν. Κυρηναῖον δὲ βάτραχον, τὸ τῶν ὑδάτων πικρὸν ἄλαλον ἀπεργάζεται.

43. Βατρά-

43. Βατράχῳ οἰνοχοεῖς.] Ἐπὶ τῶν ταῦτα παρεχόντων, ἅπερ οὐ χρήζουσιν οἱ λαμβάνοντες. βάτραχος τὸν ὕδρον μισεῖ, καὶ δέδοικεν ἰσχυρῶς· διόπερ τῇ βοῇ πολλῇ πειρᾶται ἀντικαταπλήττειν αὐτὸν καὶ ἀντιφοβεῖν.

44. Βαβαὶ Μύξος.] Ἐπὶ τῶν μεγαλαυχούντων· οὗτος γὰρ ἱερεὺς τῆς Ἀρτέμιδος ὢν ἐν Ἐφέσῳ, μεγάλαυχος ἦν.

45. Βατταρίζειν.] Ἀντὶ τοῦ, Τραυλίζειν.

46. Βασίλειος ὀφθαλμός.] Τὸν ἐπί τινα ἀρχὴν πεμπόμενον οὕτως ἐκάλουν.

47. Βάσανος λίθος.] Ἐπὶ τῶν ἐξεταζομένων ἐν λόγοις· παρόσον ἡ Λυδία λίθος τὸν χρυσὸν δοκιμάζει.

48. Βάλλων φεύξεσθαι οἴει.] Πρὸς τοὺς κακόν τι ποιοῦντας, καὶ οἰομένους ἐκφεύγειν.

49. Βάλλ' ἐς ὕδωρ.] Ἀντὶ τοῦ, Καταπόντισον. Ἐπὶ τῶν ὀλέθρου ἀξίων.

50. Βατράχῳ ὕδωρ, καὶ στέαρ γαλῇ.] Ἐπὶ τῶν ταῦτα διδόντων οἷς χαίρουσιν οἱ λαμβάνοντες.

51. Βάλλειν μήλοις.] Ἐπὶ τῶν τυχεῖν ὧν ἐρῶσι βουλομένων· παρήχθη δὲ ἀπὸ τῶν πεμφθέντων ἐπ' Ἀταλάντην μήλων· προὔκειτο γὰρ τῷ νικῶντι δρόμῳ τὴν Ἀταλάντην, ἔπαθλον ὁ ταύτης γάμος. ὁ γοῦν Ἱππομένης εἰς ἅμιλλαν καταστὰς, βουλόμενος αὐτὴν νικῆσαι, χρυσᾶ μῆλα ἔρριψε, καὶ περὶ τὴν τούτων συλλογὴν ἐκείνης ἀσχολουμένης, οὕτως ταύτην ὑπερέβαλε.

52. Βδέλυγμα ἐρημώσεως.] Ἦν εἴδωλον καὶ ἐκτύπωμα καὶ σημεῖον τῆς ἐρημώσεως. ἦσαν δὲ εἰκόνες τινὲς ἀπηγορευμέναι τῶν νόμων, εἰς τοῦτο εἰσκομιζόμεναι. Ὃ δὴ Πιλάτος πεποίηκε *. Λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν ἐβδελυγμένων.

43. *Ranæ vinum ministras.*] De ijs, qui ea dant, quæ accipientibus non sunt vsui. Rana etenim, cùm hydram vel maximo persequatur odio, nec minùs etiam eam timeat, multa sua vociferatione & coaxatione, illam terrere & in mutuum timorem agere contendit.

44. *Papæ Myxus.*] In vehementer iactabundos. Fuit enim ille sacerdos Dianæ Ephesiæ perquam gloriosus & facetus.

45. *Battarizare.*] Pro, Balbutire.

46. *Regius oculus.*] Ita vocabant, qui ad principatum quempiam regendum mittebatur

47. *Lydius lapis.*] De ijs, qui in litterarum disciplinis sunt probati. Simile huic: *Lydius lapis aurum discriminat.*

48. *Telo coniecto te fugiturum existimas.*] In eos, qui vbi mali aliquid patrarint, effugere se posse stultè arbitrantur.

49. *Mitte in aquam.*] Pro eo quod est, submerge. In eos, qui digni interitu sunt.

50. *Ranæ aquam, & mustelæ seuum.*] De ijs, qui ea præbent, quibus accipientes gaudent.

51. *Incessere pomis.*] De ijs, qui quæ amant, consequi cupiunt. Ductum à malis, quæ iaciebantur in Atalantam. Cùm enim constitutum esset præmium, vt qui Atalantam cursu vicisset, illam in matrimonium acciperet; Hippomenes cum illa in certamen congressus, vincere ipsam cupiens, aurea mala proiecit: quibus legendis dum illa occupatur, ab Hippomene superatur.

52. *Abominatio desolationis.*] Erat idolum, effigies, seu signum, Desolationis. Imagines quippe seu simulacra quædam erant, quæ legibus vetabantur, propterea que in vnum comportabantur. Fecit autem idipsum Pilatus, qui Cæsaris statuam noctu in templum intulerat. Dicitur autem de abominandis.

Digitized by Google

53. *Balneator es.*] De ardelione & ineptè negotioso. Isti enim in ocio maximè negotiosi sunt.

54. *Beccefelene.*] Hoc est, Vetus, & insipiens. Composita est hæc dictio ex βέκκος, quæ Lydiorum idiomate panem significat, & Σελήνη, hoc est, Luna. Vtrumque enim antiquum.

55. *Vir sapiens melior illo qui robore præstat.*] Phocyllidis apophthegma.

56. *Besas stetit.*] De ferè stultis. Ille enim (Besas) stupidus stabat.

57. *Tussis pro crepitu.*] In illos, qui emisso crepitu, tussire aut ridere se fingunt. Sumiturque de ijs, qui in consilij inopia constituti, aliud quippiam facere se simulant.

58. *Biantis Prienensis, Teutami filij, lis.*] Hic vnus ex septem Sapientibus. Dicitur autem in caussis agendis acer nimis fuisse. Qui cùm quemdam in judicio defendisset iam senex, finito sermone, caput in nepotis ex filia sinum reclinauit. Aduersario autem etiam dicente, & judicibus suffragium pro illo, quem Bias defenderat, ferentibus; dimisso concilio, mortuus in nepotis sinu inuentus est: quem ciuitas magnificè sepeliuit.

59. *Vita expers festi, longa via sine hospitio.*[Democriti prouerbiale apophthegma.

60. *Vita subacta.*] De fortunatis.

61. *Vitam spinosam.*] Hoc est, asperam duramque vocabant.

62. *Meum vinum liber.*] De ijs, qui res quasdam corrumpunt; seu de studiosis.

63. *Cogendus inops, commonendus diues est.*] Eò quod pauperes necessitate adigantur, diuites autem blandè atque assentatoriè inducantur.

53. Βαλανεὺς εἶ.] Ἐπὶ τοῦ πολυπράγμονος· οὗτοι γὰρ σχολὴν ἄγοντες πολυπράγμονές εἰσι.

54. Βεκκεσέληνε.] Ἀρχαῖε, καὶ ἀνόητε· σύγκειται ἡ λέξις ἀπὸ τοῦ βέκκος, ὁ ἄρτος κατὰ διάλεκτον τῶν Λυδῶν· καὶ τοῦ Σελήνη. ἀμφότερα γὰρ ἀρχαῖα.

55. Βέλτερος ἀλκήεντος ἔφυ σεσοφισμένος ἀνήρ.] Φωκυλλίδου ἀπόφθεγμα.

56. Βησᾶς ἕστηκεν.] Ἐπὶ τῶν ὑπομώρων. οὗτος γὰρ ἕστηκεν ἀχανής.

57. Βὴξ ἀντὶ πορδῆς.] Ἐπὶ τῶν περδόντων, καὶ προσποιουμένων βήττειν ἢ γελᾶν· ὁ ἐκλαμβάνεται ἐπὶ τῶν ἐν ἀπορίᾳ τι πράττειν προσποιουμένων.

58. Βίαντος Τευταμίδου Πριηνέως δίκη.] Οὗτος ἦν εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν. Λέγεται δὲ εἰς τὰς δίκας δεινὸς γεγονέναι. οὗτος δίκην ὑπέρ τινος λέξας ἤδη ὑπέργηρως ὤν, μετὰ τὸ καταπαῦσαι τὸν λόγον, ἀπέκλινε τὴν κεφαλὴν εἰς τοὺς τῆς θυγατρὸς υἱοῦ κόλπους. εἰπόντος δὲ καὶ τοῦ ἐναντίου, καὶ τῶν δικαστῶν τὴν ψῆφον ἐνεγκόντων τῷ ὑπὸ τοῦ Βίαντος βοηθουμένῳ· λυθέντος τοῦ δικαστηρίου, νεκρὸς ἐν τοῖς κόλποις εὑρέθη, καὶ αὐτὸν μεγαλοπρεπῶς ἔθαψεν ἡ πόλις.

59. Βίος ἀνεόρταστος, μακρὴ ὁδὸς ἀπανδόκευτος.] Δημοκρίτου τὸ παροιμιῶδες ἀπόφθεγμα.

60. Βίος μεμαγμένος.] Ἐπὶ τῶν εὐδαιμονιζόντων.

61. Βίον ἀκανθώδη.] Τὸν τραχὺν καὶ σκληρόν.

62. Βιβλίον τοὐμὸν μέθυ.] Πρὸς τοὺς διαφθείροντάς τινα ἔργα· ἢ ἐπὶ τῶν φιλολόγων.

63. Βία πενήτων, πλουσίων παράκλησις.] Παρόσον οἱ μὲν πένητες ἀναγκάζονται, οἱ δὲ πλούσιοι θρύπτονται καὶ θωπεύονται.

64. Βλέ-

64. Βλέπειν γὰρ ἄντικρυς δόξεις μ' Ἄρη.] Ἐπὶ τῶν ὑπισχνουμένων παντὶ σθένει συμπράττειν.

65. Βλακὸς ἀχρηστότερος.] Εἴρηται ἀπὸ ἰχθύος τινὸς, ὁμοίου σιλούρῳ, * ἀχρήστου δὲ οὕτως, ὡς μηδὲ κύνα αὐτῷ χρῆσθαι. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πρὸς τῇ Κύμῃ χωρίου Βλακείας, οὗ μέμνηται καὶ Ἀριστοτέλης. καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ, τέλος τὸ βλακεννόμιον· καὶ οἱ Ἀστρολόγοι τελοῦσι. διὰ τὸ τοὺς μώρους εἰσιέναι πρὸς αὐτούς.

66. Βοῦς Κύπριος εἶ.] Ἤτοι κοπροφάγος· τοιοῦτοι γὰρ οἱ ἐκεῖ βόες.

67. Βοῦς ὁ Μολοττῶν.] Ἐπὶ τῶν εἰς πολλὰ διαιρουμένων πράγματα· οἱ γὰρ Μολοττοὶ τοὺς βόας ἐν ταῖς ἑορταῖς εἰς πολλὰ διέτεμνον.

68. Βοῦς ἐπιβῆ.] Ἐπὶ τῶν ἐξαίφνης σιωπώντων. τὸ γὰρ ἀργύριον βοῦν εἶχε τῶν Ἀθηναίων· οἱ γὰρ δωροδοκούμενοι ἐσιώπων.

69. Βουδόρῳ νόμῳ.] Ἐπὶ τῶν ἀξίων δέρεσθαι, ὡς οἱ βόες.

70. Βοιώτιος νόμος.] Ἐπὶ τῶν τὰς ἀρχὰς μὲν ἠρεμαίως ἐχόντων, αὖθις δὲ σφοδρῶς ἐπιγινομένων.

71. Βούτης μὲν ἐλέγεν, νῦν δ' αἰπόλῳ ἀνδρὶ ἔοικας.] Ἐπὶ τῶν ἡσύχων μὲν πρῶτον καὶ ἡμέρων, ἔπειτα δὲ ἀγρίων. οἱ γὰρ βόες ἥμεροί εἰσι.

72. Βότρυς πρὸς βότρυν πεπαίνεται.] Ἐπὶ τῶν ἐξισοῦσθαι φιλονεικούντων.

73. Βοῦς ἐπὶ ζυγόν.] Ἐπὶ τῶν μοχθούντων ἀεί.

74. Βοῦν ἐπὶ γλώττης φέρει.] Ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων παρρησιάζεσθαι· ἁρμόζει δὲ ἐπὶ τῶν ῥητόρων τῶν λαμβανόντων νομίσματα ὑπὲρ τοῦ μὴ κατηγορῆσαί τινα, ἀλλὰ σιωπῆσαι.

75. Βουλείας δικάζει.] Ἐπὶ τῶν τὰς κρίσεις ὑπερτιθεμένων ἀεὶ δικαστῶν.

64. *Ex aduerso enim videberis me Martem intueri.*] In illos, qui promittunt se omni ope simul adiuturos.

65. *Blace inutilior.*] Ductum à pisce quodam siluri simili, adeò nullius vsus, vt neque canis illo vescatur, Alij à loco quodam, qui prope Cumas est, Blacia vocato, cuius meminit Aristoteles, Et in Alexandria tributi quoddam genus βλακεννόμιον, quod Astrologi pendunt, eò quòd stulti illos consulturi adeant.

66. *Bos Cyprius es.*] Nempe stercore vescens: tales enim illic boues.

67. *Bos Molottorum.*] De ijs, qui diuersis rebus distrahuntur. Molotti etenim publicis in ludis boues in multas partes secare consueuerant.

68. *Bos interuenit.*] De repentè silentibus. Apud Athenienses enim argenteus nummus boue erat insignitus. Proinde qui istiusmodi donis se corrumpi sinebant, silentium agebant.

69. *Taurinæ excoriationis lege.*] De ijs, qui, vt boum more excorientur, digni sunt.

70. *Bœoticus mos.*] De ijs, quæ initio quidem quieta sunt, sed posteà turbulenta euadunt.

Bubulcus dictus, caprarius esse videris.] De ijs, qui priùs quieti mansuetique videntur, posteà autem immites redduntur: mansueti enim sunt boues.

72. *Vua iuxta vuam maturescit.*] De ijs, qui se alijs exæquare contendunt.

73. *Bos sub iugum.*] De ijs, qui in continuo sunt labore.

74. *Bouem in lingua fert.*] De ijs, quibus liberè loqui non licet. Quadrat autem in Rhetores, qui nummos accipiunt, ne quempiam accusent, sed silentium agant.

75. *Bulias iudicat.*] De Iudicibus iudicia semper ampliantibus.

76. *Bos ſeptimus.*] Pemmata quædam erant, cornua habentia ad imitationem Lunæ primum apparentis. Vocabant autem bouem ſeptimum, quòd poſt ſex Lunæ dies ille ſeptimus immolaretur, vt Euthycles in Atalanta tradit. Vſurpatur autem in valdè ſtupidos. Sunt qui dicant, hinc ſeptimum bouem fuiſſe appellatum, quòd pauperes, ſex quædam animantia ſacrificarent; ouem, ſuem, capram, gallum volucrem, anſerem, ac denique bouem ſeptimum. *

Bucula eò loci, quo vitulus ab illa ablatus eſt, rediens, caſum ſuum mugitu, nutrimenti adferendi deſiderium indicante, deplorat. Boum porro, iugum ſubiturorum, alij quidem ſubrident, alij verò pedem referunt. Equus autem vbi lupatorum audiuit ſonum & frænorum ſtrepitum, & antepectoralia viderit, hinnit & vngulis laſciuiens applaudit, ac veluti furore corripitur. Bos denique, ſi bupreſtem animal biberit, vritur, & ruptus breui tempore perit.

77. *Bos in meſſem.*] De ijs, qui vtiliter laborant. Ptolemæo ſecundo ex Indis cornu allatum ferunt, quod ſex amphoras capiebat. Egregius ſanè bos, cui tale cornu enatum fuerat.

78. *Bos in ſtabulo ſenex.*] De ijs, qui ob debilitatem quieſcunt.

79. *Bos in aceruo.*] De ijs, qui delicatè viuunt.

80. *Bœotica ſus.*] De indoctis & inſulſis. Eo enim nomine Bœoti irridebantur. Hæc verò adagij ratio. Hyantes barbara ac vetus natio Bœotiam incolebat. Tranſlatione proinde nominis, pro eo, quòd Hyantes dicere deberent, ὗς, hoc eſt ſues, appellabant: ita vt poſteris illa locutio de Bœotis tradita fuerit. vt de cætero exiſtimarentur Bœoti propter magnam inſcitiam ac ruſticitatem ita anti-

76. Βοῦς ἕβδομος.] Πέμματα, κέρατα ἔχοντα κατὰ μίμησιν τῆς πρωτοφαοῦς σελήνης. ἐκάλουν δὲ αὐτὸ βοῦν, προστιθέντες καὶ τὸν ἕβδομον, ὅτι ἐπὶ ἓξ ταῖς σελήναις ἐπεθύετο οὗτος ἕβδομος, ὡς Εὐθυκλῆς ἐν Ἀταλάντῃ. τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν ἄγαν ἀναισθήτων. Οἱ δέ φασιν ἕβδομον βοῦν, ὅτι οἱ πένητες ἔθυον ἔμψυχα ἓξ· πρόβατον, ὗν, αἶγα, ὄρνιν πετεινὸν, χῆνα, καὶ ἕβδομον βοῦν. *

Ἡ βοῦς, ἔνθα τὸν μόσχον ἀφῃρέθη, ἐνταῦθα ἐλθοῦσα, ὀδύρεται μυκηθμῷ σιτοτρόφῳ τὸ πάθος. καὶ βόες μὲν τοι ὑπὸ ζυγὸν ἰέναι θέλοντες, οἱ μὲν μειδιῶσιν, οἱ δὲ ἐπὶ πόδα ἀναχωροῦσιν. ἵππος δὲ ἄρα καὶ ὅταν ἀκούσῃ ψελλίων κρότον, καὶ χαλινοῦ κτύπον, καὶ προστερνίδια θεάσηται, φρυμάττεται ἐνταῦθα, καὶ ταῖς ὁπλαῖς σκιρτῶν ἐπικροτεῖ, καὶ ἐνθουσιᾷ. Βοῦς δ' ἣν καταπίῃ βούπρηστιν· ἔστι δὲ ζῶον· πίμπραται, καὶ ῥηγνύμενος ἀπόλλυται οὐ κατὰ μακράν.

77. Βοῦς εἰς ἀμητόν.] Ἐπὶ τῶν ἐπ' ὠφελείᾳ καμνόντων. Πτολεμαίῳ τῷ δευτέρῳ, φασὶν, ἐξ Ἰνδῶν κέρας ἐκομίσθη, καὶ τρεῖς ἀμφορέας ἐχώρησεν. οὗτος ἄρα βοῦς ἦν, ὡς ἐκπεφυκέναι οἱ τηλικοῦτον κέρας.

78. Βοῦς ἐν αὐλίῳ γέρων.] Ἐπὶ τῶν δι' ἀσθένειαν ἡσυχαζόντων.

78. Βοῦς ἐπὶ σωρῷ.] Ἐπὶ τῶν ἡδυπαθούντων.

80. Βοιώτιος ὗς.] Ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων· εἰς τοῦτο γὰρ ἐσκώπτοντο οἱ Βοιωτοί. ἡ δὲ παροιμία· Ὕαντες ἔθνος βάρβαρον ἀρχαῖον, κατῴκησαν τὴν Βοιωτίαν· ἐκ μεταφορᾶς δὲ τοῦ ὀνόματος, ἀντὶ τοῦ Ὕαντας λέγειν, ὕς ἐκάλεσαν· ὥστε καὶ τοῖς ὕστερον διαδοθῆναι λέξιν τῶν Βοιωτῶν, καὶ λοιπὸν νομισθῆναι διὰ τὴν πολλὴν ἀλογίαν καὶ ἀγροικίαν, οὕτως ἐξ

ἀρχαίου

ἀρχαίως αὐτοὺς κεκλῆσθαι· τοὺς τι βουλομένους εἰς ἀπαιδευσίαν ἐπισκώπτειν τινὰς, τοῦτο λέγειν, Βοιωτία ὗς.

81. Βοιώτια αἰνίγματα.] Ἐπὶ τῶν ἀσυνέτων. Βοιωτὴ γὰρ ἡ σφίγξ.

82. Βοῶν ὦτα ἔχετε.] Ἐπὶ τῶν μὴ συνιέντων. Ἀνταγόρας γὰρ ἀναγινώσκων παρὰ Βοιωτοῖς τὸ τῆς Θηβαΐδος γράμμα, ἐπεὶ οὐδεὶς ἐπισημαίνετο, κλείσας τὸ βιβλίον, εἰκότως, ἔφη, καλεῖσθε Βοιωτοί· βοῶν γὰρ ὦτα ἔχετε.

83. Βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μιαίνων, οὔποθ' εὑρήσεις ποτόν.] Ἐπὶ τῶν τὰ κάλλιστα μιγνύντων τοῖς αἰσχίστοις.

84. Βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς, τίκτει λύπην.]

85. Βοῦς ἐν πόλει.] Ἐπὶ τῶν θαυμαζομένων. Λυσίας γὰρ ἐν ἀκροπόλει βοῦν ἀνέθηκεν.

86. Βρασίδας μὲν ἀνὴρ ἀγαθός· ἁ δὲ Λακεδαίμων πολλοὺς ἔχει τήνω κάρρονας.] Ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς οἰομένους κρείσσους εἶναι τῶν ἄλλων.

87. Βώμαξ εἶ καὶ βωμολόχος.] Οὗτος ἀπὸ τῶν βωμῶν πρὶν καρπωθῆναι αἴρων. Τάσσεται δὲ ἐπὶ τῶν μαλακιζομένων.

88. Βώλοις ἀρουρῶν.] Ἐπὶ τῶν τοῖς μικροῖς χαριζομένων τοὺς μεγάλους.

89. Βοιώτιον οὖς.] Ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων.

Γ.

90. ΓΑλα ὀρνίθων.] Ἐπὶ τῶν λίαν εὐδαιμονούντων, καὶ πάντα κεκτημένων. τὸν γὰρ Σάμον οἱ θέλοντες ἐπαινεῖν καὶ Ἄμασιν, τοῦτο ἔλεγον· ἄλλοι δὲ ἐπὶ τῶν σπανίων.

quitus fuisse appellati. Proinde qui volebant in homines rudes scommate ludere, hoc verbi vsurpabant, *Bœotica sus.*

81. *Bœotica ænigmata.*] De obscuris & intellectu difficilibus. Sphinx enim Bœotica fuit.

82. *Boum aures habetis.*] In homines minimè cordatos. Antagoras enim cùm apud Bœotos epistolam ex Thebaide missam legeret, nemoque de intellecta signum ederet; clauso libro, Meritò, inquit, Bœoti appellamini: boum enim aures habetis.

83. *Quod bibas numquam reperies, si cæno inquines limpidam aquam.*] In eos, qui optima pessimis commiscent.

84. *Breuis voluptas mox doloris est parens.*]

85. *Bos in ciuitate.*] De rebus, quæ sunt admirationi: Lysias enim in summa arce bouem dedicauerat.

87. *Brasidas quidem vir bonus; cæterum Lacedæmon multos habet illo præstantiores.*] In eos, qui se alijs præstantiores esse arbitrantur.

87. *Bomax es & Bomolochus.*] Hic talis est, qui ab altari quid tollit, antequam sit sacrificatum. Vsurpatur autem in molles siue ignauos.

88. *Glebis aruum.*] In eos, qui rebus exigui pretij, magnis gratificari student.

89. *Bœotica auris.*] In stupidos & ineptos.

C.

90. LAc gallinaceum.] De valdè fortunatis omniaque possidentibus. Cùm enim Samum & Amasin laudare & deprædicare vellent, hoc prouerbij vsurpabant. Alij de rebus valdè raris accipiunt.

Digitized by Google

91. *Mustela Tartesia.*] Quod magnæ ibi gignantur.

92. *Mustela tunica.*] Ponitur de iniustis, & nihil remittentibus. Similis huic parœmia: *Non decet mustelam crocotus.* Aiunt mustelam & felem omnia graue olentia odio habere. Vnde fit, vt priusquam excrementa sua ejiciant, scrobem fodiant, quò illic abscondant, terram adjicientes. Est autem mas salacissimus, femella autem prolis amans; coitumque cum illo fugit, quòd semen emittat calidissimum, adinstar ignis, adeò vt genitale illius membrum adurat. Quod cum ille sciat, communem sobolem necat: quo fit, vt illa noui fœtus desiderio, illam rursus secum coire patiatur.

93. *Aduncos vngues habentes ne alas.*] Hoc est, Rapaces fugias.

94. *Ventrem mî obiectas, quo probrum haud pulcrius vllum. Plenus is est leuior, grauis idem, vbi pendet inanis.*] Dictum in ventri deditos.

95. *Mustelæ seuum.*] De ijs, qui quâ re delectantur, illâ eâdem potiuntur.

96. *Feli tunicula.*] In eos, qui non suos amictus induti sunt. Eudemus autem ait, Γαλῆ χιτὼν, *Mustela tunica*, de iniustis vsurpari, nihilque concedentibus; simileque esse, *Non decet mustelam crocotus.*

97. *Venter pinguis non gignit sensum tenuem.*]

98. *Mustelam habes.*] De inauspicatis; quòd qui mustelam habent, non sunt fortunati.

99. *Magis ridiculus quàm Melitides.*] In eos, qui stultitia celebres sunt. Fuit enim Melitides vir ob stultitiam à Poëtis exagitatus.

100. *Risus syncrusius.*] Quòd quidam dum rident, manus pedesque com-

91. Γαλῆ Ταρτησία.] Ὡς μεγάλων ἐκεῖ γινομένων.

92. Γαλῆ χιτών.] Αὕτη ἐπὶ τῶν ἀδίκων τάσσεται, καὶ μηδὲν ἀνιέντων· ὅμοια ἐστὶ τῇ· Οὐ πρέπει γαλῇ κροκωτός. Φασὶ, τὴν γαλῆν καὶ τὴν αἴλουρον πάντα ὅσα δυσώδη ἐστὶ, μισεῖν· ταύτῃ τοι καὶ τὸ σφέτερον περίσσωμα ἀφιέναι, πρότερον βόθρον ὀρύξαντας, ἵνα ἀφανίσωσιν αὐτὸ, τῆς γῆς ἐπιβάλλοντες. ἐστὶ δὲ ὁ μὲν ἄρρην λαγνίστατος· ἡ δὲ θῆλος, φιλότεκνος· φεύγει δὲ τὴν πρὸς τὸν ἄρρενα ὁμιλίαν· ἀφίησι γὰρ τὸν θορὸν θερμότατόν τι καὶ προσεοικότα πυρὶ, καὶ καίει τῆς θηλείας τὸ ἄρθρον· εἰδὼς οὖν ὁ ἄρρην τοῦτο, τὰ κοινὰ βρέφη διαχρῆται· ἡ δὲ παίδων ἑτέρων πόθῳ ἑαυτὴν παρέχει συνελθεῖν.

93. Γαμψώνυχας μὴ τρέφειν.] Ἀντὶ τοῦ, Ἅρπαγας φεύγειν.

94. Γαστέρα μοι προφέρεις, κάλλιστον ὄνειδος ἁπάντων. Ἡ πλήρης μὲν ἐλαφροτέρη· κενεὴ δὲ, βαρεῖα.] Ἐπὶ τῶν γαστριμάργων.

95. Γαλῆ στέαρ.] Ἐπὶ τῶν οἷς χαίρουσι, ταῦτα λαμβανόντων.

96. Γαλῆ χιτώνιον.] Ἐπὶ τῶν τὰ μὴ ἑαυτῶν περιβλήματα ἐσθιόντων. Εὔδημος δέ φασι, Γαλῆ χιτὼν, αὕτη ἐπὶ τῶν ἀδίκων τάσσεται, καὶ μηδὲν ἀνιέντων· ὅμοια ἐστὶ τῇ, Οὐ πρέπει γαλῇ κροκωτός.

97. Γαστὴρ παχεῖα λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.]

98. Γαλῆν ἔχεις.] Ἐπὶ τῶν ἀποτευκτικῶν· παρόσον οἱ γαλῆν ἔχοντες οὐκ εὐτυχοῦσιν.

99. Γελοιότερος Μελιτίδου.] Ἐπὶ τῶν ἐπὶ μωρίᾳ διαβεβοημένων. Μελιτίδης γὰρ ἦν ἀνὴρ κωμῳδούμενος ὑπὸ τῶν ποιητῶν ἐπὶ μωρίᾳ.

100. Γέλως συγκρούσεως.] Παρόσον τινὲς γελῶντες τὰς χεῖρας συγκρούουσιν ἢ

τοὺς

πόδας· τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν ἀτάκτως καὶ ἀκόσμως γελώντων.

plodant. Ponitur de ijs, qui indecorè atque inordinatè rident.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ ϛ.

1. Γεύεται πίσσης ὁ μῦς.] Ἐπὶ τῶν ἀξίως τιμωρουμένων.

2. Γέλως Μεγαρικός.] Ἐπὶ τῶν ἀώρως θρυπτομένων· ἤκμαζε γὰρ ἡ Μεγαρικὴ κωμῳδία ἐπὶ χρόνον.

3. Γέραιρε σαυτὸν ἐν πλήθει.]

4. Γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ.] Ἐπὶ τῶν διὰ χρόνου πλῆθος οὐχ ἁμαρτανόντων.

5. Γεράνδρυον μεταφυτεύειν.] Ἐπὶ τοῦ μὴ δεῖν τοὺς γέροντας ἐπὶ τὰ τῶν ἀκμαζόντων ἔργα προτρέπειν· γεράνδρυον γὰρ τὸ γηράσκον φυτόν. δρῦς γὰρ πᾶν φυτὸν γενικῷ ὀνόματι καλεῖται.

6. Γενναῖος εἶ ἐκ βαλαντίου.] Ἐπὶ τῶν διὰ πλοῦτον εὐγενῶν εἶναι δοκούντων.

7. Γέροντος πόσθης δρυϊνὸς πάτταλος.] δημώδης ἡ παροιμία.

8. Γέρανοι λίθους καταπεπωκότες.] Ἐπὶ τῶν προνοητικῶς τι ποιούντων· αἱ γὰρ γέρανοι πετόμεναι λίθους φέρουσι· Αἱ γέρανοι γίνονται μὲν ἐν Θρᾴκῃ, ἡ δὲ χειμεριώτατον χωρίον ἐστὶ καὶ κρυμωδέστατον· καὶ θέρους μὲν κατὰ χώραν μένουσι, φθινοπώρου δὲ ἤδη μεσοῦντος, εἰς Αἴγυπτον καὶ Αἰθιοπίαν ἀπαίρουσιν· ὥσπερ οὖν γῆς περίοδον εἰδυῖαι καὶ φύσεις ἀέρων καὶ ὡρῶν διαφορὰς, καὶ χειμῶνα ἦρι γείτονα διαγαγοῦσαι, πάλιν ἔαρος ἐπιστρέφουσιν ὀπίσω· ποιοῦνται δὲ ἡγεμόνας τῆς πλήσεως τὰς ἤδη τῆς ὁδοῦ πεπειραμένας· εἶεν δ' ἂν, ὡς τὸ εἰκὸς, αἱ πρεσβύτεραι· καὶ οὐραγεῖν δὲ τὰς τηλικαύτας ἀποκρίνουσι· μέσαι δὲ αὐτῶν αἱ νέαι τετάχαται. φυλάξασαι δὲ ἄνεμον οὔριον, καὶ φίλον σφίσι, καὶ κατόπιν ῥέοντα

CENTVRIA VI.

1. Mvs picem gustat.] De ijs, qui merito puniuntur.

2. *Risus Megaricus.*] De ijs, qui intempestiuè iocis indulgent. Megarica enim comœdia suo tempori viguit.

3. *Exhilara siue vendita teipsum in multitudine.*]

4. *Annosa vulpes non capitur laqueo.*] In eos, qui propter temporis diuturnitatem non errant.

5. *Annosam arborem transplantare.*] Quod non oporteat senes ad iuuenum opera admouere. γεράνδρυον enim significat arborem veterem, quod δρῦς generali nomine omnis planta vocetur.

6. *Generosus es ex crumena.*] De ijs, qui propter diuitias sibi nobiles esse videntur.

7. *Senis mentula, quercinus clauus.*] Vulgare adagium.

8. *Grues lapides diglutientes.*] De ijs, qui aliquid prouidè agunt. Grues enim quando in sublimi volant, lapillos gestant. Gignuntur autem in Thracia, regione omnium maximè frigida gelidaque. Et æstate quidem ibidem manent, medio autem autumno in Ægyptum & Æthiopiam trajiciunt. Proinde cum terræ circuitum nouerint, & statum & aëris ac temporis diuersitatem, hyememque veri proximam; vere transacto redeunt, vnde venerant. Ducesque huius volatus, quæ itineris eius experientiam habent, constituunt; nempe, vt verisimile est, seniores. Ad agmen etiam claudendum tales decernunt. In medio autem iuniores locantur. Obseruato autem vento prospero ac sibi amico, qui à tergo adspiret, illo itineris

neris duce, atque in partem anteriorem impellente, formam triangularem, angulis ipsis acutis volatu suo designant; quò aëri incidentes, illumque findentes, facillime iter suum conficiant. Quando autem fortè aquilam in se irruentem conspiciunt, in orbem coactæ, ac sese condensantes, mediumque locum ad Lunæ speciem efformantes, comminantur tanquam in aciem contra illam prodituræ. Quo fit, vt percussis alis illa recedat: hæ autem rostra natibus præcedentium fulcientes, volatum suum deinceps quodam modo colligant, laboremque sibi tolerabilem reddant. *Amplius de illis ipsis.* Grues relicta Ægypto, verno tempore, quòd calorem non ferant, alas suas instar velorum expandentes, per aërem rectà in Scythiam feruntur. Cumq; animal sit non satis apta proportione formatum, quippe graue circa medium, longo collo, leue circa posteriores partes, alis raris, membris dissectis, in volatu fluctuat, velut nauis fluctibus & tempestate iactata. Quod cùm sciat grus, siue quòd ex sese id sentiat, siue experientiâ edocta, non prius se volatui committit, quàm lapidem ore accipiat firmando volatui. Quòd si aliquando gubernator nauis, alto in mari constitutus, viderit grues inde quò volatum intenderant, redeuntes; discit ex aduerso ventum imminere: & auium discipulus factus, ipse quoque nauigationem reflectit, & nauem seruat.

9. *Senex bos non lugetur in domibus.*] De ijs, qui suo tempore obiciunt.

10. *Senex pauca timet.*] Clarum.

11. *Vetulus simius capitur quidem, sed longa temporis mora.*] In eos, qui semel infortunium passi sunt.

χρώμεναι οἱ πεμπτῷ, καὶ ἐπωθοῦντι ἐς τὸ πρόσω, εἶτα μὲν τοι τρίγωνον ὀξυγώνιον τὸ σχῆμα τῆς πτήσεως ἀποφήνασαι, ἵνα ἐκπίπτουσι τῷ ἀέρι διακόπτωσιν αὐτὸν, ῥᾶστα τῆς πορείας ἐχόμεναι. ὅταν δὲ προσφερόμενον ἀετὸν ἴδωσι, γινόμεναι κύκλος, καὶ κολπωσάμεναι, μηνοειδὲς τὸ μέσον ἀποφήνασαι, ἀπειλοῦσιν ὡς ἀντιταξόμεναι· ὁ δὲ ἀναχωρεῖ, καὶ κρούεται τὸ πτερόν. αἱ δὲ ἀλλήλων τοῖς πυγαίοις ἐπερείδουσαι τὰ ῥάμφη, εἶτα μέν τοι τρόπον τινὰ τὴν πτῆσιν συνδέουσι, καὶ τὸν κάματόν σφισιν εὐκάματον ἀποφαίνουσι. Ἔτι περὶ τῶν αὐτῶν. Αἱ γέρανοι ἐξ Αἰγύπτου ὥρᾳ θέρους ἀνιστάμεναι, οὐκ ἀνεχόμεναι τὸ θάλπος, τείνασαι τὰς πτέρυγας ὥσπερ ἱστία, φέρονται διὰ τοῦ ἀέρος εὐθὺ τῆς Σκυθῶν γῆς· ἅτε δὲ οὐκ ἐν ῥυθμῷ ὂν τὸ ζῶον, ἀλλ' ἐμβριθὲς μὲν τὰ μέσα, μακρὸν δὲ κατὰ τὸν αὐχένα, κοῦφον δὲ κατὰ τὸν οὐραῖον, ἀραιὸν δὲ κατὰ τὰς πτέρυγας, ἐσχισμένον δὲ κατὰ τὰ κῶλα, κλυδωνίζεται τὴν πτῆσιν, ὥσπερ ναῦς χειμαζομένη· τοῦτο γνοῦσα ἡ γέρανος, ἢ αἰσθομένη, ἢ πειραθεῖσα, οὐ πρότερον ἀνίπταται, πρὶν ξυλλαβεῖν λίθον τῷ στόματι, ἕρμα εἶναι αὐτῇ πρὸς τὴν πτῆσιν. Κυβερνήτης δὲ ἰδὼν ἐν πελάγει μέσῳ γεράνους ὑποστρεφούσας, καὶ τὴν ἔμπαλιν πετομένας, συνεῖδε δι' ἐναντίου προσβολὴν πνεύματος ἐκείνας ἀποστῆναι τοῦ πρόσω, καὶ τῶν ὀρνέων μαθητὴς γενόμενος, παλίμπλους ἦλθε, καὶ τὴν ναῦν περιέσωσε.

9. Γέρων βοῦς ἀπένθητος δόμοισι.] Ἐπὶ τῶν καθ' ὥραν τελευτησάντων.

10. Γέρων ὀλίγα φοβεῖται.] Δήλη·

11. Γέρων πίθηκος ἁλίσκεται μὲν, μετὰ χρόνον δ' ἁλίσκεται.] Ἐπὶ τῶν ἅπαξ δυστυχησάντων.

12. Γέρων πίθηκος οὐχ' ἁλίσκεται πάγῃ.] Τοῦτ' ἠρώτησε Διονύσιος Ἡρακλείδην· Ἡρακλείδης δ' ἀπεκρίθη πρὸς Διονύσιον.

13. Γέλως Ἰωνικός.] Ἐπὶ τῶν ἐκλελυμένων· εἰς τοῦτο γὰρ οἱ Ἴωνες διαβάλλονται.

14. Γέροντι μηδέποτε μηδὲν χρηστὸν ποιεῖν.] Παραινεῖ, μηδένα ἀκαίρως εὐεργετεῖν.

15. Γέροντα δ' ὀρθοῦν φλαυρόν, ὃς νέος πέσοι.

16. Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.] Ἐπὶ τῶν διὰ γῆρας ἐμπειροτέρων.

17. Γῆρας λεόντων κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν.]

18. Γῆ καὶ θάλασσα οὐρανομήκης.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα ὀργιζομένων.

19. Γῆρας ὁλόκληρός ἐστι πήρωσις· πάντα ἔχει, καὶ πᾶσιν ἐνδεῖ.] Διοσκερίτου.

20. Γῆς βάρος.] Ἐπὶ τῶν ἀχρήστων.

21. Γῆρας διδάσκει πάντα, καὶ χρόνου τριβή.]

22. Γῆρας καὶ πενία, δύο τραύματα δυσθεράπευτα.] Ἡροδότου.

23. Γῆ κρύψας ἔχεις.] Ἐπὶ τῶν φθονούντων.

24. Γῆς ἔντερα.] Ἐπὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων.

25. Γηρᾷ βοῦς, τὰ δ' ἔργα πολλὰ τῷ βοΐ.] Ἐπὶ τῶν γεγηρακότων, καὶ μηκέτι χρησιμευόντων.

26. Γιγάντων ἀπόνοια.] Ἐπὶ τῶν ἀθέων καὶ ἀσεβῶν· παρόσον κἀκεῖνοι τοιοῦτοι.

27. Γλαύκου τέχνη.] Ἐπὶ τῶν μὴ ῥᾳδίως κατεργαζομένων. ἢ ἐπὶ τῶν πάνυ ἐπιμελῶς καὶ εὐτέχνως εἰργασμένων. ἐπειδὴ οὗτος εὗρε σιδήρου κόλλησιν, Χῖος ὤν.

12. *Vetulus ſimius non capitur laqueo.*] Hoc reſpondit Heraclides interroganti Dionyſio.

13. *Riſus Ionicus.*] De diſſolutis: eo enim nomine Iones reprehenduntur.

14. *Seni nunquam quidquam boni facias.*] Monet, nemini extra tempus benefaciendum.

15. *Fruſtrà ſenem lapſum in iuuenta, corrigas.*]

16. *Diſcenti aſſidue multa ſenecta venit.*] De ijs, qui per ſenectutem magis experti euadunt.

17. *Leonum ſenectus melior iuuenibus hinnulis.*]

18. *Terra & mare ad cælum pertingens.*] De valdè iratis.

19. *Senectus ſolida eſt mutilatio; omnia habet, & omnium indiget.*] Diſſocriti.

20. *Terræ onus.*] De inutilibus.

21. *Senectus & longa temporis mora docent omnia.*]

22. *Senectus atque paupertas, duo ſunt vulnera immedicabilia.*] Herodoti.

23. *Terrâ abſconſum habes.*] In inuidos.

24. *Terræ inteſtina.*] In homines nullius pretij.

25. *Bos conſeneſcit, at opera multa ſunt boui.*] In eos, qui ſenuerunt, neque amplius vſui ſunt.

26. *Gigantum vecordia.*] In Atheos atque impios; quòd & illi tales fuerint.

27. *Glauci ars.*] De ijs, quæ non facilè efficiuntur. aut de illis, quæ accuratè atque artificiosè perfecta ſunt. Ille enim Chius patria, ferri conglutinationem reperit.

28. *Lingua thesaurus mortalibus optimus, atque eum ratione sua rei pars est gratia multa.*] Hesiodi sententia.

29. *Lingua maledica improba mentis argumentum.*] Plutarchi.

30. *Noctuam Athenas, seu Atheniensibus.*] In eos, qui ea aliunde alijs suppeditant, quibus antea abundant.

31. *Glaucus alter ab equis comestus.*] Ferunt, hunc ab equis deuoratum: ignorantes, quòd cùm equos aleret, neque rerum domesticarum curam haberet, magnosque sumptus faceret, tandem opibus comminutis, ad pauperiem redactus fuerit.

32. *Glaucus poto melle reuixit.*] De ijs, quos mortuos esse vulgatum fuerat, posteaque comparuerunt. Cùm Glaucus, non ille Sisyphi filius, poto melle extinctus esset, Minos vnà cum ipso Polyeidum Cœrani filium Argiuum in eodem sepulchro inclusit: qui videns quòd draco quidam alteri draconi mortuo herbam imponeret, ipsumque hoc modo resuscitaret; ipse quoque cùm idem in Glauco experimentum fecisset, eundem vitæ restituit. At verò hoc fieri nequit. Res verò ita propemodum sese habet: Glaucus, cùm aliquando mel hausisset, turbatus est; & bile multa in ipso commota, animi deliquium passus est. Proinde venerunt cùm alij medici ob pecuniam accipiendam, tum etiam Polyeidus. qui conspecta herba quam à quodam medico didicerat, cui Draco nomen erat, eaque vsus, Glaucum sanauit. Vnde quidam dixerunt, Glaucum ex mellis potu extinctum, à Polyeido in vitam fuisse reuocatum, indeque hanc fabulam confinxerunt.

Glaucus herba comesa habitat in mari.] Compar priori adagium. Celebratur Glaucus marinus, quòd postquam herbam comesset, immortalis sit factus, nuncque in mari habitet. Opinari autem, Glaucum solum hanc herbam esse asse-

28. Γλώττης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος φειδωλῆς· πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης.] Ἡσιόδου ἡ γνώμη.

29. Γλῶσσα βλάσφημος, διανοίας κακῆς ἔλεγχος.] Πλουτάρχου.

30. Γλαῦκα Ἀθήναζε. καὶ Γλαῦκα Ἀθηναίοις.] Ἐπὶ τῶν τοιαῦτα ἀλλαχόθεν ἐμπορευομένων πρὸς τοὺς ἄφθονα ἔχοντας.

31. Γλαῦκος ἄλλος ἱππόβρωτος.] Φασὶν, ὅτι οὗτος κατεβρώθη ὑπὸ τῶν ἵππων· ἀγνοοῦντες, ὅτι ἱπποτροφῶν, καὶ τῶν οἰκείων οὐδενὸς ἐπιμελούμενος, ἐπετρίβη, καὶ ἐπέλιπεν αὐτὸν ὁ βίος.

32. Γλαῦκος πιὼν μέλι, ἀνέστη.] Ἐπὶ τῶν κηρυχθέντων, ὅτι ἀπέθανον, εἶτα φανερουμένων. Γλαύκου ἀποθανόντος (οὐ τοῦ Σισύφου) ἐπὶ τῷ μέλιτι, ὁ Μίνως ἐν τῷ τύμβῳ κατώρυξε τὸν τοῦ Κοιράνου Πολύειδον, ὃς ἦν ἐκ τοῦ Ἄργους. ὃς ἰδὼν δράκοντα ἑτέρῳ δράκοντι πόαν ἐπιθέντα τεθνῶτι, καὶ ἀναστήσαντα αὐτὸν, καὶ οὗτος τὸ αὐτὸ ποιήσας εἰς τὸν Γλαῦκον, ἀνέστησε. Τοῦτο δὲ ἀδύνατον. ἐγένετο δὲ τοιόνδε τι· Γλαῦκος πιὼν μέλι, ἐταράχθη· χολῆς δὲ πλείονος αὐτῷ κινηθείσης, ἐλειποθύμησεν. ἀφίκοντο οὖν οἵ τε ἄλλοι ἰατροὶ, χρήματα ληψόμενοι, ἀλλὰ δὴ καὶ Πολύειδος. ὃς ἰδὼν τὴν πόαν ἣν ἔμαθε παρά τινος ἰατροῦ, ᾧ ὄνομα ἦν Δράκων, καὶ ταύτῃ τῇ βοτάνῃ χρησάμενος, ὑγιᾶ ἐποίησε τὸν Γλαῦκον. ἔλεγον οὖν τινες, ὅτι Πολύειδος τὸν Γλαῦκον ὑπὸ μέλιτος θανόντα, ἀνέστησεν, ἀφ᾽ ὧν τὸν μῦθον ἐπλάσαντο.

Γλαῦκος φαγὼν πόαν οἰκεῖ ἐν θαλάττῃ.] Ὁμοία τῇ προτέρᾳ. ᾄδεται ὅτι Γλαῦκος ὁ θαλάττιος φαγὼν πόαν ποτὲ, ἀθάνατος ἐγένετο, καὶ νῦν ἐν θαλάττῃ οἰκεῖ. τὸ δὲ τῇ πόᾳ ταύτῃ μόνον Γλαῦκον ἐντυχεῖν, καὶ λίαν ἔνιγε εὐήθες· τὸ, τι

ἀνθρω-

ἄνθρωπον ἐν θαλάσσῃ ἢ ἄλλό τι τῶν χερσαίων ζῷων. Ἔχει δὲ τὸ ἀληθὲς οὕτως. Γλαῦκος ἦν ἀνὴρ ἁλιεὺς Ἀνθηδόνιος· ἦν δὲ κολυμβητὴς, ἐν τούτῳ ὑπερφέρων πάντων κολυμβητῶν. κολυμβῶντα δὲ ἐν τῷ λιμένι ὁρώντων αὐτὸν τῶν πολιτῶν, αὐτὸς διακολυμβήσας εἴς τινα τόπον, καὶ μὴ ὀφθεὶς τοῖς οἰκείοις ἐπὶ ἡμέρας ἱκανὰς, διακολυμβήσας πάλιν, ὤφθη αὐτοῖς. πυνθανομένων δὲ τῶν οἰκείων, ποῦ διέτριβε, αὐτὸς ψευδόμενος ἔφη, Ἐν τῇ θαλάττῃ· καὶ συγκλείων εἰς αὐτὸν ἰχθύας, ὁπότε χειμὼν γένοιτο, καὶ μηδεὶς τῶν ἄλλων ἁλιέων ἰχθῦς δύναιτο λαμβάνειν, ἐλέγετο τοῖς πολίταις, τινὰς βούλοιτο τῶν ἰχθύων ἀποκομισθῆναι αὐτοῖς· καὶ κομίζων οὓς ἂν ἤθελον, Γλαῦκος θαλάττιος ἐκλήθη, καὶ περιτυχὼν θηρίῳ θαλαττίῳ, ἀπώλετο· μὴ ἐλθόντος δὲ αὐτοῦ ἐκ τῆς θαλάττης, ἐμύθευσαν οἱ ἄνθρωποι, ὡς ἐν θαλάττῃ οἰκεῖ, κἀκεῖ μένει.

33. Γλυκὺς ἀγκών.] Οὐ κατ' ἐναντίωσιν ἡ παροιμία, ἀλλὰ βουλόμενος εἰπεῖν, ὦ γλυκέα ἤθη. ἔστι δὲ παροιμία, ὡς ἐπιφωνούμενον· οὕτως ἐχρήσατο Πλάτων ὁ Κωμικὸς ἐν τῷ Φάονι. γέρων αὐλῷ ὑπέκειται ἐρῶν αὐλητρίδος· ὦ χρυσοῦν διάδημα, λέγων, ὦ γλυκὺς ἀγκών. ὡς εἴ τις εἴποι· ὦ γλυκὺς πῆχυς.

34. Γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος.] Ἐπὶ τῶν ὑπ' ἀπειρίας ἑαυτοὺς καθιέντων εἰς κινδύνους.

35. Γλυκεῖ' ὀπώρα φύλακος ἐκλελοιπότος.] Ἐπὶ τῶν ἄνευ μόχθου τἀλλότρια καρπουμένων.

36. Γλῶσσῃ ματαίᾳ ζημία προστρίβεται.] Αἰσχύλου. τὸ μὲν ἀπόφθεγμα, Βίαντος, ὡς παροιμία δὲ λαμβάνεται· ὡς μαρτυρεῖ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν· οἱ πολλοὶ δὲ Χίλωνος εἶναι τὸ ἀπόφθεγμα. Κλέαρχος δὲ ὑπὸ τοῦ θεοῦ λεχθῆναι Χίλωνι Δαμαγήτου Λακεδαιμονίῳ.

quutum; hominemque vel quoduis animal terrestre in mari viuere posse, perquam ridiculum est. At verò ipsa rei veritas hæc est: Glaucus piscator fuit Anthedoniensis genere, atque vrinator, præ cæteris omnes ea in arte excellens. Quem cùm ciues in portu se aquis immergentem vidissent (ipse porrò natando ad alium se locum recepetat) neque à suis intra aliquot dies conspectus fuisset, rursum emergens, illorum sese conspectui reddidit. Interrogantibus autem, vbi nam egisset? efficto mendacio, in mari, inquit. Cumque pisces eodem loco conclusos haberet, neque quisquam aliorum piscatorum tempestate desæuiente capere pisces posset; à ciuibus suis petebat, cuiusmodi sibi pisces adferri cuperent: allatisque quos volebant, Glaucus marinus est vocitatus. Denique in feram tandem marinam incidens, perijt. Cumque è mari non prodijsset, decepti homines, illum in mari habitare, ibidemque manere, sunt arbitrati.

33. *Dulcis cubitus.*] Non per contrarium aut repugnantiam Parœmia capienda; sed quasi dicat, ô mores suaues, vsurpaturque tanquam per exclamationem. Ita vsus est Plato Comicus in Phaone. Inducitur enim ibi quidam senex tibicinam amans: qui *ô auream*, inquit, *corollam! ô dulcem cubitum!* perinde ac si quis dicat, *ô dulcem vlnam!*

34. *Dulce bellum inexperto.*] De ijs, qui ex imperitia se in pericula præcipitant.

35. *Iucunda poma, si procul custodia.*] De ijs, qui sine labore alienis fruuntur.

36. *Lingua demens pœnæ conciliatrix.*] Æschyli apophthegma quidem est Biantis: tanquam parœmia verò circumfertur, vt testatur Theophrastus libro de Parœmijs. Cæterum Clearchus ab Apolline Chiloni Damagetæ filio, Lacedæmonio, oraculum esse redditum ait.

Digitized by Google

37. *Longè antecellit viribus ſolertia.*] Sophoclis.

38. *Præſtantior prudentia eſt forti manu.*] Agathonis ſententia. Cui & illa Euripidis concinit: *Viri ſolertiâ rectè ciuitates habitantur, Rectè domus, plurimumque rurſus eadem ad bellum valet. Sapiens enim conſilium multas manus Vincit: imperitia autem cum turba maius malum.*

39. *Lingua quò vadis, vrbem inſtaurans, & rurſum illam ſubuertens?*] De ijs, qui oratione ſua, & damno & vtilitati ſunt.

40. *Noctua volauit.*] De ijs, qui proſpero vtuntur auſpicio. Noctuæ enim volatus, Athenienſibus victoriæ ſignum habebatur.

41. *Noctuam Athenas.*] In eos, qui aliquos docent, quæ doctoribus ipſi ſuis melius norunt; quòd Athenis multæ ſint noctuæ. Noctua porrò viro ad rem quampiam quæ ſtudio indigeat feſtinanti, ſi adſit atque aſſiſtat, non probum eſſe indicium aiunt. Vniuerſa in Creta non gigni noctuam ferunt, ſed & illatam emori. Cùm fœmina marem pugnâ ſuperauit, præ lætitia collum eius inflatur, barbam demittit, magnis animis repletur, & altiùs ingreditur.

42. *Noſce teipſum.*] De ijs, qui vltra facultates ſuas ſe venditant.

43. *Gorgonicè tueri.*] De ijs, qui toruè & ferociter intuentur.

44. *Gorgona Perſeus aggreſſus eſt.*] De ijs, qui omnino feliciter quidpiam efficiunt. Aiunt Phorcynem tres filias habuiſſe, quæ inter ſe vnum duntaxat oculum habentes, viciſsim illo vtebantur. Cuius autem vtendi vices eſſent, illum capiti ſuo imponebat, & ita videbat; ſicque vna alteri illum oculum præbente, omnes proſpiciebant. Perſeus autem cum à tergo illarum tacito greſſu veniſſet, illamque quæ tum oculum habebat, arri-

37. Γνῶμαι πλέον κρατοῦσιν, ἢ σθένος χερῶν.] Σοφοκλέους.

38. Γνώμη δὲ κρεῖσσόν ἐστιν, ἢ ῥώμη χερῶν.] Ἀγάθωνος ἡ γνώμη·
Γνώμῃ γὰρ ἀνδρὸς εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις,
Εὖ οἶκος, εἰς τὸν πόλεμον ἰσχύει μέγα.
Σοφὸν γὰρ ἓν βούλημα τὰς πολλὰς χέρας
Νικᾷ· σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία πλέον κακόν.

39. Γλῶσσα ποῦ πορεύῃ· πόλιν ἀνορθώσουσα, καὶ πάλιν καταστρέψουσα;] Ἐπὶ τῶν διὰ λόγων ἢ βλαπτόντων ἢ ὠφελούντων.

40. Γλαῦξ διέπτατο.] Ἐπὶ τῶν αἰσίῳ χρωμένων οἰωνῷ. ἡ γὰρ πτῆσις τοῦ γλαυκὸς, νίκης σύμβολον τοῖς Ἀθηναίοις ἐνομίζετο.

41. Γλαῦκα εἰς Ἀθήνας.] Ἐπὶ τῶν ἐπιδεικνυμένων πρὸς τοὺς εἰδότας ἅπερ ἄμεινον αὐτοῦ ἴσασιν, ὅτι πολλοὶ εἰς Ἀθήνας γλαῦκες. Γλαῦξ ἐπί τινα πρᾶξιν σπουδῆς ἐχομένην ἀνδρὶ ὡρμημένῳ συνοῦσα καὶ ἐπιστᾶσα, οὐκ ἀγαθὸν σύμβολόν φασιν· ἐν τῇ Κρήτῃ γλαῦκα μὴ γίνεσθαί φασι τὸ παράπαν, ἀλλὰ καὶ εἰσκομισθεῖσαν ἀποθνήσκειν· τὸν ἄρρενα ἡ θήλεια νικήσασα ὄρνιν ἐν τῇ μάχῃ, ἀμβρύνεταί τε ὑφ' ἡδονῆς ὁ τράχηλος αὐτῆς, καὶ καθίησι κάλλη, καὶ φρονήματος ὑποπίμπλαται, καὶ βαίνει μακρότερα.

42. Γνῶθι σαυτόν.] Ἐπὶ τῶν ὑπὲρ δύναμιν κομπαζόντων.

43. Γόργειον βλέπειν.] Ἐπὶ τῶν ἀγρίως βλεπόντων.

44. Γοργόνα Περσεὺς ἐχειρώσατο.] Ἐπὶ τῶν πάνυ τι γενναῖον κατωρθωκότων· φασὶ τὸν Φόρκυν τρεῖς ἐσχηκέναι θυγατέρας, αἵ τινες ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχουσαι, ἀνὰ μέρος ἐχρῶντο. τούτῳ δὲ ἡ χρωμένη, ἐνετίθει αὐτὸν εἰς τὴν κεφαλὴν, καὶ οὕτως ἔβλεπε, καὶ μιᾶς αὐτῶν τῇ ἑτέρᾳ ἀποδιδούσης τὸν ὀφθαλμὸν, ἔβλεπον πᾶσαι. ἐλθὼν δὲ ὁ Περσεὺς ὀπίσω αὐτῶν ἐν ἠρεμαίῳ βαδίσματι, κρατήσας τὴν ἔχουσαν τὸν ὀφθαλμὸν καὶ κατέχων,

καλέχων, καὶ ξίφος γεγυμνωμένον, φησὶ δεῖξαι αὐτῷ τὴν Γοργόνα· ἐὰν δὲ μὴ φράσωσιν, ἀποκτεῖναι αὐτάς. αἱ δὲ φοβούμεναι φράζουσιν. ὁ δὲ ἀποτεμὼν τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος, εἰς ἀέρα ἦλθε, καὶ δείξας ταύτην τῷ Πολυδέκτῃ, λίθινον τοῦτον ἐποίησε. Καὶ τοῦτο δὲ γελοῖον, τὸν ἄνδρα ζῶντα νεκροῦ κεφαλὴν ἰδόντα ἀπολιθωθῆναι. τίς γὰρ δύναμις τοῦ νεκροῦ; ἐγένετο δὲ τοιοῦτόν τι· Φόρκυς ἦν ἀνὴρ Κυρηναῖος. οἱ δὲ Κυρηναῖοι κατὰ γένος μέν εἰσιν Αἰθίοπες· οἰκοῦσι δὲ νῆσον τὴν Κυρήνην, ἔξω οὖσαν τῶν Ἡρακλείων στηλῶν. ἀροῦσι δὲ Λιβύην περὶ τὸν Αὔνενα ποταμὸν κατὰ Καρχηδόνα. εἰσὶ δὲ σφόδρα χρυσοῖ. ὁ δὲ Φόρκυς ἐβασίλευε τῶν Ἡρακλείων στηλῶν· εἰσὶ δὲ τρεῖς· καὶ ποιεῖ τετράπηχυ ἄγαλμα Ἀθηνᾶς χρυσοῦν. καλοῦσι δὲ τὴν Ἀθηνᾶν Κυρηναῖοι Γοργόνην, ὥσπερ τὴν Ἄρτεμιν Θρᾶκες Βένδιαν, Κρῆτες δὲ Δίκτυνναν, Λακεδαιμόνιοι δὲ Οὖπιν. Ὁ μὲν Φόρκυς ἀποθνήσκει, πρὶν εἰς τὸ ἱερὸν ἀναθεῖναι τὸ ἄγαλμα. καταλείπει δὲ κόρας τρεῖς, Σθενώ, Εὐρυάλην, καὶ Μέδουσαν. αὗται γήμασθαι μὲν οὐδενὶ ἠβουλήθησαν· διελόμεναι δὲ τὴν οὐσίαν, ἑκάστη ἦρχε νήσου. Τὴν δὲ Γοργόνα οὔτε ἀναθεῖναι τῷ ἱερῷ αὐταῖς ἐδόκει, οὔτε διελεῖν, ἀλλ' ἐν μέρει κατετίθεντο ἀναλλὰξ θησαυρὸν ἑαυταῖς· ἦν δὲ τῷ Φόρκυνι ἑταῖρος, καλὸς καὶ ἀγαθὸς ἀνήρ, καὶ αὐτῷ ἐν παντὶ πράγματι ἐχρῶντο ὥσπερ ὀφθαλμῷ. Περσεὺς δὲ ἀνὴρ φυγὰς ἐξ Ἄργους, ἐλῃζετο τὰ κατὰ τὴν θάλατταν, ἔχων πλοῖα καὶ ἰσχύν τινα περὶ αὐτόν. Πυθόμενος δὲ ταύτην τὴν Γοργόνα, βασίλισσαν εἶναι γυναικῶν, καὶ πολύχρυσον μὲν, ὀλίγανδρον δέ· πρῶτα μὲν ναυλοχεῖ ἐν τῷ πορθμῷ, καὶ μεταξὺ τῆς Κυρήνης καὶ τῆς Σάρδεων διαπλέων, τὰ παρὰ τῆς ἑτέρας εἰς τὴν ἑτέραν, τὸν ὀφθαλμὸν λαμβάνει.

puisset, cum gladio euaginato petiuit ab illis, vt sibi Gorgonem indicarent, alioquin ipsas se interfecturum. Quam illæ metu perteritæ produnt. Cuius ille capite amputato in aërem abijt: eoque Polluci ostenso, illum lapideum reddidit. At verò ridiculum hoc, hominem viuum mortui capite conspecto in lapidem conuerti. Quænam enim cadaueris ad hoc potentia? Cæterùm tale quid factum fuit: Phorcyn fuit vir Cyrenæus, Cyrenæi porrò Æthiopes sunt genere, inhabitant autem Cyrenem insulam, extra columnas Herculis sitam, & Africam arant apud Aunonem fluuium prope Cartaginem, abundantque auro. Qui Phorcyn columnas Herculis regno tum possidebat, tres numero, vbi simulacrum Palladis aureum quatuor cubitorum fecit. Cyrenæi autem Palladem Gorgonem vocant: sicut Thraces Dianam Bendiam, Cretes Dictynnam, Lacedæmones Vpin. Cæterùm Phorcyn antequam simulacrum illud in templo dedicaret, moritur: reliquit autem filias tres, Sthenonem, Euryalem, & Medusam, quæ nemini nubere volentes, diuisis facultatibus, singulæ principatum vnius insulæ obtinebant. Porrò simulacrum illud Gorgonis in templo collocare, aut etiam inter se partiri, minimè ipsis visum fuit; sed id vicissim sibi in thesaurum reponebant. Fuerat autem Phorcyni socius quidam vir probus ac bonus, illoque in omni negotio tanquam oculo vtebantur. Intereà Perseus, exilio ex Argo eiectus, loca mari adiacentia deprædabatur, secum habens nauigia aliquot, & bellatorum vel prædonum potiùs fortem manum. Cumque intellexisset, Gorgonem hanc fœminarum esse reginam, auro quidem abundantem, sed virorum inopem: primùm quidem in portu nauium statione facta, inter Cyrenem & Sardes nauigans, nuncq; in hanc, nunc in illam descendens, virum illum, qui oculi vice fuerat, capit:

Digitized by Google

Harum verò vna illi ait, nihil aliud ab ipsis capiendum, præter vnam Gorgona: auri quoque copiosioris illi indicium facit. Filiæ autem illæ, cùm oculum iam vicissim non haberent, vt dictum est, inter se coeuntes, altera alteram incusabat. Intellecto autem, nullam illarum oculum habere, quidnam illud facti esset mirabantur. Quo tempore Perseus adnauigans, sibi illum oculum adesse aiebat, seque illos redditurum negabat, nisi sibi, vbi sit Gorgon, eloquantur. Addidit & commminationem, se, nisi imperata facerent, illas continuò interfecturum. Cui Medusa se illam nolle ostendere respondit; cæterùm Stheno & Euryale indicarunt: ac proinde Medusa interfecta, duabus alijs oculum reddidit. Gorgonem autem acceptam concîdit, postulataque ab illis triremi, Gorgonis illi caput imposuit, & Gorgonem appellauit: in eaque nauigans, pecuniam ab Insulanis exigebat, eos, qui dare recusabant, interficiens: sicque à Seriphijs, quos accessit, cùm pecunias petijsset, illique contulissent, Perseus iterùm hac de causa in forum venit. Illi autem relicta Seripho discesserunt. Cumque rursus Perseus eò appulisset ad pecunias exigendas, in forum veniens, hominem quidem nullum, sed lapides humanæ magnitudinis reperit. Vnde cæteris insulanis edixit: Videte, quomodo Seriphij, quòd pecuniam non exhibuissent, conspecto Gorgonis capite, in lapides conuersi sint: idem vobis, ni faciatis, eueniet.

45. *Genu crure proprius.*] De ijs, qui seipsos potiùs quàm alios diligunt, & proximos magis quam remotos. Aiunt enim, quendam in pugnà cùm videret consobrinum & fratrem suum in periculo constitutos, fratri suo propugnasse, & hoc ipsum dixisse.

ὧν μία φράζει αὐτῷ, ὅτι ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχει λαμβάνειν παρ' αὐτῶν, εἰ μὴ τὴν Γοργόνα. μηνύει δὲ αὐτῷ τὸ πλῆθος τοῦ χρυσοῦ. αὗται οὖν αἱ κόραι, ἐπεὶ οὐκ εἶχον τὸν ὀφθαλμὸν ἐν τῷ μέρει κατὰ τὸ εἰρημένον, συνήεσαν ὁμόσε, καὶ ᾐτιᾶτο ἑτέρα τὴν ἑτέραν. ὁπότε δὲ ἐπενοοῦντο, μὴ ἔχειν, ἐθαύμαζον τί ἂν εἴη τὸ γεγονός. ἐν τούτῳ προσπλεῖ αὐταῖς ὁ Περσεὺς καὶ φράζει, ὡς αὐτὸς ἔχει τὸν ὀφθαλμόν· καί φησι μὴ ἀποδοῦναι αὐταῖς, ἐὰν μὴ φράσωσιν, ὅπου ἐστὶν ἡ Γοργών. ἐπηπείλει δὲ καὶ προσκτενεῖν, εἰ μὴ εἴποιεν· ἡ μὲν οὖν Μέδουσα οὐ φράζει δεῖξαι· ἡ δὲ Σθενὼ καὶ Εὐρυάλη ἔδειξαν. τὴν μὲν οὖν Μέδουσαν ἀποκτείνει, ταῖς δὲ ἄλλαις τὸν ὀφθαλμὸν ἀποδίδωσι. λαβὼν δὲ τὴν Γοργόνα κατέκοψεν· ἀπαιτήσας δὲ τριήρη, ἐπέθηκε τῆς Γοργόνος τὴν κεφαλὴν ἐπ' αὐτήν. καὶ τῇ νηῒ δὲ ὄνομα ἔθετο Γοργών. ἐν αὐτῇ γὰρ περιπλέων, χρήματα παρὰ τῶν νησιωτῶν εἰσεπράττετο, καὶ τοὺς μὴ διδόντας ἀνῄρει. οὕτω δὴ καὶ τοὺς Σεριφίους ᾔτει, προσπελάσας ἐκείνοις, χρήματα· συναγαγόντων δὲ αὐτῶν, ὁ Περσεὺς ᾔτει πάλιν εἰς τὴν ἀγοράν. οἱ γὰρ ἐκλίποντες τὴν Σέριφον, ᾤχοντο. Προσπλεύσας οὖν πάλιν ὁ Περσεὺς ἐπὶ τὴν ἀπαίτησιν τῶν χρημάτων, καὶ ἐλθὼν ἐς τὴν ἀγορὰν, ἄνθρωπον μὲν οὐδένα εὗρε, λίθους γὰρ ἀνδρομήκεις. τοῖς οὖν λοιποῖς τῶν νησιωτῶν ἔλεγεν ὁ Περσεύς· ἐπειδὰν μὴ παρεῖχον τὰ χρήματα, ὁρᾶτε, ὡς Σερίφιοι θεασάμενοι τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλὴν ἀπελιθώθησαν· τοῦτο μὴ πάθητε καὶ ὑμεῖς.

45. Γόνυ κνήμης ἔγγυον.] Ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς μᾶλλον ἑτέρων ἀγαπώντων, καὶ τοὺς πλησίους τῶν μακράν. ἐν πολέμῳ γάρ φασι τινὰ ἰδόντα ἀνεψιὸν καὶ ἀδελφὸν διαπονουμένους, καὶ ὑπερασπίσαντα τοῦ ἀδελφοῦ, τοῦτο εἰπεῖν.

46. Γράμ-

46. Γράμματα Βελλεροφόντης διεκόμισεν.] Ἐπὶ τῶν προξενούντων ἑαυτοῖς τι κακόν. Βελλεροφόντης πρότερον Ἱππόνους ἐκαλεῖτο, ἀνελὼν δὲ Βέλλερον τῶν Κορινθίων δυνάστην, Βελλεροφόντης ἐκλήθη. ἦν δὲ φύσει μὲν παῖς Ποσειδῶνος, ἐπίκλησιν δὲ Γλαύκου· λαβὼν οὖν παρὰ Ποσειδῶνος τὸν Μεδούσης τῆς Γοργόνος, Πήγασον πτερωτὸν ἵππον, (διὰ γὰρ τοῦτο ἔχει τὴν προσηγορίαν, ὅτι ἐκπεπήδηκεν ἐκ τοῦ Γοργόνος τραχήλου) δράσας δὲ ἐμφύλιον φόνον, (Βέλλερον γάρ τινα, ὡς ἔφην, τῶν πολιτῶν ἀποκτείνας, φεύγει εἰς Ἄργος) τυχὼν δὲ παρὰ Προίτου καθαρσίων τοῦ βασιλέως, μετ᾽ αὐτοῦ διέτριβεν. Ἄντεια δὲ ἡ Προίτου γυνὴ, ἐρασθεῖσα τοῦ Βελλεροφόντου, ἐδέετο ὅπως αὐτοῦ συνευνασθῇ. ὁ δὲ δεξιούμενος τὸ ὅσιον, ἀντίλεγεν. Ἡ δὲ Ἄντεια δείσασα, μὴ τῷ Προίτῳ προλαβὼν ἐξείποι τοὺς αὐτῆς ἔρωτας, ἔφθασε τὸν Βελλεροφόντην καλεῖπεῖν, ὡς ἄρα εἴη βεβιασμένη παρ᾽ αὐτοῦ. Ὁ δὲ Προῖτος αὐτόχειρ μὲν οὐκ ἠβουλήθη τὸν Βελλεροφόντην ἀποκτεῖναι, πέμπει δὲ αὐτὸν εἰς Λυκίαν πρὸς τὸν πενθερὸν Ἰοβάτην, ἀδοκήτως καθ᾽ ἑαυτοῦ κομίζοντα γράμματα. ὁ δὲ πολλοῖς ἐγγεγυμνασμένον ἄθλοις, ὡς οὐχ ἑώρα φθειρόμενον, ὑπετόπασε τὴν κατ᾽ αὐτοῦ στρατηγηθεῖσαν δεινὴν καταβολήν (τοσούτων γὰρ κακῶν ἄθλων καὶ ὅλων τῇ δυνάμει κατηγωνίσατο) ἔδωκε δὲ αὐτῷ εἰς γάμον τὴν ἰδίαν θυγατέρα Κασάνδραν, καὶ τῆς βασιλείας μοῖράν τινα. λέγεται δὲ αὐτὸν ὑπερφρονοῦντα ἐφ᾽ οἷς ἔπραξε, θελῆσαι μετὰ τοῦ Πηγάσου τὸν οὐρανὸν κατοπτεῦσαι (τὰ γὰρ νῶτα, ὡς ἔφαμεν πτερωτὰ εἶχεν ὁ ἵππος) τὸν δὲ Δία μηνύσαντα, οἶστρον ἐμβαλεῖν τῷ Πηγάσῳ, ὅθεν ἐκπεσεῖν τὸν Βελλεροφόντην, καὶ κατενεχθῆναι εἰς τὸ τῆς Λυκίας πεδίον, τὸ ἀπ᾽ αὐτοῦ καλούμενον Ἀλήϊον πεδίον· ἀλᾶσθαι δὲ κατὰ τοῦτο πηρωθέντα· τὸν δὲ ἵππον λαβεῖν τὴν Ἠῶ δεηθεῖσαν τοῦ Διὸς

46. *Bellerophontes litteras tulit.*] De ijs, qui sibiipsis mala conciliant. Bellerophontes antea Hipponus vocabatur, cumque Bellerum Corynthiorum Principem de medio sustulisset, nomine Bellerophontis est appellatus; fuitque naturâ filius Neptuni, adoptione autẽ Glauci. Accepto autem à Neptuno Pegaso alato equo Medusæ, quæ filia Gorgonis erat (inde enim id nominis accepit quòd ex Gorgonis collo exsilijsset) cùm quendam ex suis contribulibus occidisset Bellerum nomine, vt dixi, Argos profugit, & à Prœto rege expiatus, cum ipso deinceps est commoratus. Antia autem Prœti vxor, Bellerophontis amore capta, illum vt cum ipso possit concumbere rogauit. Ille verò rectum amplexus, eidem contradixit. Vnde Antia verita, ne ille anteuertens ipsius amores, Prœto indicaret, Bellerophontem præuenit, sibi ab illo vim illatam esse dictitans. Prœtus autem, nolens ipse Bellerophontem occidere, in Lyciam illum mittit, ad Iobaten, vxoris suæ patrem, litteras præter expectationem in sui ipsius perniciem illi secum ferentem. Qui cùm multis illum certaminibus exercitum neque tamen adhuc perditum videret, existimans, omnem quam in illum instruxerat vim, esse debellatam (tot enim adeoque perniciosas ærumnas virtute sua superauerat) filiam illi suam Cassandram nomine in matrimonium, & regni cum illa partem aliquam dedit. Fertur autem Bellerophontes rerum quas gesserat magnitudine elatus, cum Pegaso suo (nam dorsum huius equi, vt diximus, pennatum erat) cœlum inspicere voluisse. Iouem autem iratum, œstrum Pegaso immisisse, atque ita Bellerophontem deturbatum in Lyciæ campum decidisse, qui campus ab ipso etiam Aleïus campus est vociratus, quòd mutilatus in illo erraret: equum autem ipsum Auroræ cessisse in donum à Ioue

illum

illum postulanti, quò sine molestia orbis ambitum cum eo circuiret. Historia autem est apud Asclepiadem in Tragodumenis.

δῶρον, πρὸς τὸ ἀκόπως περιϊέναι τὰς τοῦ κόσμου περιόδους· ἡ δὲ ἱστορία παρ᾽ Ἀσκληπιάδῃ ἐν Τραγῳδουμένοις.

47. *Anus bacchatur.*] In eos, qui intempestiuè aliquid faciunt. Aristophanes: *Anus libidine pruriens & bacchans.*

47. Γραῦς βακχεύει.] Ἐπὶ τῶν παρ᾽ ὥραν τι ποιούντων· καὶ Ἀριστοφάνης· Γραῦς καπρῶσα καὶ βακχεύουσα.

48. *Anus, instar equi lacunam pro sepulchro habebis.*] In eos, qui suo merito extrema perpetiuntur. Equi enim vetuli in lacunas projiciuntur.

48. Γραῦς, ὥς τις ἵππος τὴν χαραδραῖον τάφον ἕξεις.] Ἐπὶ τῶν ἀξίως τὰ ἔσχατα πασχόντων· οἱ γὰρ γεγηρακότες ἵπποι εἰς χαράδρους ἐμβάλλονται.

49. *Anus cothonissantes.*]

49. Γρᾶες κωθωνιζόμεναι.]

50. *Aniles fabulæ.*] De ijs, qui ineptè nugantur.

50. Γραῶν ὕθλοι.] Ἐπὶ τῶν μάτην ληρούντων.

51. *Dionis gry.*] De re parua ac vulgari.

51. Γρῦ τὸ Δίωνος.] Ἐπὶ τοῦ μικροῦ καὶ τυχόντος.

52. *Puluerem anus pedibus plaudens multum excitat omnis.*] In illos, qui propter peritiam multas res mouent.

52. Γραῦς ἀνακροτήσασα πολὺν κονιορτὸν ἐγείρει.] Ἐπὶ τῶν δι᾽ ἐμπειρίαν πολλὰ πράγματα κινούντων.

53. *Anus hircissat.*] In eos, qui præter ætatem nimiū mulieribus addicti sunt.

53. Γραῦς ἀναθυᾷ.] Ἀντὶ τοῦ, καπρᾷ. Ἐπὶ τῶν παρ᾽ ἡλικίαν γυναικιζομένων.

54. *Nudior Ialemo.*] Vox est lamentationem indicans. proinde vsurpatur de rebus luctuosis.

54. Γυμνότερος Ἰαλέμου.] Δηλοῖ τὸν θρῆνον· τάσσεται δὲ ἐπὶ τῶν οἰκτρῶν.

55. *Nudior leberide.*] De omnino mendicis. hoc est, nudior serpentis cute.

55. Γυμνότερος λεβηρίδος.] Ἐπὶ τῶν πάνυ πτωχῶν. Ἀντὶ τοῦ, γυμνότερος ὄφεως δέρματος.

56. *Nudipedalibus gaudet.*] De ijs, qui ludis publicis oblectantur. Pueri Spartæ in Lacedæmonia, hymnis Deos concelebrantes, nudis pedibus incedebant in honorem Spartiatarum, qui in Thyreis ceciderant.

56 Γυμνοποδίαις χαίρει.] Ἐπὶ τῶν φιλεόρτων· παῖδες ἐχόρευον ἐν Σπάρτῃ τῆς Λακωνικῆς, εἰς θεοὺς ὕμνους ᾄδοντες, εἰς τιμὴν τῶν ἐν Θυρέᾳ ἀποθανόντων Σπαρτιατῶν.

57. *Nudo capite.*] In eos, qui impudenter in quidlibet feruntur.

57. Γυμνῇ τῇ κεφαλῇ.] Ἐπὶ τῶν ἀναισχύντως χωρούντων πρὸς πᾶν τὸ τυχόν.

58. *Gygarthum inflas.*] De ijs, qui frustra laborant: significat enim rete.

58. Γύγαρθον φυσᾷς.] Ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων· σημαίνει δὲ τὸ δίκτυον.

59. *Dentale non est in illo.*] De eo, qui ad aliquid ineptus est.

59. Γύης οὐκ ἔνεστιν ἐν τούτῳ.] Ἐπὶ τοῦ ἔν τινι ἀχρήστου.

60. *Gygis annulus.*] De impostoribus in omni vafriciei genere exercitatis. Gyges enim bubulcus cùm esset, terræque motu humus discessisset, inuenit cadauer, quod annulum gestabat, eius naturæ, vt quoties gemmam inuerteret, vide-

60. Γύγου δακτύλιος.] Ἐπὶ τῶν πολυμηχάνων καὶ πανούργων. Γύγης γὰρ βουκόλος ὤν, τῆς γῆς ῥαγείσης, εὗρε νεκρὸν φοροῦντα δακτύλιον, καὶ τοῦτον πε-

μελόμενος, φύσιν ἔχοντα ὥστε κατὰ στροφὰς τῆς σφενδόνης ὁρᾶσθαι, ὅταν βούληται καὶ μή, δι' αὐτοῦ ἔκτεινε τὴν βασιλέα Κανδαύλην, καὶ ἦρξε.

61. Γυμνὸς ὡς ἐκ μήτρας.] Ἐπὶ τῶν ἀπόρων.

62. Γυμνότερος πατταλου.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα ἀπόρων.

63. Γύναι γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.] Σοφοκλέους.

64. Γυπὸς σκιά.] Ἐπὶ τῶν μηδενὸς λόγου ἀξίων, ἢ δειλῶν.

65. Γυναικὸς φρένας.] Ἐπὶ τῶν ἀνοήτων.

66. Γυνὴ στρατηγεῖ, καὶ γυνὴ στρατεύεται.] Ἐπὶ τῶν παραδόξων.

67. Γυναικὶ μὴ πίστευε, μὴ δ' ὅταν θάνῃ.] Ὅτι μὴ δεῖ γυναικὶ πιστεύειν.

68. Γυναικῶν ὄλεθροι.] Ἐπὶ τῶν οἰκτρῶς ἀναιρουμένων.

69. Γωνίας ἄξιος ἀνήρ.] Ἐπὶ τῶν ἀσυνέτων καὶ ἀπραγόνων.

70. Γυναικὸς ὄμμα τοῖς ἀκμάζουσιν βέλος.] Ὅμοια τῇ· Γυναικὸς αὐδὴ θάνατος νεωτέροις.

retur: quando verò vellet, non videretur. Quo ille accepto, eius adminiculo Candaulem regem occidit, & ipse regnum occupauit.

61. *Nudus vt ex vulua.*] De omnium rerum egenis.

62. *Nudior clauo.*] De valdè inopibus.

63. *Silentium & taciturnitas, ô mulier, vestrum decorat genus.*] Sophoclis admonitio.

64. *Vulturis vmbra.*] De rebus nullius omnino pretij.

65. *Fœminæ mentem.*] De insipientibus.

66. *Dux ipsa belli fœmina & miles cluit.*] De inopinatis.

67. *Ne fœminæ quid credas, vel mortuæ.*] Monet, mulieri nullatenus esse fidem adhibendam.

68. *Muliebris pernicies.*] In eos, qui miserabiliter de medio tolluntur.

69. *Vir angulo dignus.*] In insipientes & ociosos.

70. *Oculus acutum fœminæ est telum viris.*] Idem cum hoc: *Mors certa vox est fœminæ adolescentibus.*

Δ.

71. ΔΑιδάλου ποίημα.] Ἐπὶ τῶν ἀκριβεστάτων τὰς τέχνας· λέγεται γὰρ, ὅτι Μίνως Δαίδαλον καὶ Ἴκαρον καθεῖρξε διά τινα αἰτίαν, υἱοὺς αὐτοῦ ὄντας. Δαίδαλος δὲ ποιήσας πτέρυγας προσθετὰς, ἐξῆλθε μετὰ τοῦ Ἰκάρου· νοῆσαι δὲ, ἄνθρωπον πετόμενον, ἀμήχανον, καὶ ταῦτα πτέρυγας ἔχοντα προσθετάς. τὸ οὖν λεγόμενον ἦν τοιοῦτον· Δαίδαλος ὢν ἐν εἱρκτῇ, καθεὶς ἑαυτὸν διὰ θυρίδος, καὶ σκαφίδι ἐμβὰς σὺν τῷ Ἰκάρῳ, εἰς θάλασσαν ἔπλευσεν· αἰσθόμενος δ' ὁ Μίνως, πέμπει πλοῖα διώξοντα.

D.

71. D*Aedali opus.*] De ijs, qui exquisitissimè & accuratissimè in arte quaque quid faciunt. Dicitur enim Minos Dædalum & Icarum filios suos ob nescio quod delictum conclusisse: Dædalum autem adscititijs sibi alis appositis vnà cum Icaro euasisse. Cogitare autem hominem posse volare, idque alis adscititijs; est cogitare id quod fieri nequit. Quod ergo dicitur, tale quidpiam fuit: Cùm Dædalus in custodia esset, sese per fenestrã demittens, conscensa scapha, cũ Icaro mare petijt. Qua re intellecta Minos, mittit naues quæ illos persequãtur.

qui animaduertentes, ab insequentibus se peti; ventum vehementem atque acrem nacti, quasi volantes, in mari huc illuc circumferuntur. Et Dædalus quidem saluus in terram euasit: Icarus verò in mari perijt. Vnde & Icarium ab illo pelagus est vocitatum. Qui cùm ad littus maris posteà eiectus esset, à patre est humatus.

72. *Densam noctem.*] Brumalem vocant.

73. *Villosum pedibus leporem testudo praibit.*] De impossibili.

74. *Datus bonorum.*] De fortunatis. Datus enim vrbs Thraciæ fuit valdè opulenta. De qua Theopompus libro LIII. de rebus gestis Philippi, & Ephorus in IIII.

75. *Dædali alæ.*] De ijs, qui propter inopiam alicuius rei, accessione alterius vtuntur.

76. *Lepus pulpamentum quærit.*] De eo, qui ab alijs sibi præberi petit, quæ ipse penes se habet.

77. *Dactylus dies.*] De ijs, qui feliciter degunt. Dactylus enim vir quidam Athenis fuit, qui ad maximos & summos honores euectus fuit.

78. *Sumptum impendens in ea quæ nō oportet, parcus erit in ea quæ oportet.*] Chilonis.

79. *Laureum baculum gesto.*] De ijs, quibus ab aliquibus insidiæ struuntur: quòd aduersus illas laurus sit amuletum.

80. *Alteris melioribus.*] De ijs, qui secundò sacrificant: siquidem si victima prius non esset litatum, iterabant sacrificia.

81. *Contigit & ignauis præda ex venatu.*] De ijs, qui præter meritum feliciter agunt.

82. *Formidolosæ opes gratum animo sunt malum.*] Eò quòd diuites sese muniant.

ὡς ᾔσθοντο δὲ Ἴκαρός τε καὶ Δαίδαλος διωκόμενοι, ἀνέμου λάβρου καὶ σφοδροῦ ὄντος, πτόμενοι, ἤγουν πλέοντες ἐν τῷ πελάγει, περιετρέποντο. καὶ ὁ μὲν Δαίδαλος σώζεται εἰς τὴν γῆν, ὁ δὲ Ἴκαρος πλανᾶται ἐν τῷ πελάγει· ὅθεν ἀπ' ἐκείνου Ἰκάριον πέλαγος ἐκλήθη· ἐκβληθεὶς δὲ ὁ Ἴκαρος ὑπὸ τῶν κυμάτων, παρὰ τοῦ πατρὸς ἐτάφη.

72. Δασεῖαν νύκτα.] Τὴν χειμερινὴν φασί.

73. Δασύποδα λαγὼν παραδραμεῖται χελώνη.] Ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου.

74. Δάτος ἀγαθῶν.] Ἐπὶ εὐδαιμονούντων· ἡ γὰρ Δάτος πόλις ἦν ἐπὶ Θράκης, σφόδρα εὐδαίμων. δεδηλώκασι δὲ περὶ αὐτῆς Θεόπομπος ιγ' Φιλιππικῶν, καὶ Ἔφορος ἐν τετάρτῳ.

75. Δαιδάλου πτερά.] Ἐπὶ τῶν δι' ἀπορίαν χρωμένων προσθήκῃ παρελθούσῃ.

76. Δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ.] Λέγεται δὲ ἐπὶ τοῦ ἐπιθυμοῦντος παρ' ἄλλου γενέσθαι τὰ ὄντα αὐτῷ.

77. Δάκτυλος ἡμέρα.] Ἐπὶ τῶν εὐημερούντων. Δάκτυλος γάρ τις ἐγένετο ἀνὴρ Ἀθήνησι μεγίστων τιμῶν λαχών.

78. Δαπανώμενος ἐφ' ἃ μὴ δεῖ, ὀλίγος ἔσῃ ἐφ' ἃ δεῖ.] Χίλωνος.

79. Δαφνίνην φορῶ βακτηρίαν.] Ἐπὶ τῶν ὑπό τινων ἐπιβουλευομένων· παρόσον ἀλεξιφάρμακον ἡ δάφνη.

80. Δευτέρων ἀμεινόνων.] Ἐπὶ τῶν θυομένων ἐκ δευτέρου, ὅταν αὐτοῖς τὰ πρότερα ἱερὰ μὴ καυθῇ, καὶ ἐπὶ δεύτερα τρέπωσι.

81. Δέδοται καὶ κακοῖσιν ἄγρα.] Ἐπὶ τῶν παρ' ἀξίαν εὐπραγούντων.

82. Δειλὸν θ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν.] Παρόσον οἱ πλούσιοι ἀσφαλίζονται.

83. Δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης.] Ἐπὶ τῶν πάντα δεχομένων· ἀλήτην γάρ φασί τινα βουκόλῳ συναντήσαντα αἰτῆσαι τροφήν· ἄραντα δ' ἐκεῖνον βῶλον δοῦναι αὐτῷ, ὡς τοῦ Διὸς ὄντα· τὸν δὲ τοῦτο εἰπεῖν.

84. Δελφῖνα πρὸς τὴν οὐραῖον δεῖς.] Ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου, διὰ τὸ εὐκίνητον εἶναι. Πρὸς τοὺς οὐ δυναμένους ἔχειν ἢ τηρεῖν τὰ διδόμενα· φιλοίκειον δὲ ὁ δελφὶς ζῶον πεπίστευται· καὶ τούτου τὸ μαρτύριον· Αἶνος, πόλις ἐστὶ Θρῄσσα. ἔτυχεν οὖν ἁλῶναι δελφῖνα, καὶ τρωθῆναι μὲν, οὐ μὴν εἰς θάνατον, ἀλλ' ἔτι βιώσιμα εἶναι τῷ ἑαλωκότι· οὐκοῦν ἐρρύη μὲν αἷμα· ᾔσθοντο δὲ οἱ ἀθηρατοι, καὶ ἀφίκοντο εἰς τὸν λιμένα ἀγέλη, καὶ κατεσκίρτων· καὶ ᾔσαν τι δρασείοντες οὐκ ἀγαθόν. ἐν ἔθει δὲ ἦν, ὡς τὸ εἰκὸς, αὐτοὺς νήχεσθαι καὶ παῖδας αὐτῶν. οἱ τοίνυν νέοι ἔδεισαν, καὶ ἀφῆκαν τὸν ἑαλωκότα· καὶ ἐκεῖνοι κομισάμενοι ὡς ἑταῖρον ἕνα τῶν κηδεστῶν ἢ γένει προσήκοντα, ᾤχοντο ἀπιόντες. σπάνιον δὲ ἄνθρωπος, ἢ οἰκείῳ δυστυχήσαντι ἢ οἰκείᾳ κοινωνὸς σπουδῆς καὶ φροντίδος.

85. Δεκάπους σκιά ἐστιν.] Ἐπὶ τῶν κατὰ καιρὸν ἀπιόντων ἐπὶ τὸ δεῖπνον· τὸ γὰρ παλαιὸν οἱ καλοῦντες ἐπὶ δεῖπνα, καὶ οἱ καλούμενοι, παρεσημαίνοντο τὴν σκιάν· καὶ οὕτως οἱ μὲν ἔμενον τοὺς κληθέντας, οἱ δὲ ἀπῄεσαν ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις, ἐφ' ἧς οἷόν τι ἦν τεκμήρασθαι εἰς πόσας ὥρας προσήκει.

86. Δειλότερος ἦν αὐτῆς τῆς δειλίας.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα δειλῶν.

87. Δεῖ νοσεῖν τὸ μέρος.] Ἐπὶ τῶν ἀκριβῆ φιλίαν ἐνδεικνυμένων.

88. Δέκα ἡ κύων τίκτοι, καὶ πάντα λευκά.] Ἐπὶ τῶν ὁμοίων καὶ εὐτυχῶν.

89. Δέκα τοῦ ὀβολοῦ.] Καθ' ὑπερβολὴν, ἐπὶ μηδενὸς ἀξίων.

83. *Etiam glebam erro admittit.*] De ijs, qui omnia accipiunt. Aiunt enim, erronem quendam, cùm bubulco occurrisset, ab eoque cibum petijsset, illum glebam ei sublatam dedisse, tanquam Iouis ea esset: tum istum hoc respondisse.

84. *Delphinum cauda alligas.*] De re quæ factu est impossibilis, eò quòd nimia huius animalis sit mobilitas & lubricitas. Quadrat in illos, qui accepta aut data tenere aut seruare nesciunt. Generis sui amans animal delphinus creditus est; id quod vel hinc videre licet: In Thracia ciuitas quædam est, Ænus nomine; in qua euenit, vt Delphinus caperetur, & vulneraretur, licet non mortiferè: nam vitale adhuc aliquid capto inesse constabat, & illi quidem sanguis effluebat. Alij verò Delphines non capti, eo intellecto, gregatim in portum magnis saltibus aduenerunt, nescio quid improbius facturientes. In more autem erat, vt videtur, & ipsos & pullos ipsorum cum illis natare: qui proinde illos metuentes, etiam captum dimiserunt, quo isti tamquam socio, affine, & generis sui proximo recepto, abierunt. Cùm raró interim homines cuipiam ex necessarijs suis, seu viro seu fœminæ laboranti, studiũ suum operamque impendere soleant.

85. *Decempedalis vmbra est.*] De ijs, qui tempestiuè ad conuiuiũ eunt. Veteres enim qui ad conuiuium vocabant, & vocabantur, vmbram notabant: atque ita sub id tẽpus illi expectabant vocatos: isti autem ad conuiuium prodibant. Atque hinc conjicere licebat, quotanam esset hora.

86. *Timidior es ipso timore.*] In vehementer meticulosos.

87. *Oportet in partem ægrotare.*] De ijs, qui exactè amicitiam reipsa ostendunt.

88. *Decem catella pariat & omnes candidos.*] De similibus & fortunatis.

89. *Decem vno obolo.*] Hyperbolica locutio. De hominibus minimi pretij.

90. *Delphinus in aqua balnei.*] De ijs, qui impedimento sunt, quò minùs aliquid, vt par est, fiat.

91. *Timidior es prospiciente.*] In valdè timidos. Vir enim ille perquam timidus fuit, qui prospiciens ex spelunca, viso Hercule in lapidem conuersus est, mansitque in hunc diem lapis, hominis speciem præ se ferens.

92. *Molestum est futuri esse conscium.*] Apophthegma Thaletis Milesij.

93. *Serta gerit Delphus homo, sed sitis ènecat illum.*] Illi enim propter sacrificia quæ faciunt, coronati quidem sunt; at verò siti pereunt: hoc est, necessarijs destituuntur.

94. *Nectunt stupendas machinas Aegyptij.*] In maximè maleficos: tales enim Ægyptij.

95. *Delphinum natare doces.*] De ijs, qui aliquos ea docere nituntur, in quibus abundè satis exercitati & versati sunt. Aut de ijs, qui in arte quapiam solidissimè edocti, simulant se à quopiam discere. De delphinis tale quid fertur. Cœranus quidam nomine, Paro oriundus, cùm Byzantij iaculo reti incidentes delphines capti fuissent, pecuniam piscatoribus, qui illos ceperant, velut in lytrum dedit, liberosque dimisit. Cumque quodam tempore naue quinquaginta remorum veheretur, illaque subuerteretur, cæteris perditis, Cœranum delphines seruauerunt, beneficij quo illos priùs affecerat, vicem reponentes. Altum autem saxum ostenditur & cauum, in quod illi natantes illum tulerunt, & vocatur locus Cœranius. Insecuto porrò tempore, cùm idem Cœranus iam extinctus, propè mare cremaretur, delphines, re comperta, ibidé congregati, quamdiu pyra igni fortiter ardebat, ibidem manserunt, amico suo fidi amici. Cũ verò pyra esset extincta, natatu retro cesserunt. Et homines interim viuos quidem & opibus florentes colunt,

90. Δελφὶς ἐν λουτηρίῳ.] Ἐπὶ τῶν παρ' ἀξίαν τι ποιεῖν οὐκ ἀνεχομένων.

91. Δειλότερος εἶ τοῦ παρακύπτοντος.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα δειλῶν. Ἀνὴρ γὰρ οὗτος ἐγένετο δειλὸς, ὃς παρακύψας ἐκ σπηλαίου, καὶ ἰδὼν τὸν Ἡρακλῆν, ἀπελιθώθη, καὶ διαμένει ἔτι καὶ νῦν ὁ λίθος ἀνθρωποειδής.

92. Δεινὸν τὸ συνειδέναι τὸ μέλλον.] Ἀπόφθεγμα Θάλεω τοῦ Μιλησίου.

93. Δελφὸς ἀνὴρ στέφανον μὲν ἔχει, δίψει δ' ἀπόλωλεν.] Οὗτοι γὰρ διὰ τὸ ἱερουργεῖν ἐστεφανωμένοι μένουσι, δίψει δ' ἀπόλλυνται· ἀντὶ τοῦ τῶν ἀναγκαίων ἀποροῦσι.

94. Δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα κακουργοτάτων· τοιοῦτοι γὰρ οἱ Αἰγύπτιοι.

95. Δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις.] Ἐπὶ τῶν ἐν ἐκείνοις τινὰς παιδοτριβούντων, ἐν οἷς ἤσκηνται· ἢ ἐπὶ τῶν ἄκρως εἴς τι πεπαιδευμένων, καὶ προσποιουμένων παρ' ἑτέρων μανθάνειν. Λέγεται περὶ δελφίνων τοῦτο. Κοίρανος ὄνομα, τὸ γένος ἐκ Πάρου, δελφίνων τινῶν ἐν Βυζαντίῳ, βόλῳ περιπεσόντων καὶ ἑαλωκότων, δοὺς ἀργύριον, ὡσανεὶ λύτρα τοῖς ἠγρευκόσιν, ἀφῆκεν αὐτοὺς ἐλευθέρους. ἔπλει γοῦν ποτε πεντηκόντορον ἔχων· ἀνατραπείσης δὲ τῆς νεὼς, καὶ τῶν ἄλλων διαφθαρέντων, τὸν Κοίρανον ἔσωσαν δελφῖνες, ὑπὲρ ἧς φθάσαντες εἶχον εὐεργεσίας τὴν ἰσότητα ἀντιδιδόντες. ἄκρα δὲ δείκνυται καὶ ὕπαντρος πέτρα, ἔνθα ἐξενήχοντο ὀχοῦντες αὐτόν· καὶ καλεῖται ὁ χῶρος Κοιράνειος. χρόνῳ δ' ὕστερον τεθνεῶτα τόνδε τὸν Κοίρανον θαλάττης πλησίον ἔκαιον· εἶτα μέν τοι αἰσθόμενοί ποθεν οἱ δελφῖνες, ἠθροίσθησαν· καὶ ἕως ὅτου ἡ πυρὰ ἤκμαζε καιομένη, παρέμειναν ὡς φίλῳ φίλοι πιστοί. εἶτα μέν τοι κατασβεσθείσης, οἱ δὲ ἀπενήχοντο. ἀνθρωποί γε μὴν ζῶντάς τε καὶ πλουτοῦντας θεραπεύουσι·

σι· νεκροὺς δὲ ἀποστρέφονται, ἢ καὶ δυστυχοῦντας, ἵνα μή τινα ἐκτίνωσιν εὖ παθόντες χάριν.

96. Δεσμοὶ Τυῤῥηνοί.] Οἷς ἐχρῶντο καὶ ἐκεῖνο καιροῦ εἰς τὰς τῶν δεσμωτῶν κακουχίας.

97. Δεύτερος πλοῦς.] Ὅτι ἀποτυχών τις οὐρίου, κώπαις πλεῖ.

98. Δελφῖνα λεκάνη οὐ χωρεῖ.] Οἱ δελφῖνες τὸν ἐξ αὐτῶν τεθνεῶτα ὑποδύντες, φοράδην κομίζουσιν εἰς τὴν γῆν· τοῖς ἀνθρώποις πιστεύοντες θάψαι τοῦτον. ἕπεται δὲ πλῆθος ἕτερον, οἱονεὶ τιμῶντες, ἢ καὶ νὴ Δία ὑπερμαχοῦντες, μήποτε ἄλλο κῆτος ἐπιδράμῃ, καὶ τὸν νεκρὸν ἁρπάσαν, εἶτα δαίσηται. ὅσοι μὲν οὖν τῶν ἀνθρώπων εἰσὶν ἔνδικοι, θάπτουσιν αὐτούς· οἱ δ' ἀπὸ Μουσῶν καὶ Χαρίτων, ἀκηδῶς αὐτῶν ἔχουσι. Καὶ δότε συγγνώμην, ὦ δελφῖνες φίλοι, τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀγριότητι· εἴγε καὶ Ἀθηναῖοι Φωκίωνα τὸν χρηστὸν ἔρριψαν ἄταφον, καὶ Ὀλυμπιὰς δὲ ἔκειτο γυμνή, ἡ τεκοῦσα τὸν ἐκ Διός, ὡς ἐκόμπασε· καὶ τὸν Ῥωμαῖον Πομπήιον, τὸν Μέγαν ἐπίκλησιν, ἀποκτείναντες οἱ Αἰγύπτιοι, εἴασαν ἐρριμμένον, ἄμοιρον τῆς κεφαλῆς, πλησίον τῆς θαλάττης. Λέγεται καὶ τοῦτο περὶ δελφῖνος, ὅτι ἡ φύσις αὐτὸν ἀεικίνητον εἰργάσατο, καὶ πέρας τούτῳ τῆς κινήσεως, τὸ καὶ τοῦ βίου τέλος. ὕπνου γοῦν δεόμενος, μετεωρίσας τὸ σῶμα, καὶ ἀναπλεύσας ἐπ' ἄκρον τὸ ὕδωρ, ὡς ὁρᾶσθαι πᾶς, καταδαρθάνει. ἄυπνος δὲ καὶ ἄμοιρος τοῦ θεοῦ τοῦδε, οὐδὲ οὗτός ἐστιν· ἐπεὶ γοῦν καθεύδει, ὠθεῖται εἰς βυθόν, ἕως ψαύσῃ τῆς κάτω γῆς· ὅταν δὲ προσπέσῃ αὐτῇ, διυπνίζεται πρὸς τὸ δάπεδον, εἶτα ἀναδύνει· καὶ πάλιν εἰς ὕπνον ὑπαχθείς, καὶ νικώμενος τοῦ θεοῦ, κατολισθαίνει, καὶ αὖθις ἀφυπνισθεὶς τῇ αὐτῇ κρούσει, ἀναπλεῖ πάλιν· καὶ πολλάκις δρᾷ τοῦτο, μεταξὺ ἡσυχίας καὶ ἐνεργείας

mortuos autem & infortunatos auersantur, ne quam pro beneficio accepto referant gratiam.

96. *Vincula Tyrrhena.*] Quibus eo tempore Tyrrheni captiuos affligebant & vexabant.

97. *Altera nauigatio.*] Cùm quis secundis ventis destitutus, remis nauem impellit.

98. *Delphinum patina non capit.*] Delphini, si quis ipsorum mortuus fuerit, illum subeuntes, in terram ferunt, hominibus illum committentes quo sepeliatur. Sequitur autem alia ingens multitudo, velut honoris causa: vel mehercle, quod potiùs crediderim, maioris ergô custodiæ, ne maior alius cœtus accurrens raptum mortui cadauer deuoret. Quotquot autem homines iusti sunt, illos sepeliunt; qui verò amusi & sine Gratijs, negligunt. Sed date veniam, amici delphines, hominum immanitati, si Athenienses etiam Phociona virum optimum insepultum abiecerunt, & Olympias, quæ tamen filiam se ex Ioue genuisse iactitabat, insepulta iacuit; & Romanum Pompeium, cognomento Magnum, Ægyptij occisum, & capite truncatum, prope mare proiectum reliquerunt. Fertur & hoc porrò de delphine, quòd natura illum semper mobilem fecerit: adeò quidem, vt motus illi finis sit & vitæ terminus. Somno igitur indigens, corpus in altum tollit, & summa aqua natans, vt totus conspici possit, dormit (neque enim absque somno est, aut Dei illius expers.) Quando autem id facit, in profundum pellitur quousque terram imam contingat. Ad quam vbi peruenerit, in solum impulsus excitatur, & rursum emergit. deinde iterum in somnum actus, & Deo illo victus sensim labitur, similique impulsione excitatus, natatum repetit: idque sæpiùs facit, inter quietem & operationem medius, neq; vmquam omnē prorsus motionem amittens.

Est autem naturalis quædam atque occulta communicatio & cognatio delphino cum leone. Neque id solum, quòd sicut hic terrestribus, ita ille marinis dominatur, sufficit: sed vterque ad senectutem venientes, tabe corripiuntur, aut alioqui alio morbo: tunc que hic simiam terrestrem pro medicamento habet; ille autem eiusdem generis sibi quærit in mari. nam & ibi simia est, & sicut illi iste, ita huic hic est auxilio.

99. *Delio natatore opus est.*] De illis, qui in summa aqua natant.

100. *Consultato diu, cunctis felicior vt sis.*

ὦν, οὐ μὴν εἰς ἀκινησίαν ἐκπίπτων παντελῆ ποτέ. Φυσικὴ δὲ ἄρα κοινωνία τις καὶ συγγένεια λέοντι καὶ δελφῖνι, ἀπόρρητος· οὐ γὰρ, ὅτι βασιλεύουσιν ὁ μὲν τῶν χερσαίων, ὁ δὲ τῶν ἐναλίων, τοῦτο ἀπόχρη· ἀλλὰ γάρ τοι καὶ τήκονται προϊόντες ἐς γῆρας, καὶ ἄλλως νοσήσαντες. Ὁ μὲν τῶν χερσαῖον πίθηκον ἔχει φάρμακον, ὁ δὲ ἀναζητεῖ τὸν συμφυῆ. ἔστι δὲ ἐν θαλάττῃ πίθηκος, καὶ ἔστι καὶ τῷδε οὗτος ἀγαθὸς, ὡς ἐκείνῳ ἐκεῖνος.

99. Δηλίου κολυμβητοῦ.] Ἐπὶ τῶν ἄκρως νηχομένων.

100. Δηρὸν βουλεύου, ἵν' ἔχῃς καὶ πολλὸν ἄμεινον.

CENTVRIA VII.

1. PEr enses atque flammam eundum tibi erit.] In eos, qui se intrepidè & ostentabundè in periculo conjiciunt.

2. *Gladius calumnia acutior, modo gladius calumniatorem anteuertat.*

3. *Diagoras Melius.*] De Atheis ac perfidiosis & incredulis.

4. Διακωδωνισθέντες.] Vt plurimum de ludificatis capitur.

5. *Diitrephes alas addidit.*] De ijs, qui ad rem aliquam inducunt.

6. *Per parietem loqui.*] In stupidos & insensatos.

7. *Iustior trutina.*]De ijs, qui æquitatẽ & iustitiam amant. στaχάνην enim Dorij trutinam vocant: fortassis παρὰ τὴν στάσιν, à stando.

8. *Iustitiæ oculus.*] Quam nullum mortalium contemnere decet.

9. *Litem parit lis, noxa item no-*

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Ζ.

1. ΔΙὰ μαχαιρῶν καὶ πυρὸς ῥίπτειν δεῖ.] Ἐπὶ τῶν παραβαλλομένων, καὶ ῥιψοκίνδυνα ποιούντων.

2. Διαβολῆς ὀξύτερον τὸ ξίφος, εἰ τὸ ξίφος προφθάσει τὸν διαβάλλοντα.]

3. Διαγόρας ὁ Μήλιος.] Ἐπὶ τῶν ἀθέων καὶ ἀπίστων.

4. Διακωδωνισθέντες.] Ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐπὶ τῶν διαπαιζομένων λαμβάνεται.

5. Διιτρέφης ἀνεπτέρωκεν.] Ἐπὶ τῶν ἀναπειθόντων ἐπί τι πρᾶγμα.

6. Διὰ τοῦ τείχους λαλεῖν.] Ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων.

7. Δικαιότερος σταχάνης.] Ἐπὶ τῶν τὰ δίκαια ἀγαπώντων· σταχάνην γὰρ οἱ Δωριεῖς τὴν τρυτάνην καλοῦσιν· ἴσως παρὰ τὴν στάσιν.

8. Δίκης ὀφθαλμός.] Ἧς δεῖ μηδένα τι καταφρονεῖν, ἀνθρώπους ὑπάρχοντας.

9. Δίκη δίκην ἔτικτε, καὶ βλάβη βλάβην.]

βλάβην.] Ἐπὶ τῶν φιλοδίκων, καὶ συμφερόντων δίκας δίκαις.

10. Διὸς κῴδιον.] Οὗ τὸ ἱερεῖον Διῒ τέθυται· θύουσι δὲ τῷ τε Μειλιχίῳ καὶ τῷ Κτησίῳ Διΐ. τὰ δὲ κῴδια τούτων φυλάσσουσι, Δία προσαγορεύοντες. χρῶνται δ' αὐτοῖς, ὅ, τε σκιρροφορίων καὶ ὁ δᾳδοῦχος, τὴν πομπὴν στέλλοντες ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ ἄλλοι τινές· πρὸς τοὺς καθαρμοὺς, ὑποστρωννύντες αὐτὰ τοῖς ποσὶ τῶν ἐναγῶν.

11. Δίκην ὑφέξει, κἂν ὄνος δάκῃ κύνα.] Ἐπὶ τῶν ἐπὶ σμικροῖς συκοφαντουμένων.

12. Δικτύῳ ἄνεμον θηρᾷς.] Ἐπὶ τῶν μάτην καὶ ἀνοήτως τι ποιούντων. Ἐκ τοῦ δικτύου λέγεται ἡ Ἄρτεμις Δίκτυννα· ἐπειδὴ τῶν κυνηγετῶν ἐστι, καὶ τὰ δίκτυα φέρειν. Ἔφορος δὲ κυνηγεσίας ἡ Ἄρτεμις· φασὶ δὲ καὶ, ὅτι νύμφη τις Βριτομάρτις καλουμένη, θηρῶσά ποτε, δικτύοις τισὶ κατὰ τύχην ἐνέπεσε, καὶ ὑπὸ Ἀρτέμιδος ῥυσθεῖσα, Δικτύννης Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο. Ἑκάτην δὲ καὶ Ἄρτεμιν οἱ μὲν τὴν αὐτὴν φασιν, οἱ δὲ ἄλλην καὶ ἄλλην.

13. Δίκης δικαιότερος.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα δικαίων καθ' ὑπερβολήν.

14. Διζημένοισι τἀγαθὰ μόλις παραγίνεται· τὰ δὲ κακὰ καὶ μὴ διζημένοισι.] Δημοκρίτου.

15. Διομήδειος ἀνάγκη.] Ὃς ἠνάγκαζε τοὺς ξένους αἰσχραῖς οὔσαις ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ μίγνυσθαι, ἃς καὶ ἵππους ἀλληγορεῖ. Τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν κατ' ἀνάγκην τι πραττόντων. Οἱ δέ φασιν, ὅτι Διομήδης καὶ Ὀδυσσεὺς τὸ παλλάδιον κλέψαντες, νυκτὸς ἐπανήεσαν· ἑπόμενος δὲ ὁ Ὀδυσσεὺς, τὸν Διομήδην ἠβουλήθη ἀποκτεῖναι· ἐν τῇ σελήνῃ δὲ ἰδὼν τὴν σκιὰν τοῦ ξίφους ὁ Διομήδης, δείσας τὸν Ὀδυσσέα, ἐποίησεν προάγειν, παίων αὐτοῦ τῷ ξίφει τὸ μετάφρενον.

xam parit.] In litigandi cupidos, quique lites litibus nectunt.

10. *Iouis vellus.*] Cuius victima Ioui fuit immolata. Immolant autem Ioui Milichio & Ctesio. Eiusmodi verò victimarum tergora custodiunt, & Iouis nomine appellant. Vtuntur verò qui Scirophorijs præest, quique facem præfert, quando pompam in Eleusinijs agunt. Alij ad expiationem eorum qui scelere quopiam contaminati sunt, eorumque pedibus substernunt.

11. *Litem subibit, vel si asinus mordeat canem.*] De ijs, qui ob paruas res calumnijs diuexantur.

12. *Reti ventum venaris.*] In illos, qui frustra & stolidè quid faciunt. Ἐκ τοῦ δικτύου, hoc est, à reti, Diana Δίκτυννα appellatur; quòd venatorum sit etiam retia ferre. Diana porrò venationis præses. Fertur autem puella quædam nomine Britemartis, cùm aliquando venaretur, retibus quibusdam forte fortuna implicata, & à Diana liberata, illi simulacrum nomine Dianæ Dictyne posuisse. Et quidem Dianam nonnulli eandem cum Hecate, alij aliam esse volunt.

13. *Iustitia iustior.*] De vehementer ac supra modum iustis.

14. *Quærentibus bona vix obueniunt, mala autem etiam non quærentibus.*] Democriti.

15. *Diomedea necessitas.*] Ille hospites compellebat cum filiabus suis deformibus coire, quas equas allegoricè vocabant. Ponitur autem de ijs, qui necessitate coacti aliquid faciunt. Alij dicunt, quod cùm Diomedes & Vlysses Palladium nocte furati in castra redirent, Vlyssem pòst euntem gladio transfigere voluisse Diomedem. Cæterùm cùm ille Lunæ splendentis beneficio vmbram gladij vidisset, metuens Vlyssem, coëgit vt præcederet, scapulas eius ense diuerberando.

16. *Bacchanalia.*] Festum apud Athenienses: vnde & parœmia. Tantum propè est, quantum, Ex sacris Dionysijs: De rebus meritò expetendis. Dicitur etiam Bacchus Dithyrambus, quòd nutritus sit in antro, cuius aditus duplici ostio clauderetur. Hinc Dithyrambici Poëtæ.

17. *Corinthus Iouis filius.*] De ijs, qui eadem semper repetunt. Cùm Megarenses Corinthijs subessent, illorum edicta sibi nimis grauia & iniusta videri dicebant, propterea que palàm ægre istam rem ferre se ostendebant. Qua de causa Corinthiorum legati, Megaram cùm venissent, nec populus illis aures præberet; offensi inclamarunt: *Non feret hæc Iouis filius Corinthus.* Megarenses autem illos eiectos verberarunt, exclamaruntque, *Verbera Iouis filium Corinthum.*

18. *Variantes sententiæ.*] Quasi dicas, bifidæ. Dicitur verò in eos, qui duplicis & inconstantis sunt animi.

19. *Iouis cerebrum.*] De optimo cibo. Idem est, βασιλέως ἐγκέφαλος, *Regis cerebrum.*] De ijs, qui delicatè agunt. Alij aiunt inde dici, quòd cibaria sumptuosa à Persis Iouis cerebrum appellarentur.

20. *Iouis calculus.*] Ita locus dicitur, in quo Minerua & Neptunus iudicati fuerunt. Cratinus in Archilochis.

21. *Hic magni soliumque Iouis talique vocantur.*] Ponitur de rebus sacris, & non tangendis.

22. *Per annulum traxeris.*] De ijs, qui ob mœstitiam seu morbum macilenti facti sunt. Aristophanes in Pluto.

23. *Discos impellit vltra ea quæ fossa sunt.*] De ijs, qui in rebus quibusdam duabus laude dignis excellunt, quarum alteram altera meliùs norint.

24. *Plagis adactus polypus quatuor-*

16. Διονύσια.] Ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις, καὶ παροιμία ἐξ αὐτοῦ· Σχεδὸν τοσοῦτον ἐστιν, Ἐκ Διονυσίων, ἐπὶ τῶν ἀποδοχῆς ἀξίων. Ὁ Διόνυσος λέγεται καὶ Διθύραμβος, ὅτι ἐτράφη ἐν ἄντρῳ διθύρῳ τῆς Νύσσης. ἐκ τούτου ποιηταὶ διθυραμβοποιοί.

17. Διὸς Κόρινθος.] Ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ λεγόντων. ἐρρήθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Μεγαρεῖς ὑπακούοντες Κορινθίοις, ἐβαρύνοντο τοῖς ἐπιτάγμασι, καὶ φανεροὶ δυσαναχετοῦντες ἦσαν ἐπὶ τούτῳ. Κορινθίων δὲ πρέσβεις ἦλθον εἰς τὰ Μέγαρα, καὶ τοῦ δήμου προσέχοντος αὐτοῖς, ἀγανακτοῦντες ἐβόων, Οὐκ ἀνέξεται ταῦτα ὁ Διὸς Κόρινθος. φασὶν οὖν, τοὺς Μεγαρεῖς, ἐκβαλόντας αὐτοὺς παίειν, καὶ λέγειν· Παῖε τὸν Διὸς Κόρινθον.

81. Δίχολοι γνῶμαι.] Οἱονεὶ δίτροποι. ἐπὶ τῶν διτρόπων.

19. Διὸς ἐγκέφαλος.] Τὸ κάλλιστον βρῶμα· ἢ, Βασιλέως ἐγκέφαλος· ἐπὶ τῶν ἡδυπαθούντων· οἱ δὲ, ὅτι τὰ πολυτελῆ βρώματα παρὰ Πέρσαις, Διὸς ἐγκέφαλος λέγεται.

20. Διὸς ψῆφος.] Οὕτω καλεῖται ὁ τόπος, ἐν ᾧ Ἀθηνᾶ καὶ Ποσειδῶν ἐκρίθησαν· Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις.

21. Ἔνθα Διὸς μεγάλου θῶκοι πεσσοί τε καλοῦνται.] Τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἱερῶν καὶ ἀθίκτων.

22. Διὰ δακτυλίου γ' ἂν ἑλκύσαις.] Ἐπὶ τῶν διὰ λύπην ἢ νόσον ἰσχνῶν γινομένων. Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ.

23. Δίσκους ὠθεῖ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα.] Ἐπὶ τῶν προτερούντων ἐπὶ δυοῖν τινοῖν πραγμάτων ἐπαίνου ἀξίων· τὸ δὲ ἓν ἐπισταμένων βέλτιον τοῦ ἑτέρου.

24. Δὶς ἑπτὰ πληγαῖς πουλύπους πο-

λεμε-

λεγόμενος.] Ἐπὶ τῶν κολάσεως ἀξίων· παρόσον ὁ πολύπους θηρευθεὶς τύπτεται πολλάκις, πρὸς τὸ πίων γενέσθαι.

25. Δι' ὀξείας δραμεῖν.] Ἐπὶ τῶν διακινδυνευόντων. ὀξεῖαν γὰρ λέγουσι τὴν λόγχην.

26. Διωλύγιον κακόν.] Ἐπὶ τῶν μέγα τι καὶ δεινὸν ὑφισταμένων.

27. Δὶς καὶ τρὶς τὸ καλὸν, τὸ δὲ κακὸν οὐδ' ἅπαξ.

28. Δὶς παῖδες οἱ γέροντες.] Ἐπὶ τῶν πρὸς τὸ γῆρας εὐηθεστέρων εἶναι δοκούντων.

29. Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν προσκρούειν λίθον.] Ἐπὶ τῶν ἐκ δευτέρου τοῖς αὐτοῖς περιπιπτόντων.

30. Διὰ μέσου καὶ λιμὸς ἐκρεῖ, καὶ μάλιστ' ἀπόλλυται.] Φθαρέντος γὰρ τοῦ λιμώττοντος, καὶ ὁ λιμὸς ἀπόλλυται.

31. Διὰ παλαιᾶς ἡμέρας.] Ὥσπερ διὰ χρόνου, διὰ μακροῦ.

32. Δοίδυξ αὔξει.] Ἐπὶ τῶν μὴ αὐξανομένων· ὁ γὰρ δοίδυξ μικρός ἐστι καὶ στρογγύλος.

33. Δουλότερος Μεσσηνίων.] Ἐπὶ τῶν ἐσχάτῃ καὶ πικρᾷ δουλείᾳ ἀνεχομένων.

34. Δόρυ κηρύκειον.] Ἐπὶ τῶν ἅμα παρακαλούντων καὶ ἀπειλούντων. Οἱ δεκατευθέντες εἰς Δελφοὺς ὑπὸ Ἀθηναίων Γεφυραῖοι, λαβόντες χρησμὸν, ἀνδρὶ Γεφυραίῳ φίλος οἶκος, ἀκολουθοῦντες βουσὶν, ἕως ἂν οὐ κοπιῶσιν, ὡς ὁ θεὸς αὐτοῖς ἔχρησεν, ὅπως ἐκεῖ καταμείνωσι· Πολεμουμένων Ἀθηναίων ὑπὸ Εὐμόλπου, ἐπὶ τὴν Τάναγραν καλουμένην ὥδευσαν, δόντες μὲν τῷ προηγουμένῳ κηρύκειον, καθοπλίσαντες δὲ κατόπιν τοὺς νέους.

35. Δοίδυκος σκιά.] Ἐπὶ τοῦ μηδενός.

decim.] De ijs, qui plagis & verberibus digni sunt; quòd polypus captus sæpius verberetur, quo pinguis fiat.

25. *Per lanceam currere.*] De illis, qui in pericula se conjiciunt. ὀξεῖαν enim hastam nominant.

26. *Ingens malum.*] De ijs, qui magnum quid & atrox subeunt.

27. *Bis & ter quod pulchrum, malum verò nec vnquam.*]

28. *Bis pueri senes.*] In illos, qui ob senium simpliciores facti videntur.

29. *Turpe est, eundem bis ad lapidem impingere.*] In eos, qui denuò in eadem errata incidunt.

30. *Temporis intercapedine & fames perit & vel maximè sedatur.*] Famelico enim extincto etiam fames extinguitur.

31. *Ex antiquo die.*] Hoc est, Olim, & à multo tempore.

32. *Pistillum crescit.*] De ijs, quæ minimè crescunt. Pistillum enim paruum quid est, & teres.

33. *Seruilior Messenijs.*] De ijs, qui vltima & acerba seruitute premuntur.

34. Δόρυ κηρύκειον, *Caduceum cum hasta.*] De ijs, qui simul & inuitant & comminantur. Cùm Gephyræi decimati Delphos ab Atheniensibus mitterentur, responso accepto, Viro Gephyræo amica domus; insecuti sunt suos boues, vsque dum lassi restiterunt. Quippe vt ibidem manerent, Apollo eis oraculo suo præceperat. Dum Athenienses sub Eumolpo bellum gererent, ad locum Tanagram appellatum proficiscentes, exercitus ductori caduceum dederunt, à tergo interim iuuentutem armantes.

35. *Pistilli vmbra.*] De re nihili & nauci.

36. *Seruus cum sis, comam nutris.*]

37. *Seruorum vrbs.*] In Lybia, vt Ephorus scribit lib. v. Et alia ἱεροδούλων, sacrorum seruorum: in qua vnus ingenuus est. Est in Creta Δουλόπολις, vt ait Sosicrates in historia de rebus Creticis. lib. 1. Est & alia quædam in Thracia Πονηρόπολις, improborum vrbs; quam Philippum condidisse ferunt: qui eò omnes flagitijs infames collocauit, sycophantas, falsos testes, eorumque defensores, & alios id genus facinorosos ad duo ferè millia, vt ait Theopompus lib. XIII. rerum Philippicarum.

38. *Cadente quercu quilibet lignatum adest.*] Eò quòd cùm vir magnus offendit, omnes contra ipsum ferantur, & bona eius rapiant.

39. *Drachma canebat, desinebat quattuor.*] In eos, qui facilè incipiunt seu loqui, seu quid agere; sed difficulter desistunt.

40. *Duos parietes illinis.*] De ijs dicitur, qui & in hanc & in illam partem se versant, & media via incedunt, siue in dissidijs siue in amicitijs. Ab ijs fortè dictum, qui duos parietes splendentes reddunt.

41. *Duo cùm cuperes, neutrum es consecutus.*] De ijs, qui multa appetunt, & propter nimiam cupiditatem propria quæ habent amittunt.

42. *Duodecim artium Cyrene.*] De ijs, qui omni morum varietate vtuntur. Fuit autem Cyrene meretrix celeberrima, δωδεκαμήχανος vocitata, quòd in concubitu varios modos efformaret.

43. *Cum Diuis flectunt venerandos munera Reges.*] De ijs, qui muneribus corrupti, æquum subuertunt.

44. *Dodonæum æs.*] De garrulis & nimium loquacibus. Demon quidem refert, Dodonæ plurimos, atque inter se

36. Δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις.]

37. Δούλων πόλις.] Ἐν Λιβύῃ. Ἔφορος έ. καὶ ἑτέρα ἱεροδούλων, ἐν ᾗ εἷς ἐλεύθερός ἐστιν· ἔστι δὲ καὶ ἐν Κρήτῃ Δουλόπολις, ὡς Σωσικράτης ἐν τῇ ά τῶν Κρητικῶν· ἔστι δέ τις περὶ Θρᾴκην Πονηρόπολις, ἣν Φίλιππόν φασιν συνοικίσαι τοὺς ἐπὶ πονηρίας διαβαλλομένους, αὐτόθι συναγαγόντα συκοφάντας καὶ ψευδομάρτυρας, καὶ τοὺς συνηγόρους, καὶ τοὺς ἄλλους πονηροὺς, ὡς δισχιλίους, ὡς Θεόπομπος ἐν ιγ'. τῶν Φιλιππικῶν φησι.

38. Δρυὸς πεσούσης, πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται.] Παρόσον ἀνὴρ μέγας ὅταν σφαλῇ, πάντες κατ' αὐτοῦ φέρονται, καὶ τὰ αὐτοῦ ἁρπάζουσιν.

39. Δραχμῆς μὲν ηὔλει, τεττάρων δὲ παύεται.] Ἐπὶ τῶν ἑτοίμως ἀρχομένων ἢ λέγειν ἢ πράττειν, δυσχερῶς δὲ παυομένων.

40. Δύω τοίχους ἀλείφεις.] Λέγεται ἐπὶ τῶν ἐπαμφοτεριζόντων, καὶ διὰ μέσου χωρούντων ἐν μάχαις ἢ φιλίαις· εἴρηται δὲ ἴσως ἀπὸ τῶν δύο τοίχους εὐφεγγίας ποιούντων.

41. Δυεῖν ἐπιθυμήσας, οὐδετέρου ἔτυχες.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν πλεονεκτούντων, οἳ διὰ πλεονεξίαν καὶ τὰ ἑαυτῶν ἀποβάλλουσιν.

42. Δωδεκαμήχανος Κυρήνη.] Ἐπὶ τῶν παντοδαποῖς καὶ ποικίλοις χρωμένων ἤθεσιν· ἡ δὲ Κυρήνη ἦν ἑταίρα πάνυ ἐπίσημος, ἐκαλεῖτο δὲ δωδεκαμήχανος, διὰ τὸ πολλὰς μηχανὰς ἐν ταῖς συνουσίαις ποιεῖσθαι.

43. Δῶρα θεοὺς πείθει καὶ αἰδοίους βασιλῆας.] Ἐπὶ τῶν διὰ δῶρα τὰς δίκας ἀντιστρεφόντων.

44. Δωδωναῖον χαλκεῖον.] Ἐπὶ τῶν ἀκαταπαύστων καὶ πολλὰ λαλούντων. Δήμων μὲν φησιν, ἐν τῇ Δωδώνῃ πολλοὺς

λοὺς παραλλήλου κειμένους λέβητας, ὅταν τις ἑνὸς ἅψηται, ἐκ διαδοχῆς πάντας ἠχεῖν. Ἀριστοτέλης δὲ ὡς πλάσμα διελέγχων, δύο φησὶ στύλους εἶναι· καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ ἑτέρου λέβητα, ἐπὶ θατέρου δὲ παῖδα κρατοῦντα μάστιγα, ἧς τοὺς ἱμάντας χαλκέους ὄντας, σειομένους ὑπ' ἀνέμου, τῷ λέβητι προσκρούειν· τὸν δὲ τυπτόμενον ἠχεῖν.

E.

45. Ἑαυτὸν οὐ τρέφων, κύνας τρέφεις.] Ἐπὶ τῶν ἀπορούντων μὲν, ἑτέρους δὲ τρέφειν καταπαγγελλομένων.

46. Ἐγένετο καὶ Μανδρῶνι συκίνη ναῦς.] Λέγεται ἐπὶ τῶν παρ' ἀξίαν εὐτυχησάντων· ὁ γὰρ Μάνδρων παρ' Ἀθηναίοις ναύαρχος ᾑρέθη, ἀνάξιος ὢν τῆς ἀρχῆς· ἡ δὲ συκίνη ναῦς, τὸ εὐτελὲς δηλοῖ.

47. Ἐγκαθεζόμενοι τρίποδι Μουσῶν.] Ἐπὶ τῶν λόγους ἀσκούντων.

48. Ἐγγαστρίμυθος καὶ Πύθων σὺ τυγχάνεις.] Ἐπὶ τῶν τερατολόγων καὶ θαυματοποιῶν. Σοφοκλῆς στερνόμαντιν τὸν τοιοῦτόν φησι. Πλάτων ὁ φιλόσοφος Εὐρυκλέα, ἀπὸ Εὐρυκλέους τοιούτου μάντεως. Ἀριστοφάνης Σφηξί· μιμησάμενος τὴν Εὐρυκλέους μαντείαν καὶ διάνοιαν. Φιλόχορος δὲ ἐν τῇ τρίτῃ περὶ μαντικῆς, καὶ γυναῖκας ἐγγαστριμύθους καλεῖ.

Ἐγὼ δὲ καὶ σὺ ταυτὸν ἕλκομεν ζυγόν.] Ἐπὶ τῶν ὅμοια καὶ παραπλήσια πασχόντων.

50. Ἐγγύην φεύγειν δεῖ, Θαλῆς Μιλήσιος ηὔδα.

51. Ἐδίδαξά σε κυβιστᾶν, καὶ σὺ βυθίσαι με ζητεῖς.] Ἐπὶ τῶν κακὰ, ἀντὶ ἀγαθῶν ἀποδιδόντων.

contiguos fuisse constitutos lebetes: adeò vt si quis vnum pulsauerit, omnes ordine confestim sonum ederent. Cæterum Aristoteles id tanquam figmentum explodens atque confutans, duas ait columnas esse, & in vna quidem esse lebetem, in altera autem puerum cum flagello, cuius lora etiam ferrea sint, eaque si vento agitata in lebetem impingant, eiusmodi sonitum reddere.

E.

45. *TE ipsum non alens, canes alis.*] In eos, qui cùm ipsimet in egestate degant; alios se alere præsumunt.

46. *Fuit & Mandroni ficulnea nauis.*] In eos, qui præter meritum felices euaserunt. Mandron enim apud Athenienses, nauium præfectus est renunciatus, magistratu illo prorsus indignus. Ficulnea autem nauis rem vilem & despicabilem indicat.

47. *Insidentes Musarum tripodi.*] De ijs, qui disciplinas excolunt.

48. *Ventriloquus es & Python.*] In eos, qui monstrosa quædam loquuntur, & admirabilia faciunt. Sophocles talem στερνόμαντιν vocat. Plato philosophus Εὐρυκλέα, ab Eurycle tali vate. Aristophanes in vespis: Imitatus Euriclei vaticinationem ac sententiam. Philochorus autem tertia De vaticinandi arte, etiam mulieres ventriloquas esse ait.

49. *Egoque tuque nempe idem trahimus iugum.*] In eos, qui similia patiuntur.

50. *Declines spondere Thales Milesius inquit.*]

51. *Docui te vrinare, & tu submergere me vis.*] In eos, qui bona malis rependunt.

Digitized by Google

52. *Si & lupi meminisses.*] De ijs, qui simul ac eorum mentio facta fuit comparent.

53. *Si nequeas bouem, asinum agito.*] In eos, qui non quæ vires admittunt, agunt, sed ea quæ planè excedunt, aggrediuntur.

54. *Ad imbecilles imbecillis aduenis.*] In eos, qui eisdem malis sunt affecti.

55. *In non legitimum foramen stimulum agis.*] In eos, qui nefanda perpetrant. Cùm enim Philadelphus sororem suam in vxorem duceret, Sotades hoc verbi vsurpauit.

56. *In nunciorum comprehensionem etiam Mardaris nuncius.*] Vulgaris & clara; similis isti: *Anum nigra supercilia habentem in fastigium domus vocat.*

57. *Vnus vir non omnia videt.*]

58. *In aquam amorem inscribis.*] In eos, qui vtilia quæpiam abscondunt.

59. *In cœlum spuis.*] De ijs, qui contra seipsos aliquid faciunt. Aut de ijs, qui extremè iniuriosi sunt. estque huic similis, *Aduersus stimulum calcitrare.*

60. *Pax etiam in petris agricolam pulgrè alit; bellum autem etiam in campo malum est.*] Menandri.

61. *Pax ocium non alit.*] Hoc est, hominem ociosum, neque habentem vnde viuat. neque enim pax militem alit.

62. *Hilotis contemptibilior.*] Apud Lacedæmonios spurij, quique bello capti mancipia facti fuerant, εἵλωτες vocabantur, ἀπὸ τοῦ Ἕλους. Helus autem vrbs fuit in Peloponneso.

63. *In vetera præsepia.*] De ijs, qui postquam rei alicuius vsu exciderunt, rur-

52. Εἰ καὶ λύκου ἐμνήσθης.] Ἐπὶ τῶν ὧν ἂν μνησθῇ τις, καὶ εὐθὺς παραγινομένων.

53. Εἰ μὴ δύναιο βοῦν, ἔλαυν' ὄνον.] Ἐπὶ τῶν μὴ πραττόντων ἃ κατὰ δύναμιν ἔχουσιν, ἀλλὰ τὰ ὑπὲρ αὐτούς.

54. Εἰς ἀσθενοῦντας ἀσθενῶν ἐλήλυθας.] Ἐπὶ τῶν ὅμοια καὶ παραπλήσια πασχόντων.

55. Εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλιὴν τὸ κέντρον ὠθεῖς.] Ἐπὶ τῶν ἀνόσια ποιούντων· τοῦ γὰρ Φιλαδέλφου γήμαντος τὴν ἀδελφὴν Ἀρσινόην, ὁ Σωτάδης εἶπε ταυτί.

56. Εἰς τὴν λῆψιν τῶν ἀγγέλων καὶ ὁ Μάρδαρις ἄγγελος.] Δημώδης καὶ σαφής· ἔοικε τῷ· Τὴν γραῦν εἰς τ' ἀκρωτήριον * αἰγανόφρυν καλοῦσιν.

57. Εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ.

58. Εἰς ὕδωρ γράφεις τὸν ἔρωτα.] Ἐπὶ τῶν ἀφανιζόντων τινὰ χρηστά.

59. Εἰς οὐρανὸν πτύεις.] Ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτῶν τι πραττόντων· ἢ ἐπὶ τῶν ὑβριζόντων εἰς ἐξαίρετα· ἔστι δὲ ὅμοια τῷ, Πρὸς κέντρα λακτίζειν.

60. Εἰρήνη γεωργὸν κἂν πέτραις τρέφει καλῶς· πόλεμος δὲ κἂν πεδίῳ κακὸς ἔφυ.] Μενάνδρου.

61. Εἰρήνη ἀργίαν οὐ τρέφει.] Οἱονεὶ τὸν ἀργὸν καὶ μὴ ἔχοντα πόθεν ζῆσαι, ἢ ἀπὸ στρατιῶν. ἡ γὰρ εἰρήνη στρατιώτην οὐ τρέφει.

62. Εἱλωτῶν ἀτιμότερος.] Παρὰ Λακεδαιμονίων οἱ νόθοι καὶ οἱ ἐξ αἰχμαλώτων δοῦλοι γενόμενοι, εἵλωτες ἐκαλοῦντο, ἀπὸ τοῦ Ἕλους. Ἕλος δὲ πόλις ἐν Πελοποννήσῳ.

63. Εἰς ἀρχαίας φάτνας.] Ἐπὶ τῶν ἀπολαύσεως τινος ἐκπεσόντων·

εἶτα

εἶτα πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν ἐλθόντων δίαιταν.

64. Εἰ μετρήσειας τὴν σαυτοῦ σκιάν, οὐκ ἂν εὕροις αὐτὴν μείζονα γεγενημένην, ἢ πρὶν νικᾶν.] Ἐπὶ τῶν ἡττημένων, καὶ αὖθις ἐπαπειλούντων. Φιλίππου γὰρ μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην σκληροτέραν ἐπιστολὴν τῷ Ἀρχιδάμῳ γράψαντος, ἀντέγραψε τὸ παροιμιῶδες τοῦτο λόγιον.

65. Εἰς θεῶν ὦτα ἦλθεν.] Ἐπὶ τῶν οὐ λανθανόντων ἐφ' οἷς ἔπραξαν.

66. Εἷς θεὸς καὶ πολλοὶ φίλοι.] Παρέσον οἱ ἀγαθοὶ φίλοι, καὶ ἔτι γε μᾶλλον εἰ πολλοί εἰσι, δύνανται βοηθῆσαι τῷ δεομένῳ ἴσα καὶ τῷ θεῷ.

67. Εἰς κόλπον πτύω.] Τοῦτο ἐν ἴσῳ τῷ· Μεγαλορρημονεῖν εὐλαβούμενος. ἐπὶ τῶν μεγαλαύχων, ἢ βασκαινόντων.

68. Εἰς κόρακας, εἰς σκότος, εἰς ὄλεθρον, εἰς ἀνηλίους πύλας.

69. Εἰς Κυνόσαργες.] Εἴρηται ἐπὶ ὕβρει καὶ ἀραῖς. ἔστι δὲ τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἐν ᾧ τοὺς παῖδας ἔταττον. ὠνόμασται δ' οὕτως, ἀπὸ κυνὸς ἀργοῦ· τουτέστι λευκοῦ ἢ ταχέως.

70. Εἰς λατομίας.] Φιλόξενος ὁ διθυραμβοποιὸς, οὐκ ἀνεχόμενος τῶν Διονυσίου τοῦ τυράννου ποιημάτων, ὡς φαύλων, ποτὲ πέμψαντος αὐτὸν εἰς λατομίας τοῦ Διονυσίου, τὸ δὲ ὕστερον αὐτῆς ἑκὼν ἐξανέστη· τοῦ δὲ ἐπερωτωμένου τὴν αἰτίαν, εἶπεν, ὡς κρεῖττον εἶναι τὴν ἐκεῖ διατριβὴν, ἢ τῶν αὐτοῦ ποιημάτων ἀνέχεσθαι.

71. Εἰς Μασσιλίαν πλεύσειας.] Ἐπὶ τῶν θηλυτέρως καὶ μαλακῶς ζώντων καὶ ποικίλαις στολαῖς χρωμένων καὶ μύροις.

ſus ad antiquam viuendi rationem regrediuntur.

64. *Si metiaris tuam ipſius vmbram, non maiorem inuenies factam, quàm antequam vinceres.*] In eos, qui ſemel victi rurſum minas intentant. Cùm enim Philippus poſt pugnam in Cheronea commiſſam, acerbiorem epiſtolam Archidamo ſcripſiſſet, ille prouerbiale hoc dictum illi reſcripſit.

65. *In Deorum aures venit.*] De ijs, quorum facta latére non poſſunt.

66. *Vnus Deus, & multi amici.*] Quandoquidem vtiles ſunt amici, eoque magis ſi multi ſint, poſſintque indigenti inſtar Dei opitulari.

67. *In ſinum deſpuo.*] Quaſi dicat, Vereor magna loqui. In magnificè ſe iactantes, & alijs inuidentes.

68. *Ad coruos, ad tenebras, in perniciem, in portas ſole carentes.*]

69. *In Cynoſarges.*] Dicitur per contumeliam & imprecationem. Eſtque locus in Attica, in quo liberos nothos amandabant; ſic nominatus ἀπὸ κυνὸς ἀργοῦ, hoc eſt, à cane albo, aut veloci.

70. *In latomias.*] Philoxenus Dithyramborum ſcriptor cùm non ferret Dionyſij tyranni poëmata, inſulſa quippe & mala; quodam tempore ab eodem in latomiam miſſus, & ſequenti die inuitus egreſſus eſt; illique cauſſam percunctanti reſpondit, Præſtare illic agere, quam poëmata eius ferre.

71. *Maſſiliam nauiges.*] In eos, qui effœminatè & molliter viuunt: quique multa veſtium & vnguentorum copia vtuntur.

72. *In apes irruisti.*] In illos, qui inopinatò varijs malis afficiuntur. Apes regem suum mitem illum mansuetumque, & aculeo carentem, si quando ipsas relinquit, cursu persequuntur, tanquam regni sui desertorem, & ineffabili quodam modo ex odore qui in ipso est, sagaciter indagantes, captum in regnum suum reducunt, volentes lubentesque moribus eius acquiescentes. Cùm interim Athenienses Pisandrum, Syracusani Dionysium tyrannos eiecerint. Curæ porro est apum regi, vt examen hoc pacto excolatur: has quidem aquare iubet, illas fauos intus fingere, tertium denique agmen pabulatum ire. Deinde horum operum in orbem vicissitudines eunt. Prouectissimæ autem quæque ætate, optime, ad id delectæ, domi sese tenere amant. Rex ipse satis habet illa curare; & velut lege sancire quæ dixi, vt solent magni principes. Quòd si magis apibus expediat migrare, tum ipse quoque rex locum mutat: & si quidem adhuc iuuenis sit, ducit agmen, reliquæque eius ductum sequuntur: sin verò grandæuior, ab alijs apibus vectus incedit. Apes signo dato dormitum eunt, somnique capiendi quando tempus adesse videtur, vna quæpiam à rege illud imperare iubetur: quæ dicto audiens vbi illud denunciauit, illæ cubitum sese recipiunt. Quamdiu ergo rex superest, tamdiu feliciter examen agit. Et fuci quidem suis cellulis contentæ quiescunt. Seniores suam habitationem habent, iuniores item suam, rex autem seorsum habitat. Cæterum amisso rege, omnia tumultu operisque intermissione perturbantur. Vitam puram apis ducit. Nullo vnquam alio animali vescitur: neque Pythagoræ ad id consilio indiget. Vnguento delibutum tanquam hostem persequitur. Ab intemperanti venereo com-

72. Εἰς μελίττας ἐκύμασας.] Ἐπὶ τῶν παρὰ δόξαν κακουμένων ἀθρόως. Αἱ μέλιτται τὸν βασιλέα αὐτῶν πρᾶον ὄντα καὶ ἥμερον καὶ ὁμοῦ καὶ ἄκεντρον, ὅταν αὐτὰς ἀπολίπῃ, μεταθέουσί τε καὶ διώκουσι, φυγάδα τῆς ἀρχῆς ὄντα. ῥινηλατοῦσι δὲ αὐτὸν ἀπορρήτως, καὶ ἐκ τῆς ὀσμῆς τῆς περὶ αὐτὸν, αἱροῦσι, καὶ εἰς τὴν βασιλείαν αὐτὸν ἐπανάγουσιν· ἑκοῦσαί τε καὶ βουλόμεναι καὶ τοῦ τρόπου ἀγάμεναι. Πείσανδρον δὲ ἐξήλασαν Ἀθηναῖοι, καὶ Συρακούσιοι Διονύσιον, τυράννους ὄντας. μέλει δὲ τῷ τῶν μελισσῶν βασιλεῖ κεκοσμῆσθαι τὸ σμῆνος τὸν τρόπον τοῦτον. τὰς μὲν προστάττει ὑδροφορεῖν· τὰς δὲ ἔνδον κηρία διαπλάττειν σκεπεῖν· τήν γε μὴν τρίτην μοῖραν ἐπὶ τὴν νομὴν προϊέναι· εἶτα μὲν τι ἀμείβουσι τὰ ἔργα ἐκ περιόδου. κάλλιστα δέ πως ἀποκεκριθεῖσαι, φιλοῦσιν οἰκουρεῖν αἱ πρεσβύταται· αὐτὸς δὲ ὁ βασιλεὺς, ἀπόχρη οἱ τούτων πεφροντικέναι καὶ νομοθετεῖν ὅσα προεῖπον κατὰ τοὺς μεγάλους ἄρχοντας· ἐὰν δὲ ᾖ λῷον ταῖς μελίτταις μεταστῆναι, τηνικαῦτα καὶ ὁ ἄρχων ἀπαλλάττεται· καὶ ἐὰν μὲν ἔτι νέος ᾖ, ἡγεῖται· αἱ δὲ λοιπαὶ ἄγονται· ἐὰν δὲ πρεσβύτερος, φοράδην ἔρχεται, κομιζουσῶν αὐτὸν μελιττῶν ἄλλων· αἱ δὲ μέλιτται ὑπὸ συνθήματος εἰς ὕπνον τρέπονται. ὅταν δὲ δοκῇ καιρὸς εἶναι καθεύδειν, ὁ μὲν βασιλεὺς μιᾷ προστάττει καταδαρθάνειν· καὶ ἡ μὲν πεισθεῖσα τοῦτο ἐκήρυξεν· αἱ δὲ εἰς κοίτην τρέπονται· ἕως οὖν περίεστιν ὁ βασιλεὺς, εὐθηνεῖται τὸ σμῆνος· καὶ οἱ μὲν κηφῆνες ἀγαπητῶς ἐν τοῖς ἑαυτῶν κυττάροις ἡσυχάζουσιν· αἵ τε πρεσβύτεραι διαιτῶνται ἰδίᾳ· καὶ αἱ νέαι, ἰδίᾳ· καὶ καθ' ἑαυτὸν ὁ βασιλεύς. ἐπειδὰν δὲ ὁ βασιλεὺς ἀπόληται, ἀταξίας καὶ ἀργίας μεστὰ πάντα· βίον δὲ καθαρὸν ζῇ μέλιττα, καὶ ζώου οὐδενὸς οὐκ ἂν πάσαιτό ποτε· καὶ οὐ δεῖται Πυθαγόρου συμβούλου· τὸν δὲ χρισάμενον μύρῳ διώκει ὡς πολέμιον. οἶδε δὲ καὶ τὸν προσελθόντα ἐξ ἀκολα-

ἀκολασίας καὶ ὁμιλίας τῆς πρός τινα, καὶ διώκει δὲ ἐκεῖνον οἷα δή τινα ἔχθιστον. λέγει δὲ καὶ Ἀριστοτέλης, ὅτι καὶ ἵππῳ ἐντυγχάνουσαί ποτε πρὸς τῷ σμήνει, ἀπέκτεινον αὐτὸν, ἐπιθέμεναι κατὰ τὸ καρτερόν· καὶ καθ᾽ ἡμᾶς τοῦτο πολλάκις γέγονε. κρατοῦσι δὲ αὐτὸν οἱ φρῦνοι καὶ οἱ βάτραχοι· ὅστις δὲ τούτων ἐκράτησε, Καδμείαν, ὥς γε εἰπεῖν, τὴν νίκην ἐνίκησε· παιόμενοι γὰρ καὶ κεντρούμενοι, κακῶς ἀπαλλάττουσιν.

73. Εἰς κενὸν κρούειν τὰς χορδάς.] Ἐπὶ τῶν ἀσίτως καὶ ἀδώρως κιθαριζόντων.

74. Εἰς οὐρανὸν τοξεύεις.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων, καὶ διὰ κενῆς πονούντων.

75. Εἰς πῦρ ξαίνεις.] Ἐπὶ τῶν καθ᾽ ἑαυτῶν τι πραττόντων, ἢ μάτην πονούντων.

76. Εἰς λιμένα.] Ἀπὸ τῶν ἐν λιμένι ἐρεσσόντων. ἔξω δὲ ῥαθυμούντων.

77. Εἰς πάγας λύκος, Εἰς ἠκονισμένας μαχαίρας αἴξ.] Ἐπὶ τῶν εἰς κίνδυνον πρόδηλον πιπτόντων.

78. Εἰς τέφραν γράφειν.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

79. Εἰς τὸ δέον ἀπώλεσα.] Περικλῆς δῶρα δοὺς τοῖς πολεμίοις τοῖς περὶ Κλεανδρίαν, ἵνα μὴ δηώσωσι τὴν χώραν, δεκαπέντε τάλαντα, ἀνήνεγκε τὸ ἀνάλωμα τοῖς Ἀθηναίοις, οὕτω πως ἀπογράψας, Εἰς τὸ δέον ἀπώλεσα.

80. Εἰς Ἄρειον πάγον ἐκρίθη.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν δικαίων τυχόντων δικαστῶν. δικαστήριον ἦν ἐν Ἀθήναις· ἦσαν δὲ Ἀθήνησι δύο βουλαί· ἡ μὲν τῶν πεντακοσίων, καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν κληρουμένη βουλευτῶν· ἡ δὲ εἰς μίαν τῶν Ἀρεοπαγιτῶν· ἐδίκαζε δὲ τὰ φονικὰ, καὶ τὰ ἄλλα πολιτικὰ ἐδίωκε σεμνῶς· ἐκλήθη δὲ Ἄρειος πάγος, ἤτοι ὅτι ἐν πάγῳ ἐστὶ, καὶ ἐν ὕψει τὸ δικαστήριον· Ἄρειος δὲ, ἐπεὶ τὰ φονικὰ δικάζει· ὁ δὲ

plexu redeuntem agnoſcit, & vt maximè ſibi inimicum ipſum quoque inſectatur. Ait etiam Ariſtoteles, aliquando apes, in equum prope alueare ſuum incidentes, inuadenteſque, aculeis illum ſuis interemiſſe. Id quod ſæpius apud nos quoque euenit. Illas rubetæ & ranæ paluſtres ſuperant: at verò non impunè, ſed Cadmea planè victoria: quippe aculeis cæſæ malè pereunt, quæcunque illæ fuerunt.

73. *In vanum pulſare chordas.*] De ijs, qui abſque cibo & muneribus citharam pulſant.

74. *In cælum iaculari.*] De ijs, qui fruſtrà quid agunt.

75. *Ignem cædis.*] De ijs, qui in damnum ſuum aliquid faciunt, aut alioqui ineptè quid agunt.

76. *In portum.*] Sumptum ab ijs, qui in portu remigant, extra verò ociantur.

77. *In laqueos lupus, in gladios acutos capra.*] De ijs, qui in certiſſimum periculum incidunt.

78. *In cinere ſcribere.*] De impoſſibilibus.

79. *In vtilitatem perdidi.*] Pericles cùm hoſtibus, qui ad Cleandriam erant, dono dediſſet quinque talenta, ne regionem illam vaſtarent, ſumptum illum Athenienſibus in expenſum tulit, hoc dicto adſcripto: *In rem vtilem perdidi.*

80. *In Areopago iudicatum eſt.*] De ijs, qui iudices nacti ſunt iuſtitiæ ſtudioſos. Areopagus ſiquidem iudicij apud Athenienſes locus fuit. Duo quippe illic Concilia: Vnum ex quingentis conſtabat ſenatoribus vel cõſultoribus, qui & ipſi annuatim ſorte eligebantur: alterum Areopagitarum perpetuum, qui cauſas capitales iudicabant, & alia reipub. negocia ſeuerè adminiſtrabant. Areopagus autem dictus, quod in vico & edito loco illud prætorium eſſet: Ἄρειος, à Marte, quod

res

Digitized by Google

res capitales iudicet. Mars enim cædibus præest: siue quòd hastam ibi fixerit in iudicio aduersus Neptunum super Halirrhothio, postquam eum ibi occidisset.

81. *Si caseum haberem, non indigerem obsonio.*] De ijs, qui paucis contenti & temperantes.

82. *Etiamsi non loquaris, ex ipsa pelle conspicuus es.*] Mentientes res ipsæ coarguunt.

83. *Nisi pater esses.*] Subaudito, dicerem te non rectè sapere. Sophoclis.

84. *In pertusum dolium hauris.*] De ijs vsurpatur, qui operam suam in re quapiam in vanum impendunt. Fabulantur enim, impios apud inferos dolium pertusum haurire. Quo supplicio Amyntæ animæ & puellæ Epedanæ, quæ & Danaides vocantur, aquam nimirum haustam pertusum in dolium infundentes, mulctantur.

85. *In matulam immingere.*] De ijs, qui honore dignos iniuria afficiunt.

86. *In aqua scribere.*] De ijs, quorum non est vsus aut cura: aut de incredibilibus.

87. *In Scolum ne ipsemet eas, neue alium sequaris.*] Admonitorium est. Asper enim locus est & inuius.

88. *In antro Trophonij vaticinatus est.*] In seueros & risus planè expertes. Qui enim in antrum Trophonij descendunt, dicuntur deinceps nunquam ridere. Trophonius autem habens caput Agamedis fratris sui, cùm illum Augæus persequeretur, voto facto in hiatum incidit, vbi etiam oraculum est.

89. *In laqueos lupus.*] De rapacibus quidem, captis tamen.

90. *In canis podicem inspice & trium vulpium.*] In lusciosos.

Ἄρης ἐπὶ τῶν φόνων· ἢ ὅτι ἔπηξε τὸ δόρυ ἐκεῖ ἐν τῇ πρὸς Ποσειδῶνα ὑπὲρ Ἁλιρροθίου δίκῃ, ὅτι ἀπέκτεινεν αὐτόν.

81. Εἰ τυρὸν εἶχον, οὐκ ἂν ἐδεόμην ὄψου.] Ἐπὶ τῶν ὀλίγοις ἀρκουμένων καὶ ἐγκρατῶν.

82. Εἰ μὴ σὺ λέγεις, ἀπὸ τοῦ δέρματος φαίνῃ.] Ὅτι τοὺς ψευδομένους αἱ πράξεις ἐλέγχουσιν.

83. Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθα.] λείπει τὸ, Εἶπον ἄν σε οὐ φρονεῖν. παρὰ Σοφοκλεῖ.

84. Εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖς.] Τάσσεται ἐπὶ τῶν εἰς κενὸν πονούντων· καὶ γὰρ μυθεύουσιν, ἐν ᾅδου τοὺς ἀσεβεῖς εἰς πίθον τετρημένον ἀντλεῖν. πάσχουσι δὲ περὶ τοῦτον, αἱ τῶν Ἀμύντου ψυχαὶ, καὶ κόραι δὲ Ἠπεδάναι, αἳ καὶ Δαναΐδες καλοῦνται, ἀντλοῦσαι ὕδωρ εἰς τὸν πίθον.

85. Εἰς τὴν ἀμίδα ἀπουρεῖν.] Ἐπὶ τῶν εἰς τοὺς ἀξίους ὑβριζόντων.

86. Εἰς ὕδωρ γράφειν.] Ἐπὶ τῶν ἀχρήστων καὶ ὧν οὐκ ἔστι φροντὶς καὶ ἀπίστων.

87. Εἰς Σκῶλον μήτ᾽ αὐτὸς ἴμεν, μήτ᾽ ἄλλῳ ἕπεσθαι.] Παραινετική· τραχεῖα γὰρ ἡ Σκωλὴ καὶ δύσβατος.

88. Εἰς Τροφωνίου μεμάντευται.] Ἐπὶ τῶν σκυθρωπῶν καὶ ἀγελάστων· οἱ γὰρ καταβαίνοντες εἰς Τροφωνίου, λέγονται τὸν ἑξῆς χρόνον ἀγέλαστοι εἶναι. ὁ δὲ Τροφώνιος ἔχων τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἀγαμήδους, καὶ διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Αὐγαίου, εὐξάμενος, ἐς χάσμα ἐνέπεσεν, οὗ δὴ καὶ μαντεῖον ἐστίν.

89. Εἰς πάγας ὁ λύκος.] Ἐπὶ τῶν ἁρπαζόντων, καταληφθέντων δέ.

90. Εἰς κυνὸς πυγὴν ὁρᾷ καὶ τριῶν ἀλωπήκων.] Ἐπὶ τῶν ὀφθαλμιώντων.

91. Εἰς θέρος ᾤδαις ηὔλεις, χειμῶνος ὤρχει.] Ἐπὶ τῶν παρὰ καιρὸν πραττόντων τὰ ἑαυτῶν.

92. Εἰς Τροιζῆνα βαδίζεις.] Ἐπὶ τῶν ἐχόντων σπάνιν γενείων. Πώγων γάρ ἐστι λιμὴν Τροιζήνιος· σκώπτοντες οὖν τοὺς κακογενείους, ἔλεγον, Βάδιζε εἰς Τροιζῆνα.

93. Εἴληφεν ἡ παγὶς τὸν μῦν.] Ἐπὶ τῶν ἀξίως ἑαλωκότων.

94. Ἐκδεδαρμένον δέρεις.] Ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων.

95. Ἐκκάρτα βοῶν, γνωτὸς ἂν γένοιτ' ἀνήρ.] Ἡ παροιμία σαφής.

96. Ἐκ πεπηρωμένης κύλικος πίνεις.] Ἐπὶ τῶν ἀπίστων φίλων.

97. Ἐκ δυοῖν τρία βλέπει.] Ἐπὶ τῶν διὰ γῆρας ἢ ἄλλό τι πάθος οὐκ ὀξυδορκούντων, οὐδὲ εἰλικρινεῖς ἐχόντων τὰς αἰσθήσεις.

98. Ἐκ τοῦ εἰσορᾶν γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν.]

99. Ἐκ γεύματος γινώσκω.] Ὁμοία τῇ· Ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα, καὶ τῷ, Αἰθίοπι ἡ ὄψις, καὶ, Ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον.

100. Ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα δείκνυται.] Ἐπὶ τῶν ἀπὸ μέρους καταλαμβανόντων τὸ ὅλον.

91. *Aestate cantasti, hyeme tripudiasti.*] In eos, qui extra tempus res suas agunt.

92. *Trœzenem adeas.*] In imberbes aut parùm barbatos. Πώγων enim (id quod & barbam significat) portus est Trœzeniorum. Volentes itaque irridere eos qui vix barbati erant, Vt Trœzenem irent, dicebant.

93. *Cepit murem laqueus.*] In eos, qui meritò comprehensi sunt.

94. *Excoriatum excorias.*] In eos, qui operam ludunt.

95. *Vehementer vociferans vir notus euaserit.*] Adagium satis tritum.

96. *Ex confracto calice bibis.*] De amicis infidis.

97. *Duo cùm sint, tria videt.*] De ijs, qui ob senectutem aut aliud accidentarium malum visu hallucinantur. Aut in eos, qui integros syncerosque suos sensus non habent.

98. *Ex aspectu hominibus nascitur amor*].

99. *Ex gustu nosco.*] Paria sunt & hæc: De fimbria telam: Æthiopem de facie: Ex fructu arborem.

100. *Ex fimbria tela ipsa ostenditur.*] De ijs, qui ex paucis multa comprehendunt.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Η.

1. Ἐκ τῶν αὐτῶν τραγῳδία γίνεται καὶ κωμῳδία γραμμάτων.] Ἐπὶ τῶν δυναμένων ἐξ ἑνός τινος δύο ἐναντία ποιῆσαι.

2. Ἐκ τῶν ὀνύχων τὸν λέοντα.] Ὁμοία τῇ προειρημένῃ.

CENTVRIA VIII.

1. *Ex ijsdem tragædia fit & comædia litteris.*] De ijs, qui possunt ex vno quopiam duo contraria efficere.

2. *Ex vnguibus leonem.*] Similis præcedenti: Cent. 7. n. 99. & 100.

Digitized by Google

3. *Excisa est Musica.*] Aiunt, quòd cùm veteres olim in conuiuijs simul eruditis & ingeniosis disputationibus & concertationibus philosophicis vterentur, postliminiò verò, antiquatis hisce, psaltriæ, citharistriæ, & tripudiatrices irrepsissent; illi qui nouitatis in aliquo studium notare aut carpere voluerant, istiusmodi parœmia vsi fuerint.

4. *Ex omni ligno.*] Seu, vt plenius dicas; *Ex omni ligno cyphon fieri quiuerit.* Dicitur autem de rebus in speciem quidem vilibus, sed ad vsum necessarijs.

5. *Extra lutum pedes habes.*] De ijs, qui extra periculum sunt constituti.

6. *Effugere seu elabi.*] Metaphorica ista est locutio, traducta à perdicibus. Vafrum enim est animal, & venatores effugiens. Dicitur proinde de ijs, qui effugiunt. Syroperdix nascitur apud Antiochiam Pisidiæ: quæ etiam lapidibus vescitur, longior autem perdice est, & colore nigra, rubro rostro. non cicuratur vt altera, aut mansuefit; sed siluestris semper manet. Non magna est, sed esu alterâ illâ suauior, & carne videtur esse magis compactâ.

7. *A vicinis exemplum habent.*] De ijs, qui clara & notissima quæque faciunt.

8. *Suus cuique crepitus malo dulcior existimatur.*] Vulgatum.

9. *Ex lupi ore abstulisti.*] De ijs, qui præter spem aliquid rapiunt.

10. *Ex pilo pendet.*] De ijs, qui extremè periclitantur. Simile huic: *In acie vel cuspide nouaculæ constitit.*

11. *Liberæ sunt capræ ab aratris.*] De ijs, qui ab onere aut molestia quapiam sunt liberati.

12. *Magis liber quàm Sparta.*] Propter insuperabiles & generosos ani-

3. Ἐκκεκόφθη ἡ Μουσική.] Φασὶν, ὅτι τῶν παλαιῶν ἐν τοῖς συμποσίοις φιλολόγῳ ζητήσει χρωμένων, οἱ ὕστερον τὰς μουσουργοὺς καὶ κιθαριστρίας καὶ ὀρχηστρίδας ἐπεισήγαγον· ὅθεν καὶ τὴν καινοτομίαν τινὲς αἰτιώμενοι, ταύτῃ τῇ παροιμίᾳ ἐχρῶντο.

4. Ἐκ παντὸς ξύλου.] Εἰπὲ τὸ πλῆρες· ὅτι ἐκ παντὸς ξύλου κύφων ἂν γένοιτο· Λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν εἰς εἶδος μὲν εὐτελῶν, εἰς δὲ χρείας ἀναγκαίων.

5. Ἐκ τοῦ πηλοῦ πόδας ἔχεις.] Ἐπὶ τῶν ἔξω κινδύνων καθεστηκότων.

6. Ἐκπερδικῆσαι.] Τὸ διολισθῆναι καὶ ἀποδρᾶναι, μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν περδίκων· πανοῦργον γὰρ τὸ ζῶον, καὶ διαδιδράσκον τοὺς θηρευτάς. λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν διαδιδρασκόντων· ὁ δὲ συροπέρδιξ γίνεται περὶ τὴν Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας, καὶ σιτεῖται καὶ λίθους· μακρότερος δέ ἐστι καὶ πέρδικος, καὶ μέλας τὴν χρόαν, πυῤῥὸς τὸ ῥάμφος. οὐχ ἡμεροῦται δὲ κατὰ τὸν ἄλλον, οὐ δὲ γίνεται τιθασὸς, ἀλλ᾽ ἄγριος εἰς τὸ ἀεὶ διαμένει. ἔστι δὲ οὐ μέγας· βρωθῆναί τε, ἡδίων τοῦ ἑτέρου, καὶ τὴν σάρκα πως δοκεῖ πυκνότερος.

7. Ἐκ τῶν γειτόνων ἔχουσι τὸ παράδειγμα.] Ἐπὶ τῶν διαφανῆ καὶ γνωριμώτατα δρώντων.

8. Ἕκαστος αὐτοῦ τὸ βδέμα μήλου γλύκιον ἡγεῖται.] Δημώδης.

9. Ἐκ λύκου στόματος ἀφείλου.] Ἐπὶ τῶν ἀνελπίστως λαμβανόντων.

10. Ἐκ τριχὸς κρέμαται.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα κινδυνευόντων· ὅμοιον τῷ, Ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἕστηκε.

11. Ἐλεύθεραι αἶγες ἀρότρων.] Ἐπὶ τῶν βάρους τινὸς ἢ κακῶν ἀπηλλαγμένων.

12. Ἐλευθεριώτερος Σπάρτης.] Διὰ τὸ ἀνυπότακτον καὶ γενναῖον φρόνημα·

διὸ

διὸ ὐδὲ τείχη περιεβάλλοντο, νόμοις παιδευόμενοι· ἀλλ' ὐδὲ ἠθέλησαν ἐκ μάχης ἡττημένοι ὑποστρέψαι, ὐδ' ἐτυραννήθησαν.

13. Ἐλέφαντος ὐδὲν διαφέρεις.] Ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων, παρόσον καὶ τὸ ζῶον τοιῦτον. Ἐλέφαντος πώλῳ περιτυχὼν λευκῷ πωλευτὴς Ἰνδὸς, καὶ παραλαβὼν ἔτρεφεν ἔτι νεαρὸν καὶ κατὰ μικρὰ ἀπέφηνε χειροήθη, καὶ ἐπωχεῖτο αὐτῷ· ὁ τοίνυν βασιλεὺς τῶν Ἰνδῶν πυθόμενος, ᾔτει λαβεῖν τὸν ἐλέφαντα. ὁ δὲ, ὡς ἐρώμενον ζηλοτυπῶν, καὶ μέντοι περιαλγῶν, εἰ ἔμελλε δεσπόσειν αὐτῦ ἄλλος, ὐκ ἔφατο δώσειν, καὶ ᾤχετο ἀπιὼν ἐς τὴν ἔρημον ἀναβὰς τὸν ἐλέφαντα· ἀγανακτεῖ ὁ βασιλεὺς, καὶ πέμπει κατ' αὐτῦ τὺς ἀφαιρησομένυς, καὶ ἅμα καὶ τὸν Ἰνδὸν ἐπὶ τὴν δίκην ἄξοντας· ἐπεὶ δὲ ἧκον, ἐπεβῶντο πεῖραν προσφέρειν· ὐκοῦν καὶ ὁ ἄνθρωπος ἔβαλλεν αὐτὺς ἄνωθεν· καὶ τὸ θηρίον ὡς ἀδικύμενον συνημύνετο· καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἦν τοιαῦτα. ἐπεὶ δὲ βληθεὶς ὁ Ἰνδὸς κατώλισθε, περιβαίνει μὲν τὸν τροφέα ὁ ἐλέφας κατὰ τὺς ὑπερασπίζοντας ἐν τοῖς ὅπλοις, καὶ τῶν ἐπιόντων πολλὺς ἀπέκτεινε, τὺς δὲ ἄλλυς ἐτρέψατο· περιβαλὼν δὲ τῷ τροφεῖ τὴν προβοσκίδα, αἴρει τε αὐτὸν, καὶ ἐπὶ τὰ αὔλια κομίζει, καὶ παρέμενεν ὡς φίλῳ φίλος πιστός.

14. Ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖς.] Ἐπὶ τῶν τὰ ἐλάχιστα ἐπαιρόντων τῷ λόγῳ καὶ μεγάλα ποιύντων. ἐλέφαντες οἱ νέοι καὶ τροφῆς ἀφίστανται τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ γῆρα πιεζομένυς θεραπεύυσιν αὐτὺς, καὶ κινδύνων ῥύονται· καὶ εἰς ὄρυγμα ἐκπεσόντας οἵδε ἀνάγυσι φρυγάνων τινὰς ἀγκαλίδας καὶ φακέλλυς ἐμβαλόντες, οἷσπερ οὖν ὡς ἀναβάθμοις χρώμενοι ἐκεῖνοι, ἔξω ἀνίασι, γῆρα βαρεῖς ὄντες. πῦ δὲ ἠλόησε πληγαῖς πατέρα ἐλέφας; πῦ δὲ ἀπεκήρυξεν ὁ πατὴρ ὁ ἐν τύτοις τὸν υἱόν; ὦ Σόλωνες, καὶ Χαρῶνδαι, καὶ Ζάλευκοι! τῶν μὲν ὖν κιν-

mos. quo fiebat, vt nec muris cingerentur Spartani, sed legibus instruerentur: neque victi in prælio pedem referre volebant, vt nec tyranno subjici.

13. *Nihil ab elephante differs.*] In stupidos: quòd tale sit istud animal. Cùm in album Elephantis pullum Indus quidam talium domitor incidisset, receptum ad se nutriuit valdè adhuc tenerum, & breui tempore illum cicurem reddidit, in eoque vehebatur. Quo cognito Indorum rex, illum sibi petit: hic verò amati sibi animalis æmulatione commotus, vehementerque dolens, si præter se alius elephanto dominus foret, se daturum negauit: & conscenso illo, in loca deserta abijt. Rex interim ægrè ferre, & submittere qui eum comprehendant, & Indum illum in iudicium adducant. Cùm ergo eò peruenissent, iamque vim inferre inceptarent, homo de sublimi illos cædere, bellua autem dominum suum velut iniuria affectum vna vlcisci: atque hæc quidem initio. Cæterùm percussus iam Indus, cùm ex ea delaberetur, circuiuit elephas suum nutritium, vt solent qui armis cuipiam propugnant, & accedentium multos interfecit, aliosque in fugam vertit; iniecta denique proboscide suum altorem tollit, & ad stabulum defert, cumque illo mansit vt amico fidelis amicus.

14. *Elephantem ex musca facis.*] De ijs, qui res minimas oratione extollunt, amplificantque. Elephantes iuuenes maioribus & pabulo cedunt, & senectute occupatos vnicè colunt, periculis liberant, in fossas delapsos inde reducunt; sarmentorum aliquot vlnis fascibusque eò coniectis, quibus illi tanquam gradibus vsi inde exeunt, senectute alioqui iam graues. Vbi autem parentem elephas plagis percussit? vbi pater in eo genere abdicauit filium? O *Solones* ! ô *Charondæ* ! ô *Zaleuci* ! Pericula & labores iuuenes primi

adeunt,

adeunt, super potu & pabulo senioribus concedunt. Senectute autem iam decrepitum elephantem, aut morbo detentum, nunquam gregales relinquunt, sed apud illum assiduè manent, etiamsi feræ aliæ immineant: & potiùs sanguinem profundere videas, quàm suos pullos deserere. Pullarius quidam elephantem cicurem habebat, cui vxor erat vetula quidem, sed opulenta; quam ille alterius amore captus suffocauit, & propè elephanti præsepe homo præcipitis animi defodit, atque aliam ducit. Tum elephas proboscide eam quæ recens aduenerat, corripiens, prope locum vbi cadauer erat, statuit; & cornibus egesta terra corpus denudat, quæ verbis non poterat, reipsa ostendens; mulierem mariti sui mores edocens improbitatis osor elephas. Elephantis robustior vis est anno sexagesimo: Frigoris est impatientissimus. Ad ducentos porrò annos vitam extendit.

15. *Elephas murem non mordet.*] De ijs, qui parua exiliaque despectui habent. Fertur elephas non priùs bibere quam proboscide aquam conturbauerit: eiusque rei rationem esse, quòd suamet vmbra exterreatur in aqua conspecta. quo fit, vt Indi noctem illunem obseruent, quando id animal quopiam trajicere cupiunt, id ipsum metuentes.

16. *Ad se trahens vt Cacias nubem.*] De ijs, qui sibimet ipsi seu bona seu mala fabricantur.

17. *Sortitus es M.*] De fortunatis. Dionysius enim senior cùm publici concionatores inter se scripto sortirentur, ipsique sorte litera M. obtigisset, cuidam dicenti, Μωρολογεῖς, stultè loqueris Dionysi: Μοναρχήσω μὲν οὖν, Imò monarcha ero, respondit; & concio-

κινδύνων, καὶ πόνων οἱ νέοι κατάρχονται· ποτοῦ δὲ ἄρα καὶ τροφῆς ἀφίστανται τοῖς πρεσβυτέροις. γήρᾳ δὲ παρειμένον ἐλέφαντα, ἢ νόσῳ κατειλημμένον, οὐκ ἄν ποτε οἱ συναγωνιζόμενοι καταλίποιεν, ἀλλὰ παραμένουσι, καί τοι τῶν θηρῶν ἐγκειμένων· καὶ πρότερόν γε τὴν ψυχὴν ἀπολίποιεν, ἢ τὰ τέκνα. Ἐλέφαντι ἡμέρῳ πωλευτὴς ἦν, καὶ εἶχε γυναῖκα, ἀφηλικεστέραν μὲν, πλουσίαν δέ· οὐκοῦν ἑτέρας ἐρῶν, ταύτην μὲν ἀποπνίγει, καὶ τῆς τοῦ ἐλέφαντος φάτνης κατορύττει πλησίον ὁ θερμόβουλος ἄνθρωπος. ἄγεται δὲ τὴν ἄλλην. ἐνταῦθα οὖν ὁ ἐλέφας τῇ προβοσκίδι λαβόμενος τὴν νεωστὶ ἀφιγμένην, ἄγει τῆς νεκροῦ πλησίον· καὶ τοῖς κέρασιν ἀνορύξας, καὶ γυμνώσας τὸ σῶμα, ἃ εἰπεῖν οὐκ ἐδύνατο, ταῦτα ἐπεδείκνυε δι' αὐτῶν τῶν ἔργων· τὴν γυναῖκα τρόπον τοῦ γήμαντος αὐτὴν ἐκδιδάσκων ὁ μισοπόνηρος ἐλέφας. Ἀκμὴ ἐλέφαντος, ἑξήκοντα ἔτη γεγονέναι· κρυμῷ δὲ ὁμιλεῖν, * μήκιστός ἐστι. διατείνει δὲ τὸν βίον καὶ εἰς διπλῆν ἑκατοντάδα.

15. Ἐλέφας μυῶν οὐ δάκνει.] Ἐπὶ τῶν τὰ μικρὰ καὶ φαῦλα ὑπερορώντων· λόγος τίς ἐστιν, ἐλέφαντα μὴ πρότερον πίνειν, πρὶν ἂν ὑποθολώσῃ τῇ προνομαίᾳ τὰ νάματα· τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι μορμολύττεται τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν ἐν ὕδατι ὁ ἐλέφας θεώμενος· διὸ καὶ τοὺς Ἰνδοὺς ἐπιτηρεῖν ἀσέληνον νύκτα, ὁπηνίκα διαπορθμεύωσι, τουτὶ δεδιότες, τὸ ζῶον.

16. Ἕλκων ἐφ' ἑαυτὸν ὥσπερ ὁ Καικίας νέφος.] Ἐπὶ τῶν ἐπισπωμένων ἑαυτοῖς κακὰ ἢ καλά.

17. Ἔλαχες τὸ μ.] Ἐπὶ τῶν εὐτυχησάντων. Διονύσιος γὰρ ὁ πρεσβύτερος, κληρουμένων μετὰ γραμμάτων δημηγορούντων, ὡς ἔλαχε τὸ μ, πρὸς τὸν εἰπόντα, Μωρολογεῖς Διονύσιε· Μοναρχήσω μὲν οὖν,

ὖν, εἶπε· καὶ δημηγορήσας ᾑρέθη στρατηγὸς εὐθὺς ὑπὸ τῶν Συρακουσίων.

18. Ἔλθοι ξένος ὅστις ὀνήσει.] Θετταλῶν καταστρέψας τὰς πόλεις ὁ Φίλιππος, καὶ τοὺς ξένους πωλήσας, εἴρηκε τοῦτο.

19. Ἔμβαρός εἰμι.] Ἦν πρότερον ὁ Πειραιεὺς νῆσος, ὅθεν καὶ τοὔνομα εἴληφε, ἀπὸ τοῦ διαπερᾶν· οὗ τὰ ἄκρα Μούνυχος κατασχὼν, Μουνυχίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο· ἄρκτου δὲ γενομένης ἐν αὐτῷ, καὶ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἀναιρεθείσης, λιμὸς ἐπεγένετο· οὗ τὴν ἀπαλλαγὴν ὁ θεὸς ἔχρησεν, ἄν τις τὴν θυγατέρα θύσῃ τῷ θεῷ. Ἔμβαρος δὲ μόνος ὑποσχόμενος, ἐπὶ τῷ τὴν ἱερωσύνην αὐτοῦ τὸ γένος διὰ βίου ἔχειν, διακοσμήσας αὐτοῦ τὴν θυγατέρα ἔθυσεν· ὅθεν καὶ εἰς παροιμίαν περιέστη· τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν παραπαιόντων καὶ μεμηνότων.

20. Ἐμποδὼν ἐστὶ τὸ πρᾶγμα.] Ἐπὶ τῶν προχείρων καὶ εὐχερῶν· ἐχρήσατο δὲ ταύτῃ τῇ λέξει Θουκυδίδης ἐν ὀγδόῃ· τὰς ἐμποδὼν αἰτίας ἐπισκοπεῖν, πορρωτέρω δὲ μηδὲν ἐπορέγεσθαι ταῖς διανοίαις· ἤτοι προχείρως. Λυκοῦργος δὲ ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος, ἀντὶ τοῦ φανερόν· Πλάτων ἀντὶ ἐν τῷ μέσῳ· Ἰσαῖος δὲ ἀντὶ τοῦ ὑπόγυον καὶ ἐν χερσί· φησὶ γὰρ ἐν τῇ ὑπὲρ Εὐμαθοῦς εἰς ἐλευθερίαν ἀφαιρέσει· Ἀλλὰ τὸ πρωϊζὸν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι· τουτὶ γὰρ παντελῶς ἐμποδὼν εἶναι· Ἐχρήσατο δὲ Ἱεροκλῆς, ἀντὶ τοῦ ἐμποδίου· καὶ ἄλλοι. Φησὶ γὰρ ἐν δευτέρᾳ φιλοσοφουμένων παρὰ τῶν φιλοσόφων· τίς γὰρ αὐτὴν οὐχὶ καὶ ἔγημεν, καὶ παῖδας ἀνείλετο, καὶ οὐσίας ἐπεμελήθη μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος;

ne habita electus est Imperator protinus à Syracusijs.

18. *Veniat qui proderit hospes.*] Cùm Philippus Thessalorum vrbes euertisset, & exteros vendidisset, hoc dicti vsurpauit.

19. *Embarus sum.*] Olim Pyræeus insula fuit (vnde & nomen ἀπὸ τοῦ διαπερᾶν, à trajiciendo accepit) in cuius maximè edito loco Munychus, postquam illum occupasset, Dianæ Munychiæ templum extruxit. Quo in loco cùm vrsa extitisset, illamque Athenienses occidissent, fames est consequuta. Cuius remedium fore Apollo respondit, si quis filiam suam Deæ immolasset. Solus autem Embarus, pacta familiæ suæ perpetua illius sacrificij successione, filiam exornatam immolauit. Vnde & in parœmiam abijt, quod in vecordes & insanos vsurpatur.

20. *Palam est res.*] De rebus paratis, & ad vsum facilibus. Vsus est eiusmodi locutione libro VIII. Thucydides: *Causas quæ prompta sunt, considerare; neque cogitatione vlterius ferri.* Vbi per τὰς ἐμποδὼν αἰτίας, id significat, quod ad manum & in promptu est. Lycurgus autem in ea quæ contra Lycophronem est oratione, pro claro ac manifesto posuit. Plato verò, pro eo quod est in medio positum. Isæus denique, pro eo quod propinquum & sub manibus est. Ait enim in Assertione Eumathis in libertatem: *Sed prius quidem, viri Athenienses; id enim omnino sub manu est.* Vsus est tamen Hierocles, & alij, pro, impedimento esse. Sic namque loquitur lib. II. de ijs, qui à Philosophis sapientiæ studio instituuntur: *Quisnam illam non in vxorem duxit, & liberos ex ea sustulit, & opibus repletus est, nemine impediente?*

21. *Empe-*

21. *Empedoclis inimicitia.*] De ijs, qui pertinaciter gerunt iracundiam. Lysias: *Equidem putabam eam inter nos constitutam fuisse amicitiam, vt nec Empedoclis inimicitiæ nobis obstare possent.*

22. *Me quidem si insaniant, te autem, si sapiant.*] Supple, ἀποκτενοῦσιν, occident: nempe me iniustè, te autem iustè.

23. *A fronte præcipitium, à tergo lupi.*] De ijs, qui cum duobus malis, quæ planè euitari nequeunt, luctantur.

24. *Seditione orta dux Androclees etiam fit.*] In viles, quique inconsulta præcipitatione honores assequuntur. Talis est hæc etiam parœmia: *Carcinus in dubijs rebus sortitur honorem.* Et: *Inter amusos etiam Coræcus loquitur.*

25. *In Apollinis cacare.*] Hoc est, periclitari. Pisistratus enim tyrannus templum extruens, cùm inuenisset quendam inquilinum in eo cacantem, abegit; & ne quis porrò id faceret, edixit.

26. *Inest & formicæ sua bilis.*] Nec paruos quidem aut tenuis conditionis homines contemnendos aut negligendos esse in rei cuiuspiam disceptatione, insinuat.

27. *In æstate lænam deteris.*] In eos, qui non in tempore necessarijs vtuntur.

28. *Vno oscitante alter participat.*] Seipsam satis parœmia declarat.

29. *Vnius cordati amicitia melior imprudentium omnium.*] Democratis dictum.

30. *Ventus manere aut nauigare hinc non sinit.*] De ijs, qui in res impeditas inciderunt, hoc vsurpatur. Est autem dictum Philoctetæ apud Æschylum.

31. *Cæcorum in patria luscus rex imperat omnis.*]

32. *In pice adserua cor.*] Hoc est, esto virilis.

21. Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα.] Ἐπὶ τῶν δυσοργήτων. Ὤιμην δὲ, φησὶν Λυσίας, ἐγὼ τοιαύτῃ φιλίᾳ συνηρμόσθαι, ὥστε μὴ δ' αὖ τὴν Ἐμπεδοκλέους ἔχθραν ἰσχῦσαι διαστῆναι.

22. Ἐμὲ μὲν, αὖ μανῶσι, σὲ δὲ αὖ σωφρονῶσι.] λείπει τὸ, ἀποκτενοῦσιν. ἤτοι ἐμὲ μὲν ἀδίκως, σὲ δὲ δικαίως.

23. Ἔμπροσθεν κρημνὸς, ὄπισθεν λύκοι.] Ἐπὶ τῶν ἐν μέσῳ δύο κακῶν ἀφύκτων περιπαρέντων.

24. Ἐν δὲ διχοστασίῃσι, καὶ Ἀνδροκλέης πολεμαρχεῖ.] Ἐπὶ τῶν εὐτελῶν, τῶν διὰ προπέτειαν τινα τιμῆς ἀξιουμένων. τοιαύτη δέ ἐστι καὶ ἡ λέγουσα, Ἐν γὰρ ἀμηχανίῃ καὶ καρκίνος ἔμμορε τιμῆς. καὶ Ἐν ἀμούσοις καὶ Κόροικος φθέγγεται.

25. Ἐν Πυθίου χέσαι.] Οἷον, κινδυνεῦσαι. Πεισίστρατος γὰρ ὁ τύραννος ποιῶν νεὼν, εὑρών τινα ἀποπατοῦντα μέτοικον, ἀπήγαγε· προσέγραψε γὰρ μηδένα ἀποπατῆσαι.

26. Ἔνεστι καὶ μύρμηκι χολή.] Παρεγγυᾷ, μηδὲ τῶν μικρῶν καταφρονεῖν ἐν τῷ ἀμφισβητεῖν.

27. Ἐν θέρει τὴν χλαῖναν ἀποτρίβεις.] Ἐπὶ τῶν μὴ καθ' ὥραν τοῖς ἀναγκαίοις χρωμένων.

28. Ἑνὸς χανόντος μετέσχηκεν ὁ ἕτερος.] Αὐτοδίδακτος.

29. Ἑνὸς φιλίη ξυνετοῦ, κρείσσων ἀσυνέτων πάντων.] Δημοκράτους.

30. Ἔνθ' οὔτε μίμνειν ἄνεμος, οὔτ' ἐκπλεῖν ἐᾷ.] Ἐπὶ τῶν δυσχρήστοις περιπεσόντων τοῦτο λέγεται. Φησὶ δὲ αὐτὸ παρ' Αἰσχύλῳ ὁ Φιλοκτήτης.

31. Ἐν τοῖς τόποις τυφλῶν λάμων βασιλεύει.]

32. Ἐν πίσσῃ τήρησον τὴν καρδίαν.] Ἀντὶ τοῦ, Γενοῦ ἀνδρεῖος.

33. Ἐν ὁδῷ μὴ σχίζε ξύλα.] Ἀντὶ τοῦ, προχώρει, καὶ μὴ αἰτίαν δὸς πρὸ καιροῦ τελευτῆσαι.

34. Ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον.] Τουτέστιν, ἐν ἀλλοτρίοις σώμασιν. λέγεται δὲ αὕτη ἐπὶ τῶν ἀφειδῶς εἰς τὰ ἑαυτῶν σώματα πολεμούντων· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν Καρῶν· ἐπεὶ, ὥς τινές φασι, πρῶτοι ἐμισθοφόρησαν· ἄλλοι δὲ Ἀρκάδας φασίν· ἐπειδὴ δὲ Κᾶρες ἐμισθοφόρουν, προέταττον αὐτοὺς τῶν πολέμων. ἀφ' οὗ καὶ ἡ παροιμία. ἀληθέστερον δ' εἰπεῖν, εἴρηται ἐπὶ τῶν ἐν ἑτέροις καὶ οὐκ ἐφ' ἑαυτοῖς τὰς πολεμικὰς πρωτοπείρας ὑφισταμένων· εἰσάγονται δὲ οἱ Κᾶρες, καὶ ὡς εὐτελεῖς, διὰ τὴν μισθοφορίαν· ἀφ' οὗ καὶ Ὅμηρος, --- τίω δέ μιν ἐν Καρὸς αἴσῃ· ἤγουν ἐν δούλου τάξει· Κᾶρες γὰρ ἀεὶ δοῦλοι.

35. Ἐν μύρτου κλωνὶ τὸ ξίφος κρατήσω.] Ἐπὶ τῶν ποιουμένων συνθημά τι κατά τινος· ὁ γὰρ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων ἐν μύρτοις ῥίψαντες τὸ ξίφος, Ἵππαρχον τὸν τύραννον ἀπέκτειναν.

36. Ἐν παισὶ μὲν γέρων, ἐν δὲ γέρουσι παῖς.] Ἐπὶ τῶν παλιμβόλων· οἱ ἀντίτεχνοι τοῦ Ἑρμογένους ἑπτακαίδεκα ἐτῶν ὄντος, ὅτι τὴν Ῥητορικὴν συγγράφειν ἐπιχείρησε, τρίτου δὲ καὶ εἰκοστοῦ ὅτι ἐξελάθετο, τοῦτ' εἶπον τὸ παροιμιῶδες λόγιον.

37. Ἐν γῇ πενίας μᾶλλον, ἢ πλουτοῦντα πλεῖν.] Ἀντιφάνους τοῦ Ἐφεσίου.

38. Ἐν Σπάρτῃ μόνῃ λυσιτελεῖ γηράσκειν.] Παρόσον οἱ Λακεδαιμόνιοι μεγάλως ἐτίμων τοὺς γέροντας.

39. Ἐν Σάμῳ κομήτης.] Ἐπὶ τῶν οὐδὲν χάριεν λεγόντων. οἱ γὰρ οἰκοῦντες ἐκεῖσε, πρὸς χοροὺς ἐπιτήδειοι, οὐ πρὸς ἄλλό τι χρήσιμοι.

40. Ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνεις.] Ἐπὶ τῶν τὰς πρώτας μαθήσεις ὑπερ-

33. *In via ne seces ligna.*] Quasi dicas, Procede, neque occasionem des vt ante tempus moriare.

34. *In Care periculum.*] Hoc est, in alienis corporibus. Vsurpatur autem hæc parœmia de ijs, qui parcè ipsi in bello pugnant; translatione ducta à Caribus: quoniam, vt quidam aiunt, primi mercede militarunt; licet alij Arcades fuisse dicant. Quoniam autem Cares ære conducti militabant, primos in acie collocabant. Vnde orta parœmia. Vt autem verius dicamus, de ijs vsurpata est, qui in alijs, non in seipsis prima belli tentamina subeunt. Introducuntur verò Cares tanquam viles, propter mercenariam hanc militandi rationem. Hinc & Homerus: --- *Caris æstimo sorte.* Nempe serui: Cares enim semper serui.

35. *In myrti ramo gladium tenebo.*] De ijs, qui contra aliquem pactum quodpiam ineunt. Harmodius enim & Aristogiton ensem in myrtum iacientes, Hipparchum tyrannum occiderunt.

36. *Inter pueros senex, inter senes puer.*] De versatilibus. Eiusdem artis æmuli, de Hermogene vix quindecim annos nato, de Rhetorica tamen scribere aggresso, & vigesimo tertio iam latente & silente, prouerbium hoc dicebant.

37. *Tellure præstat pauperies quàm opes mari.*] Antiphanis Ephesij.

38. *Spartæ solùm expedit senem fieri.*] Ideo nempe, quòd Lacedæmonij maxime senes honorarent.

39. *In Samo comatus.*] In eos, quorum sermo nihil in se habet lepôris. Qui etenim illic habitant, ad choreas quidem & saltationes sunt apti, sed ad nihil præterea vtiles.

40. *A dolio figulinam auspicaris.*] De ijs, qui artium rudimentis præteritis, maiora

maiora capessunt, primisque neglectis, in extrema se ingerunt.

41. *Per vices aliquis ignem fodicet.*] In eos, qui non ex æquo in commune consulunt.

42. *In Palladio iudicatum est.*] Fuit hoc tribunal Athenis, in quo Ephetæ de homicidio voluntario iudicabant. Argei enim ab Ilio nauigantes, quando Phaleros appulerunt, ab Atheniensibus non cogniti, interempti sunt. Postea Acamante rem indicante, & Palladio per oraculum inuento, ibi prætorium constituerunt, vt dicit Phanodemus. Clitodemus verò ait, cùm Agamemnon, cum Palladio delatus esset Athenas, Demophontem illud rapuisse, & multos eorum qui insequebantur. Agamemnone verò id indignè ferente, iudicium octo Atheniensium & octo Argeorum subjisse, Ephetasque appellatos, quòd ab ipsis nulla esset declinatio ad aliud iudicium: siue quòd de rebus capitalibus sententiam ferrent: aut denique quòd ab vtrisque, Argeis inquam & Atheniensibus, ipsis causæ disceptatio permissa esset.

43. *In triuio sum.*] De rebus obscuris & ambiguis; quòd qui in triuio est constitutus, quà sit ingrediendum, ignoret.

44. *In vino veritas.*] Quòd qui vino incaluerint, ex corde loquantur.

45. *In pulicis morsu Deum inuocat.*] Quòd non oporteat in rebus minimis Deum comprecari, & nomen ipsius aduocare.

46. *In puteo cum canibus pugnare.*] De ijs, qui cum improbo quopiam pugnant, nec possunt euadere.

47. *Endymionis somnum dormis.*] De ijs, qui nimis indulgenter somno sunt dediti. eo quòd Endymion à Somno adamatus, etiam nunc ab illo detineri dormiens dicatur.

βαινόντων· ἀπολομένων δὲ τῶν μειζόνων, ἢ τῶν πλειόνων.

41. Ἐν τῷ μέρει τις καὶ τὸ πῦρ σκαλευσάτω.] Ἐπὶ τῶν εἰς κοινὸν μὴ τὰ ἴσα παρεχομένων.

42. Ἐν Παλλαδίῳ ἐκρίθη.] Δικαστήριον ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾧ οἱ Ἐφέται φόνου ἑκουσίου ἐδίκαζον· Ἀργεῖοι γὰρ ἀπὸ Ἰλίου πλέοντες, ἡνίκα προσέσχον Φαλήροις, ὑπὸ Ἀθηναίων ἀγνοούμενοι, ἀνῃρέθησαν· ὕστερον δὲ Ἀκάμαντος γνωρίζαντος, καὶ τοῦ Παλλαδίου εὑρεθέντος κατὰ χρησμὸν, αὐτόθι τὸ δικαστήριον ἀπέδειξαν, ὡς Φανόδημος. Κλειτόδημος δέ φησιν, Ἀγαμέμνονος σὺν τῷ Παλλαδίῳ προσενεχθέντος Ἀθήνησι, Δημοφῶντα ἁρπάσαι, καὶ πολλοὺς τῶν διωκόντων ἀνελεῖν· τοῦ δὲ Ἀγαμέμνονος δυσχεραίνοντος, κρίσιν ὑποσχεῖν ὑπὸ ὀκτὼ Ἀθηναίων καὶ ὀκτὼ Ἀργείων, οὓς Ἐφέτας κληθῆναι, ὅτι ἔφεσις παρ' αὐτῶν οὐ δύναται εἰς δικαστήριον ἄλλο γίνεσθαι· ἢ ὅτι ἐπὶ αἵματι ἐδίκαζον· ἢ διὰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων, Ἀργείων καὶ Ἀθηναίων, ἀφεθῆναι αὐτοῖς περὶ τῆς κρίσεως.

Ἐν τριόδῳ εἰμί.] Ἐπὶ τῶν ἀδήλων πραγμάτων· ἐπεὶ ὁ ἐν τριόδῳ γενόμενος, οὐκ οἶδε ποίᾳ χρήσεται ὁδῷ.

44. Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια.] Παρόσον οἱ οἴνῳ χρώμενοι, τὰ ἀπὸ καρδίας λαλοῦσιν.

45. Ἐν ψύλλης δήξει θεὸν ἐπικαλεῖται.] Ὅτι οὐ δεῖ ἐπ' ἐλαχίστων τοῦ θείου δεῖσθαι, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπικαλεῖσθαι.

46. Ἐν φρέατι κυνομαχεῖν.] Ἐπὶ τῶν ἀποφυγεῖν οὐκ ἐχόντων, καὶ μοχθηρῷ τινι προσπαλαιόντων.

47. Ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις.] Ἐπὶ τῶν δι' ἔρωτα ὑπνηλῶν. ἐπειδὴ ὁ Ὕπνος ἐρασθεὶς μειρακίου Ἐνδυμίωνος, ἔτι καὶ νῦν κατέχειν αὐτὸν λέγεται κοιμώμενον.

48. Ἐν πυρὶ βέβηκας.] Ἢ ἐπὶ αἰσχίστου, ἢ ἐπὶ τάχους.

49. Ἐν ἅλῳ δρασκάζεις, ἤτοι κρύπτῃ.] Ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων λαθεῖν.

50. Ἐν μέλιτι σαυτὸν καταπάττεις.] Ἐπὶ τῶν ἡδυπαθεῖν διωκόντων.

51. Ἐν σκότῳ ὀρχεῖσθαι.] Ἐπὶ τῶν ἀμαρτύρως μοχθούντων.

52. Ἐν νυκτὶ βουλή.] Ἐπειδὴ ἡ νὺξ παῤῥησίαν δίδωσι βουλεύεσθαι.

53. Ἐν νυκτὶ λαμπρὸς, ἐν φάει δ' ἀνωφελής.] Ἐπὶ τῶν ἀνωφελῶν ἐν οἷς οὐ χρή· ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς νυκτερίδος.

54. Ἐνδύεται τὴν λεοντῆν.] Ἐπὶ τῶν μεγάλοις ἐπιχειρούντων.

55. Ἔν τοι χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ.] Παρόσον τῇ μὲν βουλῇ λόγων δεῖ, τῷ δὲ πολέμῳ, δυνάμεως.

56. Ἐν γὰρ ἀμηχανίῃ καὶ Καρκίνος ἔμμορε τιμῆς.] Φανερά.

57. Ἐν ἀχύροις πῦρ ἐγχεῖ.] Ἐπὶ τοῦ ῥαδίως γινομένου.

58. Ἐξ ἑνὸς πάνθ' ὁρᾶν.] Ἐπὶ τῶν παρορώντων.

59. Ἐν ἄμμῳ σχοινίον πλέκεις.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

60. Ἐξ ἴσου δίδου πᾶσιν.] Ἐπὶ τῶν ὀρθῶς διανεμόντων, καὶ δικαίως κρινόντων.

61. Ἐξ ἡμῶν τέτμηται ὁ ἱμάς.] Ἐπὶ τῶν ἐξ οἰκείων κακῶν εὖ πασχόντων· Φασὶ γὰρ, βοῦν ἰδόντα μάστιγα, τοῦτο εἰπεῖν.

62. Ἐξ Ἐτεοβουταδῶν ἕλκει τὸ γένος.] Ἐπὶ τῶν εὐγενῶν. γένος γὰρ πολὺ καὶ λαμπρὸν ἀπὸ Βούτου. ἀφ' οὗ οἱ ἱερεῖς καθίσταντο Ἀθήνησιν.

63. Ἐξὸν φυγεῖν, μὴ ζήτει δίκην.]

48. *Incedis per ignem.*] Aut de turpi, aut de celeri.

49. *In area te abſcondis.*] De ijs, qui latere non poſſunt.

50. *Melle teipſum inſpergis.*] In eos, qui mollitiem voluptatemque ſectantur.

51. *In tenebris tripudiare.*] De ijs, qui ſine teſte laborant.

52. *In nocte conſilium.*] Quòd nox facultatem præbeat conſultandi.

53. *In nocte ſplendens, luce verò inutilis.*] In eos, qui inutiles ſunt ad res ad quas minimè oportebat; metaphorâ ductâ à noctua.

54. *Leoninam pellem induitur.*] De ijs, qui magna aggrediuntur.

55. *In manibus finis belli, ſermonis in omni Conſilio.*] Propterea quòd in conſilio verbis opus ſit, in bello potentiâ ac viribus.

56. *Carcinus in dubijs rebus ſortitur honorem.*] Manifeſta.

57. *In ſtipulas ignem fundit.*] De re quapiam celeriter facta.

58. *Ex vno omnia videre.*] In eos, qui circa viſum hallucinantur.

59. *Ex arena funiculum nectis.*] De impoſſibilibus.

60. *Ex æquo da omnibus.*] De ijs, qui rectè quid diuidunt, & iuſtè diiudicant,

61. *Ex nobis ſciſſum eſt lorum.*] De ijs, qui ex propinquis ſeu domeſticis ſuis ipſi mala patiuntur. Fertur enim bos, cùm ſcuticam videret, hoc dixiſſe.

62. *Ex Eteobutadis genus trahit.*] De ingenuis & nobilibus. Familia enim quæ à Buto ſuam ducebat originem, illuſtris admodum erat. vnde & ex eadem apud Athenienſes ſacerdotes & ſacrorum myſtæ deſumi & creari ſolebant.

63. *Cùm reo fugere liceat, iudicium minimè*

Bayerische Staatsbibliothek München

minimè quærere oportet.] Alcibiades ab Atheniensibus Siciliâ euocatus ad caussam pro se dicendâ, hoc respondit. Dicenti autem cuidam, non fidis patriæ de te iudicaturæ? Ego verò, inquit, nec matri meæ: ne fortè per errorem atrum calculum pro albo injiciat.

Ἀλκιβιάδης καλούμενος ἐπὶ κρίσιν ὑπὸ Ἀθηναίων ἀπὸ Σικελίας, ἔκρυψεν ἑαυτὸν, εἰπὼν, Ἐξὸν φυγεῖν, δίκην οὐ χρὴ ζητεῖν. εἰπόντος δέ τινος, οὐ πιστεύεις τῇ πατρίδι τὴν περὶ σεαυτοῦ κρίσιν; Ἐγὼ μὲν, ἔφη, οὐδὲ τῇ μητρί· μήπως ἀγνοήσασα, τὴν μέλαιναν βάλῃ ψῆφον ἀντὶ τῆς λευκῆς.

64. *Extra telorum iactum sedere.*] Admonitoria parœmia.

64. Ἔξω βελῶν καθῆσθαι.] Παραινετικὴ ἡ παροιμία.

65. *Extraxit mucum ex naribus.*] In iracundos & animi peruicacis.

65. Ἔξελε τὴν κόρυζαν τῆς ῥινός.] Ἐπὶ τῶν ὀργίλων καὶ ἰσχυρογνωμόνων.

66. *Execestides factus es.*] In eos, qui à via non aberrant. Illum enim vt exterum & erronem notant. Exteri autem maximè vias norunt. Quando ergo via excidentes aberrabant, dicebatur: *Nec Execestides quidem rectam viam inueniat.* Vsurpaturque de rebus perplexis.

66. Ἐξηκεστίδης ἐγένου.] Ἐπὶ τῶν ὁδοῦ ἀποπλανηθέντων· τοῦτον γὰρ ὡς ξένον διαβάλλουσι καὶ πλάνον· οἱ δὲ ξένοι μᾶλλον ἴσασι τὰς ὁδούς. ἐξαμαρτήσαντες οὖν τῆς ὁδοῦ καὶ ἀποπλανηθέντες, εἶπον· οὐδ' ἂν Ἐξηκεστίδης εὕροι τὴν εὐθεῖαν ὁδόν. εἴρηται οὖν ἐπὶ τῶν ἀμηχάνων.

67. *Secundo vento nauigat, & secundo vento illi res succedunt.*] De ijs, qui feliciter degunt. Vnde & *συνεπουρίζειν* à ventis retrò flantibus & nauem impellentibus sumptum est, quos propterea *οὐρίους* vocant, quasi à puppe nauis flantes. Nisi fortè etiam à leonibus metaphora ducatur, quos ferunt sua se cauda tanquam scutica verberare, & ita ad cursum incitare.

67. Ἐξ οὐρίας πλεῖ τις, καὶ ἐξ οὐρίας τῷ δεῖνι τὰ πράγματα φέρεται.] Ἐπὶ τῶν εὐτυχούντων· ὅθεν καὶ τὸ συνεπουρίζειν· ἀπὸ τῶν ὄπισθεν πνεόντων καὶ τὴν ναῦν ὠθούντων ἀνέμων μετείληπται· οὓς διὰ τοῦτο οὐρίους καλοῦσιν, ὡς κατὰ τὰ οὐραῖον τῆς νεὼς πνέοντας· εἰ μήπου δὲ καὶ ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν λεόντων λέγεται· οὕς φασι τῇ ἑαυτῶν οὐρᾷ ἀντὶ μάστιγος πλήττοντας ἑαυτοὺς, εἰς δρόμον ἐλαύνειν.

68. *Ex vnguibus licet leonem æstimare, & ex pusillo gustu fontem.*] De ijs, qui ex parua quapiam rei parte rem vniuersam cognoscunt.

68. Ἐξ ὀνύχων λέοντα ἔνεστι μαθεῖν, καὶ ἐκ μικρᾶς γεύσεως πηγήν.] Ἐπὶ τῶν ἐκ μικροῦ τινος μανθανόντων τὸ πᾶν.

69. *Foras Glauce.*] Tempestatem enim significat. Marinus ille piscis ex coniuge sua natos diligenter custodit, ne quid per insidias damni accipiant, & quamdiu illi in conspectu sunt, & sine metu natant, ille custodiam non omittit: si quis pullorum metu corripiatur,

69. Ἔξω Γλαῦκε.] Χειμῶνα γὰρ σημαίνει. Ὁ θαλάσσιος ὁ ἰχθὺς ὁ γλαῦκος, τὰ γεννώμενα ἐκ τῆς συνεύνου παραφυλάττεται ἰσχυρῶς, ἵνα ἀνεπιβούλευτά τι καὶ ἀσινῆ ᾖ· καὶ ἕως μὲν φανερὰ καὶ ἔξω δέους διανήχεται, ὁ δὲ, τὴν

φρουρὰν

φρυγεῖν οὐκ ἀπολιμπάνει· ἐὰν δέ τι δείσῃ τῶν νηπίων περὶ ὅ δὲ χανὼν εἰσδέξατο τὸ βρέφος. εἶτα τοῦ φόβου παραδραμόντος, τὸν καταφαγόντα ἀνεμεῖ οἷον ἐδέξατο, καὶ ἐκεῖνος πάλιν νήχεται.

70. Ἔοικα βοῦς ἐπὶ σφαγὴν μολεῖν.]

71. Ἐπειδὴ τὸν Ταντάλου λίθον τῆς κεφαλῆς ἀπετιναξάμεθα.] Λέγεται ἐπὶ κινδύνου τινὸς ἐπηρτημένου καὶ παρελθόντος. ὅτι Τάνταλος υἱὸς ἦν τοῦ Διός· οὗτος ἠξιώθη τῆς τραπέζης τῶν θεῶν, καὶ ἀξιωθεὶς ἐδημοσίευσε τὰ μυστήρια αὐτῶν· καὶ κολάζεται κόλασιν διὰ τοῦτο τοιαύδε· ἐστιν ἐν τοῖς ὑπὸ γῆν δικαιοτηρίοις ἔχων πέτραν ἐπάνω αὐτοῦ, καὶ κάτω ὕδωρ πολὺ, καὶ βλαστήματα καρποφόρα, καὶ ἤρτηται ὁ λίθος κατ' αὐτοῦ· ἐὰν οὖν θέλει πιεῖν ἐκ τοῦ παρακειμένου ὕδατος, πίπτει ἡ πέτρα ἐπάνω αὐτοῦ, καὶ τιμωρεῖται ἐκ τούτου· ὅτι λιμῷ καὶ δίψει τήκεται· ὁρῶν μὲν ἀφ' ὧν δεῖ φαγεῖν καὶ πιεῖν, μὴ δυνάμενος δὲ, διὰ τὴν ἐπηρμένην πέτραν.

72. Ἐπὶ δυεῖν ὁρμεῖ.] Δηλονότι ἀγκύραιν· λέγεται ἐπὶ τῶν ἀσεμφῶς ἐχόντων.

73. Ἔπακτος ὅρκος.] Ὃν ἕτερος ἐπάγει. ὅτι βίαιος, οὐκ αὐθαίρετος.

74. Ἐπ' ἄκρα γλώττῃ τὸ φιλεῖν ἔχεις.] Ἐπὶ τῶν λόγῳ μὲν, ἔργῳ δ' οὐ φιλούντων ἀλλήλους.

75. Ἐπὶ κεφαλὴν ὠσθέντα.] Ἐπὶ τῶν κακῶς παθόντων. μᾶλλον δ' ἐπ' ὀλέθρου. δεινὸν γὰρ τὸ κατὰ κεφαλῆς ὠσθέντα πληγῆναι.

76. Ἐπαύλια δῶρα φέρων ἥκεις.] Ἐπὶ τῶν πολλὰ δωρουμένων. Ἐπαύλια γὰρ καλεῖται τὰ μετὰ τὴν ἐχομένην ἡμέραν τοῦ γάμου, παρὰ τοῦ τῆς νύμφης πατρὸς

tum ore hiante ipſum excipit, moxque ceſſante iam metu, illum quem deuorauerat reuomit qualem acceperat, rurſuſque ille natat.

70. *Videor bos ad cædem ire.*]

71. *Quando Tantali lapidem ex capite excuſſimus.*] Dicitur de periculo quopiam, quod impenderat, iam præterito. Tantalus autem Iouis filius dignus fuit habitus, vt Deorum menſæ adhiberetur; quem ille honorem conſequutus, quòd illorum ſecreta diuulgaſſet, ob id factum huiuſmodi punitione mulctatur. Eſt ille in ſubterraneis iudicijs, ſuper caput ſaxum habens, & ſubtus aquam multam, germinaque fructifera. Interim lapis ille ipſi impendet: quando autem ex aqua, quæ illi præpoſita eſt, bibere cupit, cadit ſaxum ſupra ipſum collocatum, maleque illum excipit; ita vt fame ſitique tabeſcat: videns quidem quorum eſu potuque indiget, ſed ijs frui non valens propter impendens ſaxum.

72. *Duabus nititur anchoris.*] De ijs quæ firmiter ſeſe habent.

73. *Delatum iuramentum.*] Quod alius offert. Eſt enim violentum, neque ſponte ſuſceptum.

74. *In vltima lingua amicitiam habes.*] In eos qui lingua quidem ſed non operâ inuicem amant.

75. *In caput impulſum.*] De ijs, qui aduerſa patiuntur, ſeu potiùs de pernicie: graue enim eſt capite pulſum vulnerari.

76. *Nuptialia dona allatum venis.*] De ijs, qui largi ſunt donando. Ἐπαύλια autem vocantur munera: quæ poſt nuptias ſequenti die à patre ſponſæ dono mittun-

mittuntur sponso & sponsæ, in modum pompæ seu deductionis. puer enim præcedit, lænam candidam & lampada incensam habens: illum sequitur puella canistrum ferens, ac deinde aliæ atque aliæ, aurea quædam, pelues, smegmata, lecticas, pectines, lectos, alabastros, sandalia, pixides vnguentarias portantes; nonnunquam etiam dotem sponso vnà afferunt.

77. *Racemationes istæ sunt & garritus, hirundinum musea, corruptores artis.*] De ijs, qui cauillantur de rebus paruis

78. *In armis Accissat.*] De ijs, qui iniurijs & fictis simulationibus delectantur. Ab Acca Samia muliere quadam fatua.

79. *In pedem retrocedit.*] De ijs, qui, quòd viribus sint inferiores, aut quia vehementer metuunt, fugiunt potentiores.

80. *Epeo timidior.*] Vsus est Cratinus Comicus. Fortassis quòd in tribunatu Oeneïdis tribus ignauiorem timidioremque decoro se gessisset. Epeus enim ignauus timidusque fuit.

81. *Pugna ad Lipsydrium.*] De ijs, qui fortiter & viriliter certant. Lipsydrium autem locus fuit prope Parnethem, quem muro cinxerunt qui à tyrannis in exilium compulsi erant. Præerant autem Alcmæonidæ. Cumque à Pisistrato fuissent expugnati, scolion in illos carmen canebatur:

Ah ah Lipsydrium prodens socios,
Quales viros perdidisti?
In pugna bonos & nobiles,
Quando ostenderunt à quibus patribus orti essent.

82. *In nates currit.*] Hoc est, retro.

83. *In stipula arat.*] De ijs, qui probè agriculturam exercent.

84. *Epimenidis pellis.*] De rebus

δῶρα φερόμενα τῷ νυμφίῳ καὶ τῇ νύμφῃ ἐν πομπῆς σχήματι· παῖς γὰρ ἡγεῖται, χλανίδα λευκὴν ἔχων καὶ λαμπάδα καιομένην. ἔπειτα μετὰ τοῦτον κανηφόρος· εἶθ' αἱ λοιπαὶ ἀκολουθοῦσιν ἐφεξῆς, φέρουσαι χρυσία, λεκανίδας, σμήγματα, φορεῖα, κτένας, κοίτας, ἀλαβάστρους, σανδάλια, μυράλιτρα. ἐνίοτε δὲ καὶ τὴν προῖκα ἅμα τῷ νυμφίῳ φέρουσιν.

77. Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στωμύλματα, Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης.] Ἐπὶ τῶν εἰρωνευομένων ἐπὶ σμικροῖς.

78. Ἐπὶ τοῖς ὅπλοις Ἀκκίζει.] Ἐπὶ τῶν ἐπαιρομένων ταῖς ὕβρεσι καὶ τοῖς ἀκκισμοῖς· ἀπὸ Ἀκκοῦς τινὸς, Σαμίας μωρᾶς οὔσης.

79. Ἐπὶ πόδα ἀναχωρεῖ.] Ἐπὶ ἀδυνασίᾳ φευγόντων ἢ δειλίᾳ τοὺς κρείσσους.

80. Ἐπειοῦ δειλότερος.] Οὕτως ἔλεγε Κρατῖνος ὁ Κωμικός. ἴσως διὰ τὸ ταξιαρχῆσαι τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς, καὶ δειλότερος φανῆναι· καὶ γὰρ ὁ Ἐπειὸς δειλὸς ἦν.

81. Ἐπὶ Λειψυδρίῳ μάχη.] Ἐπὶ τῶν ἀνδρείως ἀγωνιζομένων· τὸ δὲ Λειψύδριον, χωρίον ἦν ὑπὲρ τῆς Πάρνηθος, ὃ ἐτείχισαν μὲν οἱ φυγάδες τῶν τυράννων· οἱ δὲ Ἀλκμαιονίδαι προέστησαν· ἐκπολιορκηθέντων δ' αὐτῶν ὑπὸ τῶν περὶ Πεισίστρατον, σκολιὸν εἰς αὐτοὺς ᾔδετο·

Αἶ αἶ Λειψύδριον προδοσέταιρον,
Οἵους ἄνδρας ἀπώλεσας;
Μάχεσθ' ἀγαθούς γε καὶ εὐπατρίδας,
Ὁπότε ἔδειξαν οἵων πατέρων ἦσαν.

82. Ἐπὶ πυγὴν τρέχει.] Ἤγουν ἐς τοὐπίσω.

83. Ἐπὶ καλάμης ἀροῖ.] Ἐπὶ τῶν εὖ καὶ καλῶς γεωργούντων.

84. Ἐπιμενίδειον δέρμα.] Ἐπὶ τῶν ἀποθέ-

ἀποθέτων· οὗτος γὰρ ὁ Ἐπιμενίδης ἔζησεν ἑκατὸν πεντήκοντα ἔτη· τὰ δὲ ἓξ ἐκάθευδε. Ἐπιμενίδης Ἀγησάρχου Κρὴς ἐκ Κνωσοῦ, πεμφθεὶς ποτὲ ὑπὸ πατρὸς πρὸς ἀγρὸν ἐπὶ πρόβατον, τῆς ὁδοῦ κατὰ μεσημβρίας ἐκκλίνας, ἐπ᾽ ἄντρῳ τινὶ κατεκοιμήθη, ἓξ καὶ πεντήκοντα ἔτη. διαναστὰς δὲ μετὰ ταῦτα ἐζήτει τὸ πρόβατον, νομίζων ἐπ᾽ ὀλίγον κεκοιμῆσθαι· ὡς δὲ οὐχ εὕρισκε, παρεγένετο εἰς τὸν ἀγρὸν, καὶ μετεσκευασμένα πάντα καταλαβὼν, καὶ παρ᾽ ἑτέρων τὴν κτῆσιν, πάλιν ἧκεν εἰς ἄστυ διαπορούμενος· κἀκεῖ δὲ εἰς τὴν ἑαυτοῦ εἰσιὼν οἰκίαν, περιέτυχε τοῖς πυνθανομένοις τίς εἴη· ἕως τὸν νεώτερον ἀδελφὸν εὑρὼν, τότε ἤδη γηραιὸν ὄντα, πᾶσαν ἔμαθε παρ᾽ ἐκείνου τὴν ἀλήθειαν. γνωσθεὶς δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησι, θεοφιλέστατος εἶναι ὑπελήφθη· ὅθεν καὶ Ἀθηναίοις τότε λοιμῷ κατεχομένοις, ἔχρησεν ἡ Πυθία καθῆραι τὴν πόλιν· οἱ δὲ πέμπουσι ναῦν τε καὶ Νικίαν τὸν Νικηράτου εἰς Κρήτην, καλοῦντες τὸν Ἐπιμενίδην· καὶ ὃς ἐλθὼν ὀλυμπιάδι τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ, ἐκάθηρεν αὐτῶν τὴν πόλιν, καὶ ἔπαυσε τὸν λοιμὸν, τοῦτον τὸν τρόπον· λαβὼν πρόβατα μέλανά τε καὶ λευκὰ, ἤγαγε πρὸς τὸν Ἄρειον πάγον· κἀκεῖθεν εἴασεν ἰέναι, οἷ βούλοιτο. προστάξας τοῖς ἀκολούθοις, ἔνθα ἂν κατακλίνοι αὐτῶν ἕκαστον, θύειν τῷ προσήκοντι θεῷ· καὶ οὕτω λῆξαι τὸ κακόν. ὅθεν Ἀθηναῖοι τάλαντον ἐψηφίσαντο δοῦναι αὐτῷ, καὶ ναῦν τὴν ἐς Κρήτην ἀπάξουσαν αὐτόν. ὁ δὲ τὸ μὲν ἀργύριον οὐ προσήκατο, φιλίαν δὲ καὶ συμμαχίαν ἐποιήσατο Κνωσσίων καὶ Ἀθηναίων, καὶ ἐπανελθὼν ἐπ᾽ οἴκου, μετ᾽ οὐ πολὺ μετήλλαξεν.

85. Ἔποπος Ἰνδοῦ στοργή.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν φιλούντων προσγενεῖς καὶ φίλους, καὶ ὑπὲρ τούτων θνήσκειν αἱρουμένων. Περὶ τοῦ Ἰνδοῦ Ἔποπος μῦθόν φασιν οἱ Βραχ-

reconditis. Ille enim Epimenides vixit centum quinquaginta annos, sex autem & quinquaginta dormiuit. Historia Epimenidis. Epimenides Agesarchi filius Cretensis ex Cnosso, quodam tempore à patre in agrum missus ad ouem quærendam, ex via sub meridiem declinans, in antro quodam obdormiuit per quinquaginta sex annos. Excitatus autem posteà, ouem suam quæsiuit; existimans se pusillum obdormisse: non inuenta autem illa, in agrum redit, omniaque immutata deprehendens, ab alijsque possessa, dubius in vrbem reuertit: vbi domum suam ingressus, in quosdam incidit, qui quisnam esset interrogabant: donec tandem minorem fratrem suum inueniens iam senem, omnem ab illo veritatem rei didicit. A Græcis autem agnitus, pro viro Deorum amicissimo habitus est. Quo factum, vt cùm Athenienses tunc temporis peste laborarent, oraculo respondetit Pythia, vrbem esse lustrandam: sicque illi nauem mittunt in Cretam, & in ea Niciam Nicerati filium, ad accersendum Epimenidem: qui & venit olympiade quadragesima sexta, vrbemque lustrauit, ac pestem hoc modo sedauit. Oues nigras albasque capiens, illas in Areopagum egit, illicque ambulare permisit quonam vellent, præcipiens illis qui eas sequebantur, vt vbi quæque reclinasset, ibi Deo ad quem pertinebat immolarent; sicque malum cessasse. Vnde Athenienses illi talentum dandum decreuerunt, nauemque quæ in Cretam reduceret. Cæterùm ille argentum non admisit, amicitiam autem & belli societatem inter Cnossios & Athenienses conciliauit. Domum autem reuersus, non multo post vitam cum morte commutauit.

85. *Epopis Indi amor in suos.*] De ijs, qui propinquos & amicos suos vehemēti prosequūtur amore, & pro ipsis vel etiam mortem oppetere non verentur. De Epope autē Indo hanc fabulam narrant Brachmanes.

Digitized by Google

manes. Natus est Regi Indorum filius, qui & complures alios fratres habebat: qui postquam ad virilem ætatem peruenissent, ad omne improbitatis, scelerum atque audaciæ genus semetipsos conuerterunt, huncque vtpote omnium minimum, contemtui & despectui, patrem quoque & matrem derisui & ludibrio habentes, senectutem prætereà illorum grandæuam nihili fecerunt, qui proinde, illorum commercio repudiato & fuga arrepta, cum filio discedunt. Continua autem itineris longitudine defatigati, atque ampliùs tales molestias perferre non valentes, fato concedunt. Filius porrò minimè illos neglexit, sed caput ense abscindens, eos in semetipso sepeliuit. Solem autem omnia lustrantem aiunt hac insigni pietate commotum, in auem illum commutasse adspectu pulcherrimam, & vita longæuam: quin & tutulum seu cristam in capitis vertice, velut monumentum rei ab ipso tum gestæ, constituisse. Talia quædam etiam Athenienses de Corydo monstrosè fabulantur: quod & Aristophanes imitatur in Auibus, dicens: Imperitus natus es, & rerum alienarum curiosus, neque Æsopum triuisti, qui ait, Corydum auium primam omnium ante terram generatam fuisse, deinde patrem eius morbo extinctum, cùm terra non esset, quinque dies insepultum iacuisse; illam autem quidnam ageret incertam, ob rei difficultatem, patrem denique in capite sepelijsse. Itaque videtur ex Indis fabulosum hoc commentum de alia aue in Græcos irrepsisse: longum enim temporis spatium Brachmanes intercessisse aiunt, quo Epopi Indo, homini adhuc & ætate puero existenti, hæc in parentes acta fuere.

86. *Dormis in vtramque aurem.*] De ijs, qui vitam degunt à curis ac sollicitudinibus omnino liberam. Metaphorica locutio, ducta à lepore: quòd alte-

μᾶνες. Ἐγένετο παῖς Ἰνδῶν βασιλεῖ, καὶ ἀδελφοὺς εἶχεν· οἵπερ οὖν ἀνδρωθέντες ἐκδικώτατοί τε γίνονται καὶ λεωργότατοι, καὶ τούτου μὲν ὡς νεωτάτου καταφρονοῦσι, τὸν δὲ πατέρα ἐκερτόμουν καὶ τὴν μητέρα, τὸ γῆρας αὐτῶν ἐκφαυλίσαντες. ἀναίνονται οὖν ἐκεῖνοι τὴν σὺν τούτοις διατριβὴν, καὶ ᾤχοντο φεύγοντες, ὅ,τι παῖς καὶ οἱ γέροντες. συντόνου δὲ ἄρα αὐτοὺς πορείας διαδεξαμένης, οἱ μὲν ἀπεῖπον καὶ ἀποθνήσκουσιν· ὁ δὲ παῖς οὐκ ὠλιγώρησεν αὐτῶν, ἀλλ' ἔθαψεν αὐτοὺς ἐν ἑαυτῷ, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτεμών. ἀγασθέντα δὲ τὸν πάντ' ἐφορῶντα Ἥλιον τῆς εὐσεβείας τὴν ὑπερβολὴν, ὄρνιν αὐτὸν ἀποφῆναι, κάλλιστον μὲν ὄψει, μακραίωνα δὲ τὸν βίον. ὑπανέστηκε δέ οἱ καὶ λόφος ἐκ τῆς κορυφῆς, οἱονεὶ μνημεῖον τούτου τῶν πεπραγμένων, ὅτε ἔφυγε· τοιαῦτα ἄττα καὶ Ἀθηναῖοι περὶ Κορύδου τερατεύονται· ᾧ καὶ Ἀριστοφάνης ἀπηκολουθεῖ ἐν ὄρνισι λέγων· Ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς κοὐ πολυπράγμων, οὐδ' Αἴσωπον πεπάτηκας· ὃς δ' ἔφασκε λέγων, Κόρυδον πάντων πρώτην ὄρνιθα γενέσθαι, προτέραν τῆς γῆς· κἄπειτα νόσῳ τὸν πατέρα αὐτῆς ἀποθνήσκειν, γῆν δὲ οὐκ εἶναι· τὸν δὲ προκεῖσθαι πεμπταῖον· τὴν δὲ ἀποροῦσαν ὑπ' ἀμηχανίας, τὸν πατέρα αὐτῆς ἐν τῇ κεφαλῇ κατορύξαι· ἔοικεν οὖν ἐξ Ἰνδῶν τὸ μυθολόγημα, ἐπ' ἄλλου μὲν ὄρνιθος, ἐπιρρεῦσαι δ' οὖν καὶ τοῖς Ἕλλησιν· ὠγύγιον γάρ τι χρόνου μῆκος λέγουσι Βραχμᾶνες, ἐξ οὗ αὐτῷ τῷ Ἔποπι τῷ Ἰνδῷ, ἔτι ἀνθρώπῳ ὄντι, καὶ παιδὶ τήν γε ἡλικίαν, ἐς τοὺς γειναμένους πέπρακται.

86. Ἐπ' ἀμφότερα καθεύδεις τὰ ὦτα.] Ἐπὶ τῶν μεριμνῶν καὶ φροντίδων ἔξω ὄντων· ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τοῦ λαγωοῦ, παρόσον ἐκεῖνος θάπ-

ρον

ϱον οὖς ἔχει ἀναπεπταμένον, ὡς ἐγρηγορώς.

87. Ἐπὶ βύρσης ἐκάθητο.] Ἐπὶ τῶν δεομένων συμμαχίας· τοῦτο δὲ παρὰ τοῖς Σκύθαις ἐπλέετο· ἐπειδὴ γάρ τις ἠδικεῖτο πρὸς ἑτέρου, ἀμύνασθαι δὲ βουλόμενος, ἑαυτὸν οὐκ ἀξιόμαχον μόνον ᾤετο. βοῦν οὖν ἱερεύσας καὶ τὰ μὲν κρέα κατακόψας, ἧψε· αὐτὸς δὲ ἐκπετάσας χαμαὶ τὴν βύρσαν, ἐκάθητο ἐπ᾽ αὐτῆς εἰς τοὐπίσω περιαγαγὼν τὼ χεῖρε· καὶ τοῦτό ἐστι Σκύθαις ἡ μεγίστη ἱκετηρία. τῶν δὲ κρεῶν τοῦ βοὸς ὁ βουλόμενος μοῖραν λαμβάνων, καὶ ἐπιβαίνων τῇ βύρσῃ τῷ δεξιῷ ποδί, ὑπισχνεῖται κατὰ δύναμιν ἕκαστος συμμαχήσειν· καὶ ἔστιν αὐτοῖς τοῦτο ὅρκων ὁ βεβαιότατος.

88. Ἔπηλυς τὸν ἔνοικον.] Λείπει τὸ ἐξέβαλλεν.

89. Ἐπὶ χοίνικος μὴ καθίζειν.] Τουτέστι, μὴ ἐπαναπαύεσθαι τῇ ἐφημέρῳ τροφῇ, ἀλλὰ προσφέρειν.

90. Ἐπὶ θύραις τὴν ὑδρίαν.] Δηλονότι θείς. ἐπὶ τῶν ψυχαγωγούντων. Αἱ ὑδρίαι παρῆσαν ταῖς θύραις, τοῦ πίνειν τοὺς εἰσιόντας καὶ ἐξιόντας ἕνεκα.

91. Ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἵσταται.] Ἐπὶ τῶν ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ ὄντων. Ὅμηρος·

Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς,
Ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι.

92. Ἐπὶ λεπτοῦ μίτου τὸ ζῆν ἤρτηται.] Ὁμοία τῇ προτέρᾳ.

93. Ἐπαινῶ τὸν εἰπόντα τὰς ἐλπίδας ἐγρηγορούντων ἐνύπνια.]

94. Ἐπὶ ὅλμου ἐκοιμήσω.] Ἐπὶ τῶν μαντείαν ποριζομένων ἔκ τινων ἐνυπνίων· τὸν ὅλμον γὰρ συμβάλλεσθαι ἔλεγον πρὸς μαντείας.

ram aurem dormiens habeat erectam, tanquam experrectus.

87. *In corio sedit.*] De ijs, qui aliorum auxilium implorant. Id autem apud Scythas fieri moris erat, quando quis iniuria aliqua ab alio affectus, vindictam sumere vellet, pugnæque imparem se existimaret. Bouem enim immolabat, carnemque in frusta secans lixabat, & corium eius extendens, manibus in tergum reductis illi insidebat. Atque hoc apud Scythas maximum erat supplicandi genus. Si quis autem carnium illarum aliquam partem caperet, & pede dextro corium illud calcaret, eo ipso promittebat, se ei opem pro virili laturum: quòd ipsis omnium iuramentorum erat firmissimum & certissimum.

88. *Extraneus domesticum.*] Nempe, ejicit.

89. *Chœnici non insideas.*] Hoc est, quotidiano victui non acquiescas, sed vlteriùs te extendas.

90. *In foribus hydriam.*] Scilicet, ponens. De ijs, qui aliorum animos demulcere contendunt. Hydriæ ob id in foribus aderant, quò & ingredientes & egredientes biberent.

91. *In acie nouaculæ consistit.*] De ijs, qui in extremis versantur periculis. Homerus:

Nempe nouaclæ stant cunctorum in acumine nunc res,
Seu tristi exitio absumi, seu viuere Achiuos.

92. *A tenui filo vita dependet.*] Similis priori.

93. *Laudo illum qui dicit spes esse vigilantium somnia.*]

94. *In tripode dormiuisti.*] In eos, qui vaticinia edunt ex insomnijs quibusdam. Tripodem autem conferre ad vaticinationes dicebant.

95. *Ad*

Digitized by Google

95. *Ad Mandrabolæ morem res procedit.*] Hoc est, in peius. Mandrabolas enim quidam cùm iuramento se obstruxisset, se easdem hostias quotannis dijs facturum, primùm decem boues immolauit, deinde nouem, tertio autem reuoluto anno, alium insuper abstulit: sicque cæteris annis faciens, periurium incurrit. Ephorus autem ita ait: Mandrabolas cùm in Samio geophanium metalli genus figulinæ aptum inuenisset, primò quidem arietem aureum dedicauit, posteà argenteum, deinde ferreum minorem, denique nihil.

96. *In asino vellus.*] De impossibilibus. Neque enim ab asino vellus quis capere potest.

97. *Indigenæ secundum ventum norunt.*] Similis huic: *A Congio rape.*

98. *In teipsum lunam detrahis.*] In eos, qui sibiipsis mala accersunt. Nam Thessalæ mulieres, quæ lunam detrahunt, oculis & pedibus priuari dicuntur.

99. *Solertia capiuntur quæ alioqui capi nequeant.*]

100. *Permitte vt huc Vulcanus adueniat.*] Dicitur de rebus seu personis quæ ignem merentur.

95. Ἐπὶ τὰ Μανδραβόλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα.] Ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ τὸ χεῖρον. Μανδραβόλας γάρ τις τὰς αὐτὰς θυσίας ὅρκοις ἑαυτὸν καταδήσας τοῖς θεοῖς κατ' ἔτος προσάγειν· τὸ μὲν πρῶτον δέκα βοῦς ἔθυσε, τὸ δὲ δεύτερον, παρ' ἕνα, ἤτοι ἐννέα· περιελθόντος δὲ τοῦ τρίτου, ἀφεῖλεν ἕτερον· καὶ οὕτως ποιῶν διὰ τῶν ἑξῆς ἐνιαυτῶν, κατέστη εἰς ἐπιορκίαν· ὁ δὲ Ἔφορος οὕτως· ὁ Μανδραβόλας ἐν Σάμῳ γεωφάνιον εὑρὼν, πρῶτον μὲν κριὸν χρυσοῦν ἀνέθηκεν, ἔπειτα ἀργυροῦν, ἔπειτα χαλκοῦν ἐλάττονα· εἶτα οὐκέτι.

96. Ἐπ' ὄνου πόκος.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων· ἀπ' ὄνου γὰρ οὐκ ἔστι πόκον λαβεῖν.

97. Ἐπιχώριοι οὖρον ἴσασι.] Τὸν ἐπιτήδειον ἄνεμον. ὁμοία τῇ· Ἀπὸ χοέως σπάσον.

98. Ἐπὶ σαυτῷ τὴν σελήνην καθέλκεις.] Ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς κακὰ ἐπισπωμένων. αἱ γὰρ τὴν σελήνην καθέλκουσαι Θετταλίδες, λέγονται τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῶν ποδῶν στερίσκεσθαι.

99. Ἐπινοίαις θηρᾶται τἀθήρατα.]

100. Ἐπίτρεπε ὥστε τὸν Ἥφαιστον προσμολεῖν.] Λέγεται ἐπὶ τῶν ἀξίων πυρὸς, εἴτε προσώπων, εἴτε πραγμάτων.

CENTVRIA IX. ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Θ.

1. *IN spira funiculus.*] De ijs, qui quibusdam non alia donant quam quæ possident. Spira enim & ipse funiculus est.

2. *Periêre honesta.*] Competit in eos, qui volunt aliquod malum compendio significare. Hippocrates enim victus, Mindaro eiusmodi epistolam misit.

1. ΕΠὶ σπείρᾳ σχοινίον.] Ἐπὶ τῶν δωρουμένων τισὶν οὐχ ἕτερα, ἀλλ' οἷς κέκτηνται ὅμοια. σπεῖρα γὰρ καὶ σχοινίον τὸ αὐτό.

2. Ἔρρει τὰ καλά.] Ἐπὶ τῶν κακόν τι βουλομένων δηλῶσαι συντόμως· Ἱπποκράτης γὰρ ἡττηθεὶς, Μινδάρῳ ταύτην ἔπεμψε τὴν ἐπιστολήν.

3. Ἔρως

3. Ἔρως θάλλει μὲν εὐπορῶν, ἀποθνήσκει δ᾽ ἀπορῶν.]

4. Ἐρήμη δίκη.] Ὅταν μὴ ἀπαντήσας ὁ διωκόμενος ἐπὶ τὴν κρίσιν, καταδικασθῇ.

5. Ἐρετριέων ῥῶ.] Ἐπὶ τῶν κατακόρως τισὶ χρωμένων. κατακόρως γὰρ οὗτοι χρῶνται τὸ ῥῶ.

6. Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων.] Τοῦτο Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ᾽ Αὐτοκλέους, Ἡσιόδου φησὶ εἶναι παροιμίαν, ἣν αὖ ἔγραψε καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός.

7. Ἔρωτα παύει λιμὸς, εἰ δὲ μὴ, χρόνος. Ἐὰν δὲ μὴ δὲ ταῦτα τὴν φλόγα σβέσῃ, θεραπεία σοι τὸ λοιπὸν ἠρτήσθω βρόχος.

8. Ἐρήμην ἁλῶναι.] Ὅταν μὴ παρόντος τοῦ εὐθυνομένου, καταδικασθῇ ὁ διωκόμενος.

9. Ἔρημον ἐμβλέπειν.] Ἀκίνητον καὶ νωθρόν. οἷον ὅταν εἰς ἐρημίας ἢ πέλαγος μέγα καὶ ἀχανὲς βλέπωμεν. Ἀριστοφάνης Πολυΐδῳ.

10. Ἑρμῆς ἀμύητος.] Ἐπὶ τῶν μᾶλλον ἔν τισιν ἐμπείρων. χλευαστικὴ δὲ ἡ παροιμία, ὁμοία τῇ, Βάλλ᾽ ἐς ἔχοντα τὴν ἐπιστήμην.

11. Ἕρμαιον κοινόν. καὶ, Ἑρμῆς κοινός.] Ἐπὶ τῶν εὑρόντων τι κέρδος ἀπροσδόκητον, καὶ κοινὸν ποιησαμένων· ἢ ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς τιθεμένων ἀπαρχῶν, ἃς οἱ ὁδοιπόροι κατεσθίουσι· ἢ ἀπὸ τῶν σωρῶν, οἳ τῷ Ἑρμῇ ἀνέκειντο.

12. Ἔρχομαι κύων ὄπισθεν ἅρματα ἑλκόμενος.] Ἐπὶ τῶν ἑκουσίως τοῖς δεινοῖς ἐγκαρτερούντων.

13. Ἑρμώνειος χάρις.] Ἐπὶ τῶν κατὰ χάριν ἐκεῖνα διδόντων, ὧν ἀσμένως ἀπαλλάττονται. Ἕρμων γὰρ ἐκβαλλόμενος ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἧς ἦρχε

e

3. *Floret amor in rerum copia, moritur autem in egestate.*]

4. *Deserta causa.*] Quando accusator non comparens in iudicio condemnatur.

5. *Eretriensium R.*] Quando quis ad nauseam aliqua re vtitur. Ita enim isti vtuntur littera R.

6. *Res iuuenum, consulta senum, sunt vota senecta.*] Hyperides oratione contra Antoclea Hesiodeã parœmiam esse ait, quam etiã Aristophanes Grammaticus litteris prodidit.

7. *Fames amorem sedat, aut saltem mora, Sin ista flammam bina non extinxerint, Quod relliquum, saluti erit suspendium.*]

8. *Indicta causa damnari.*] Quando non præsente accusatore reus condemnatur.

9. *Desertum intueri.*] Hoc est, immotè & ignauè: vt quando in loca sola aut mare magnum vastumque intuemur. Aristophanes in Polyido.

10. *Mercurius non initiatus.*] De valdè expertis in re quapiam. Irrisoria parœmia, similis huic, *Iace in illum telum, qui habet scientiam.*

11. *Mercuriale commune. &, Mercurius communis.*] De ijs, qui lucrum aliquod præter opinionem nacti sunt, idque in commune partiuntur. Aut de primitijs quæ in vijs ponuntur, quas viatores ædunt. Aut ab aceruis, qui Mercurio dedicabantur.

12. *Adsum canis post terga currum qui traho.*] De ijs, qui sponte res aduersas tolerant.

13. *Hermonia gratia.*] De ijs, qui ob gratiam referendam ea dant, à quibus libenter liberantur. Hermon enim ab Atheniensibus ab insula Lemno, in qua imperabat,

 rabat,

Digitized by Google

rabat, eiectus; cùm anteà illam relinquere cuperet propter Persarum inuasionem, se Atheniensibus illum locum gratificari, Alcibiadi ait.

14. *Litem parans lis verba deposcit tibi.*] In eos, qui inter se garriunt, aut in philosophia disceptant.

15. *Amor Demonicæ.*] De valdè auaris. Brennus Galatarum rex Asiam deprædatus Ephesum venit, eamque obsidione cinxit, cumque iam belli finiendi terminum expectaret, virgo quædam nobilis, nomine Demonica, capta barbari amore, se ipsi Ephesum proditurami promisit; modò in mercedem armillas & monilia caperet. Brennus autem seducta illa in locum ad id destinatum, eò quoque milites selectos duxit, præcepitque vt quantum auri haberent in ornatum, id totum in auaræ huius sinum conjicerent: quibus iussum explentibus, Demonica præ multitudine auri proiecti, viua obruta fuit.

16. *Ad coruos.*] Bœotis Deus oraculum dederat, vt vbicunque albi corui apparuissent, illuc sedes suas transferrent. Accidit autem, vt à pueris malitiæ expertibus corui gypso inducerentur ad Pagaseticum sinum: quibus posteà Æoles eiectis, eò exules miserunt. Alij dicunt inde dictum, quòd animal istud impudens sit & ominosum. Aristoteles autem ait, quòd cùm pestis grassaretur, multique essent corui, homines eos cepisse, purgatósque, viuos dimisisse, pestique dixisse, *Fuge ad coruos.* Æsopus autem fabulatur, magnum graculum, existimantem se coruis esse similem, ad illos iuisse; deuictum autem ab illis rursum ad graculos redijsse: illos autem indignè ferentes, verberibus abegisse, dicentes, *Fuge ad coruos.* Aristides denique rationem reddit, quòd cùm in locis asperis & præru-

νήσου· ἦν δὲ αὕτη Λῆμνος· καὶ πρότερον αὐτὴν ἐκλείπειν βουλόμενος, διὰ τὴν τῶν Περσῶν ἔφοδον, εἶπε πρὸς τὸν Ἀλκιβιάδην, ὡς χαρίζομαι Ἀθηναίοις τὴν χώραν.

14. Ἔρις ἔριν τίκτουσα προσμνᾶται λόγον.] Ἐπὶ τῶν ἀδολεσχούντων, ἤτοι ἐπὶ φιλοσοφίᾳ ἐριζόντων.

15. Ἔρως Δημονίκης.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν φιλαργύρων· Βρέννος ὁ τῶν Γαλατῶν βασιλεὺς λεηλατῶν τὴν Ἀσίαν, εἰς Ἔφεσον ἦλθε, καὶ στρατοπεδευσάμενος περιέμενε τοῦ πολέμου τὴν προθεσμίαν· παρθένος δέ τις τῶν ἐπισήμων, τοὔνομα Δημονίκη, εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα τοῦ βαρβάρου, προδώσειν αὐτῷ τὴν Ἔφεσον ὑπέσχετο, ἐὰν μισθὸν λάβῃ τὰ ψέλλια καὶ τοὺς ὅρμους· ὁ δὲ Βρέννος δεξάμενος αὐτὴν, εἰς τόπον ὡρισμένον ἤγαγε τοὺς ὑποτεταγμένους, καὶ προσέταξε αὐτοῖς, τὸν χρυσὸν ὅσον εἶχον κόσμου χάριν, βάλλειν εἰς τὸν τῆς φιλαργύρου κόλπον. ποιησάντων δὲ αὐτῶν τὸ παραγγελθὲν, ἡ Δημονίκη ὑπὸ τῆς δαψιλείας τοῦ βαλλομένου χρυσίου, ζῶσα κατεχώσθη.

16. Ἐς κόρακας.] Βοιωτοῖς ὁ θεὸς ἔχρησεν, ὅπου αἱ λευκοὶ κόρακες φανῶσιν, ἐκεῖ κατοικεῖν· περὶ δὲ τὸν Παγασητικὸν κόλπον ὑπὸ παίδων ἀκάκων γυψωθέντας κόρακας. ὕστερον δὲ Αἰολεῖς, ἐκβαλόντες αὐτοὺς, τοὺς φυγαδευομένους εἰς αὐτὸ ἔπεμπον. οἱ δὲ, ὡς τοῦ ζώου ἀναιδοῦς καὶ δυσοιωνιστικοῦ ὄντος. Ἀριστοτέλης δέ φησι, λοιμοῦ κατασχόντος, καὶ κοράκων πολλῶν γενομένων, τοὺς ἀνθρώπους θηρεύσαντας αὐτοὺς καὶ περικαθαίροντας, ἐᾶν ζῶντας, καὶ ἐπιλέγειν τῷ λοιμῷ, Φεῦγ' ἐς κόρακας· ὁ δὲ Αἴσωπος μυθικῶς, κολοιὸν μέγαν, νομίσαντα τοῖς κόραξιν ὅμοιον εἶναι, πρὸς αὐτοὺς προσελθεῖν· ἡττηθέντα δὲ, πάλιν εἰς τοὺς κολοιοὺς ὑποστρέψαι· τοὺς δὲ ἀγανακτήσαντας παίειν αὐτὸν, λέγοντας, Φεῦγ' ἐς κόρακας· Ἀριστείδης δὲ ἀποδίδωσι, διὰ τὸ ἐν τραχέσι τόποις καὶ κρημνώδεσι νεοσσοποιεῖσθαι,

πιῶᾶδαι, λέγεν ἡμᾶς, Φεῦγ' ἐς κόρακας, ἤγουν εἰς σκότος, εἰς ὄλεθρον.

17. Ἔστι καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας.]

18. Ἐσκιμαλίχθαι σε χρή.] Ἐπὶ τῶν ἀξίων ὕβρεως· σκιμαλίσαι δὲ λέγεται, ὅταν βουλόμενοι ἐνυβρίσαι τινὰ, τὸν μέσον δάκτυλον ἐκτείναντες, καὶ τοὺς λοιποὺς συνάγοντες, ἐνδείξωσιν αὐτῷ· κυρίως δὲ λέγεται τὸ τὸν δάκτυλον εἰς τὸν πρωκτὸν τοῦ ὄρνεου βαλεῖν.

19. Ἔστι καὶ λέων ὅπη χρὴ, καὶ πίθηκος ἐν μέρει.] Ἐπὶ τοῦ πρὸς τὰ πράγματα μεταβαλλομένου καλῶς.

20. Ἔσχατα ἐσχάτων κακὰ διαπέπρακται.] Ὁμοία ἐστὶ τῇ· Δεινότερα Δεινίου. καὶ· Κυώτερα Κυώτινος. ἐπὶ τῶν ἄκρως κακῶν.

21. Ἑστίᾳ θύειν.] Οἱ γὰρ Ἑστίᾳ θύοντες, οὐδὲν ἐξέφερον τῆς θυσίας. ὁμοία τῇ· Αὐτῷ κανῷ κατέφαγες πάντα.

22. Ἔσχατος Μυσῶν πλεῖν.] Ἕλλησι λοιμῷ κρατουμένοις ὁ θεὸς ἔχρησεν ἐπὶ τὸν ἔσχατον Μυσῶν πλεῖν· οἱ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἠπόρουν, αὖθις δὲ τὴν Αἰολίδα παρὰ τοῖς ἐσχάτοις τῆς Μυσίας εὗρον· ἔνιοι τὴν παροιμίαν χρησμὸν λέγουσι Τηλέφῳ μανθανομένῳ γεγονέναι περὶ γονέων· ἐπὶ τίνας τόπους ἐλθὼν, εὕροι τοὺς γονεῖς· τὸν δὲ θεὸν προστάξαι πλεῖν ἐπὶ τὸν ἔσχατον Μυσῶν· ἀφικόμενον δὲ εἰς Τευθρανίαν· νέμεσθαι γὰρ ταῦτα τὰ χωρία τοὺς Μυσοὺς· ἐπιτυχεῖν τῇ μητρὶ αὐτοῦ. Τάσσεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δυσχερῆ ἐπιταττομένων.

23. Ἔστω ταμίας· τὰ δ' ἄλλ' εἰ βούλει κύων.] Ἐπὶ τῶν παρ' ἀξίαν εὐημερούντων, καὶ μάλιστα εὐνούχων.

24. Ἐπιτρέγναθος εἶ.] Ἐπὶ τῶν ἐπ' ἀπληστίᾳ ἀμφοτέραις ταῖς γνάθοις ἐσθιόντων· οἱ δὲ ἐπὶ τῶν ἀπειθῶν ἵππων.

ptis pullos creent, nos ideò dicamus, *Fuge ad coruos*; nempe in tenebras & perniciē.

17. *Est & fideli tuta silentio Merces.*]

18. *Medio digito ostenso te subsannari oportet.*] De ijs, qui contumelia & irrisione digni sunt. σκιμαλίσαι autem dicitur, quando contumelia quempiam afficere volentes, medium digitum illi ostendunt, cæteris coactis. Peculiariter autem vsurpatur, quando digitus in gallinæ podicem immittitur.

19. *Esto leo vbi oportet, esto & simia interdum.*] De eo, qui dextrè pro ratione negotiorum suorum se mutat.

20. *Extrema extremorum mala sunt perpetrata.*] Similis parœmiæ, *Atrociora Atrociano.* Et: *Caninio caninior.* De extremè improbis.

21. *Vestæ sacrificare.*] Vestæ autem sacrificantes nihil de his quæ fuerant immolata efferebant. Similis: *Vnà cum ipso canistro omnia deuorasti.*

22. *Postremus Mysorum nauigare.*] Græcis pestilentia laborantibus Apollo oraculo præcepit, ad vltimum Mysorum vt nauigarent. Et hi quidem primò dubitarunt, posteà tamen Æoliam insulam in vltima Mysia inuenerunt. Alij parœmiam oraculum fuisse aiunt, Telepho quo loco suos parentes reperturus esset sciscitanti redditum, Apollinem enim iussisse, vt ad extremum Mysorum nauigaret. Illumque in Teuthraniam appellentem, (illam verò tum Mysi tenebant) matrem suam reperisse. Pertinet parœmia ad eos, quibus difficilia iniunguntur.

23. *Sit quæstor, atqui cætera, si lubet, canis.*] In eos, qui præter meritū feliciter agunt: maximè verò in eunuchos.

24. *Vtriusque mandibulæ homo es.*] In eos, qui præ insatiabili cupiditate, vtraque mandibula cibos deuorant. Alius de equis indomitis.

Digitized by Google

25. *Heteromolia caussa.*] Quæ nullo præsente aduersario agitur.

26. *Festinauit ne madefieret, & in fossa suffocatus est.*] De ijs, qui cùm parua mala fugiant, in maiora incidunt.

27. *Generosior Codro.*] Fuit hic filius Melanthi Messenij, pater Medontis & Nelei: qui cùm Atheniensibus Dores bellum inferrent, quòd exules è Peloponneso, & inter illos etiam Melanthum excepissent; oraculumque ipsis redditum fuisset, vrbem ab ipsis euertendam, si à rege hostium abstinuissent; intellecto oraculo, lignatoris vestitu assumpto, in custodes eorum irruens, vnum ex illis interemit; reliqui autem in iram acti, ipsum comprehensum iugularunt, vt Eudemus ait.

28. *Felicitas multos habet amicos.*] Secundæ enim fortunæ, *vt ait Herodotus*, nulla hominibus satietas.

29. *Versatilior cothurno.*] Cothurnus est calcei genus, & dextro & sinistro pedi aptum. vnde & Theramenem, vnum ex triginta, cothurnum vocabant Athenienses. De ijs ergo, qui assiduè mutantur, vsurpata est hæc parœmia.

30. *Dormienti sagena capit.*] De ijs, qui feliciter & fortunatè res suas perficiunt. Contingit enim etiam dormientibus piscatoribus, nassam pisces capere.

31. *Fatuo digitum ne ostendas, ne & manum tibi deglutiat.*] Non esse stultis injiciendam audaciam innuit.

32. *Opta vicino vt habeat, maximè autem ollæ.*] Quòd melius sit domi habere, quam à vicino mutuò accipere.

33. *Eurybatus.*] Hoc est, malus. Ab eo ductum, qui missus fuit à Crœso cum pecunijs ad militem extraneum conscribendum, vt Ephorus ait, & ad Cyrum de-

25. Ἐτερομόλιος δίκη.] Εἰς ἣν οἱ ἀντίδικοι οὐκ εἰσῆλθον.

26. Ἔτρεχέ τις μὴ βρεχθείη, καὶ εἰς βόθρον ἀπεπνίγη.] Ἐπὶ τῶν μικρὰ φευγόντων κακὰ, καὶ περιπιπτόντων μείζοσιν.

27. Εὐγενέστερος Κόδρου.] Τοῦ υἱοῦ Μελάνθου, τοῦ Μεσσηνίου, πατρὸς δὲ Μέδοντος καὶ Νηλέως· οὗτος ὁ Κόδρος Δωριέων ἐπιστρατευσάντων Ἀθηναίοις, ἐπεὶ τοὺς ἐκ Πελοποννήσου φυγάδας προσεδέξαντο, ἐν οἷς καὶ Μέλανθον, χρησμοῦ τε αὐτοῖς δοθέντος, αἱρήσειν τὴν πόλιν, ἐὰν ἀπόσχωνται τοῦ τῶν πολεμίων βασιλέως, νοήσας τὸν χρησμὸν, ἀναλαβὼν ὑλοτόμου ἐσθῆτα, καὶ ἐντυχὼν τοῖς φύλαξι τῶν Δωριέων, ἕνα ἐξ αὐτῶν ἀνεῖλε· διοργισθέντες δὲ οἱ λοιποὶ, συλλαβόντες αὐτὸν ἀνεῖλον, ὡς Εὔδημος.

28. Εὐτυχία πολύφιλος.] Εὐπραξίας γὰρ οὐκ ἔστιν ἀνθρώποις οὐδεμία πληθώρη.

29. Εὐμεταβολώτερος κοθόρνου.] Κόθορνος ὑπόδημα ἁρμόζον τῷ δεξιῷ τε καὶ εὐωνύμῳ ποδί. ὅθεν καὶ Θηραμένην τὸν ἐπὶ τῶν τριάκοντα, κόθορνον ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι· ἐπὶ τῶν μεταστρεπομένων οὖν συνεχῶς ἡ παροιμία.

30. Εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ.] Ἐπὶ τῶν εὐτυχούντων. Συμβαίνει γὰρ κοιμωμένων τῶν ἁλιέων, τὸν κύρτον αἱρεῖν ἰχθύας.

31. Εὐήθει δάκτυλον μὴ δείξης, ἵνα μὴ τὴν παλάμην σου καταπίῃ.] Ὅτι οὐ χρὴ θάῤῥος διδόναι τοῖς ἀνοήτοις.

32. Εὔχου τῷ πλησίον ἔχειν, ἐπὶ πλέον δὲ τῇ χύτρᾳ.] Παρόσον τὸ οἴκοι ἔχειν, βέλτιον τοῦ παρὰ τοῦ γείτονος δέχεσθαι.

33. Εὐρύβατος.] Ἤτοι, πονηρός. Ἀπὸ τοῦ πεμφθέντος ὑπὸ Κροίσου ἐπὶ ξενολογίαν, ὡς φησὶν Ἔφορος, εἶτα μετα-

μεταβαλλομένου πρὸς Κῦρον· ἦν δὲ Ἐφέσιος· οἱ δὲ τὸν Κέρκωπα τὸν ἕτερον. Διότιμος Ἡρακλέους ἐν ἄθλοις·

Κέρκωπές τοι πολλὰ κατὰ τριόδους πατέοντες
Βοιωτῶν σίνοντο· γένος τ' ἔσαν οἱ δὲ χαλῆες,
Ὦλός τ' Εὐρύβατός τε δύω βαρυδαίμονε ἄνδρε.

Νίκανδρος·

Αἰγίνεον Εὐρύβατον πανουργότατον·

Οὗ μνημονεύει Ἀριστοτέλης ἐν πρώτῃ περὶ δικαιοσύνης. Δοῦρις δὲ ἐν τετάρτῳ περὶ Ἀγαθοκλέα, ἀπὸ τοῦ Ὀδυσσέως ἑταίρου· λέγεται δὲ, τὸν Εὐρύβατον, κλέπτην ὄντα, εἰρχθέντα καὶ παραφυλαττόμενον, ὃς ἐπειδὴ συμπίνοντες εἶλον αὐτὸν οἱ φυλάττοντες, ἐκέλευσεν ἐπιδείξασθαι τὴν ἐπὶ τοὺς οἴκους ἀναρρίχησιν, καὶ τὸ μὲν πρῶτον, διωθεῖσθαι· δεομένων δὲ ὡς οὐ βουλόμενον, ἐπεὶ μόλις ἀνέπεισαν, περιθέμενος τοὺς σπόγγους, καὶ τὰς ἐγκεντρίδας, ἀναδραμεῖν εἰς τοὺς τοίχους· ἀναβλέποντες δὲ ἐκεῖνοι καὶ θαυμάζοντες τὰς τέχνας, λαβεῖν αὐτὸν τὸν ὄροφον. καὶ ὑπερβαλόντα πρὶν ἐκεῖνοι κύκλῳ περιέλθωσι, διὰ τοῦ τέγους καταπατῆσαι.

34. Εὕρηκα ὃ οὐκ ἐζήτουν.] Ἐπὶ τῶν οἷς οὐκ ἤθελον περιπεσόντων.

35. Εὐρυκλῆς πᾶς ἐγγαστρίμυθος.] Ἀπὸ Εὐρυκλέους τοιούτου τινὸς μάντεως πολυλόγου.

36. Εὐγενὴς ἐκ βαλαντίου.] Ἐπὶ τῶν διὰ πλοῦτον εὐγενῶν εἶναι δοκούντων.

37. Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον.] Ἐπὶ τῶν μεταβολὴν κρείττονα οἰωνιζομένων. ὅτι τὴν ἀγρίαν καὶ παλαιὰν δίαιταν ἔφυγον, εὗρον δὲ τὴν ἥμερον τροφὴν, τοῦτο ἔλεγον· τὸ γὰρ ἐκ τῶν δρυῶν καὶ ἀκανθῶν πέμμα, κακὸν ἔλεγον. Νόμος δὲ ἦν

fecit, fuitque Ephesius. Alij dicunt alterum Cercopa. Diotimus in Herculis laboribus:

Bœotûm in triuijs errantes multa nocebant
Oechalidæ Cercopes, amarus dæmon vterque,
Olusque Eurybatusque.

Nicander:

AEgineum Eurybatum, quo non sceleratior vllus.

Huius meminit Aristoteles libro primo de iustitia. Duris autem libro quarto apud Agathoclea ab vno sociorum Vlyssis deducit. Ferunt etiam, Eurybatum furem quendam, cùm iam captus teneretur ab ijs, qui illum adseruabant, iussum vt sibi ostenderet quibus modis ædes conscenderet, illum primò quidem id recusasse, ac vix tandem, illis rogantibus, sibi persuaderi id passum, aptatisque spongijs & stimulis quibusdam, muros curriculo ascendisse; illisque suspicientibus atque artem admirantibus, tecti ipsam summitatem superasse, antequam illi ædes circumdare possent, moxque inde desilijsse.

34. *Inueni quod non quærebam.*] De ijs, qui incidunt in ea, quæ non volebant.

35. *Omnis Eurycles ventriloquus.*] Ab Eurycle quopiam, *huiusmodi* vate *multiloquo* garrulo admodum & loquace.

36. *Nobilis ex marsupio.*] In eos, qui propter diuitias nobiles esse putantur.

37. *Effugi malum, inueni bonum.*] De ijs, qui mutationem in melius auspicantur. Cùm agrestem veteremque vitæ rationem iam effugissent, suauioremque cibum inuenissent, ita loquebantur. Nam bellaria quæ ex quercubus & spinis proueniebant, malum vocitabant. Mos autem erat Atheniensibus, puerum, cuius

Digitized by Google

vterque parentum superstes, spinis vnà cum quercino fructu coronatum, canistrum panibus plenum ferentem, dicti hoc vsurpare; nempe mutatione in melius indicata.

38. *Lucrum abstinentiæ à cibo, cruditatem habent.*]De hominibus parcis. Plutarchus in præceptis de sanitate tuenda.

39. *Ephesiæ litteræ.*] Cantiones erant quædam magicæ, quas qui pronunciabant, in omnibus victores euadebant. Idem est, *Laureum baculum gesto.* Diogenianus autem dici ait illos, qui loquuntur quæ intelligi nequeunt: quòd quæ sub pedibus Dianæ Ephesiæ scripta sunt, percipi nequeant.

40. *Ad aquam.*] In iudicijs si quis aliquem defenderet, *Ad aquam*, dicebat.

41. *Ephemeri vita.*] De ijs, quæ æui sunt adeò breuis, vt eodem die quo nata, simul intermoriantur. Sunt autem animalcula quædam; quæ nomen ex vitæ mensura sortiuntur. Generantur autem in vino, & vase aperto euolant, simulque ac lucem adspexerint, confestim extinguuntur. Concessit itaque illis natura, vt in vitam progrederentur, sed malis illa suis citò liberauit; quòd nec suas calamitates sentiant, neque cuiusquam aliorum testes sint. Est & aliud animal, *μονήμερον* dictum, apud Hypanim fluuium, quod sub diluculi crepusculum natum, moritur dum sol in occasum vertitur, teste Aristotele.

42. *Super vno filio fluctuat.*] Hoc est, in vno spem generis sui habet. Dicitur & de naui, vt Dion in Romanis: paucæ enim, & maximè veloces naues, in continentem ruerunt: plures autem & maiores sublime in vadis fluctuabant.

43. *Contra sese cornua.*] De ijs, quibus insidiæ à domesticis suis struuntur.

Ἀθήνησι ἀμφιθαλῆ παῖδα ἐστεμμένον ἀκάνθαις μετὰ δρυίνων καρπῶν, λίκνον βαστάζοντα ἄρτων πλέων, τοῦτο λέγειν, αἰνισσόμενον τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολήν.

38. Ἐφόδιον τῆς ἀσιτίας τὴν ἀπεψίαν ἔχουσι.] Πλουτάρχου ἐκ τῶν ὑγιεινῶν ἀποφθεγμάτων. Ἐπὶ τῶν φειδωλῶν.

39. Ἐφέσια γράμματα.] Ἐπῳδαί τινες ἦσαν, ἃς φωνοῦντες ἐνίκων ἐν παντί· τουτέστι, Δαφνίνην φορῶν βακτηρίαν. Ὁ δὲ Διογενιανὸς, λέγεται, φησὶν, ἐπὶ τῶν ἀνεπίγνωστα λεγόντων. παρόσον ἐπὶ τοῖς ποσὶ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος τὰ γεγραμμένα, ἀσύνετα.

40. Ἐφ᾽ ὕδωρ.] Ἐν ταῖς δίκαις ὁ ἐπιμελησόμενός τινος, ἐλάλει, πρὸς ὕδωρ.

41. Ἐφημέρου ζωή.] Ἐπὶ τῶν ὠκυμόρων, ἢ καὶ αὐθημέρως θνησκόντων. ἔστι δὲ ζῶα ἐφήμερα οὕτω καλούμενα· λαβόντα τὸ ὄνομα ἐκ τοῦ μέτρου τοῦ κατὰ βίον. τίκτεται γὰρ ἐν τῷ οἴνῳ, καὶ ἀνοιχθέντος τοῦ σκεύους, τάδε ἐξέπτη· καὶ εἶδε τὸ φῶς, καὶ τέθνηκεν· οὐκοῦν παρελθεῖν μὲν αὐτοῖς ἐς τὸν βίον ἔδωκεν ἡ φύσις, τῶν δὲ ἐν αὐτοῖς κακῶν ἐρύσατο τὴν ταχίστην· μήτε τῶν ἰδίων συμφορῶν ᾐσθημένα, μήτε μὴν τινος τῶν ἀλλοτρίων μάρτυσι γεγενημένα. Ἔστι καὶ ἄλλο ζῶον, μονήμερον λεγόμενον, περὶ τὸν Ὕπανιν ποταμὸν, τικτόμενον μὲν ἅμα τῷ κνέφᾳ, ἀποθνῆσκον δὲ ἐπὶ δυσμαῖς ἡλίου τρεπομένου, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν.

42. Ἐφ᾽ ἑνὶ παιδὶ σαλεύει.] Ἤτοι ἔχει τὰς ἐλπίδας τοῦ γένους. λέγεται καὶ ἐπὶ πλοίων, ὡς Δίων ἐν Ῥωμαϊκοῖς· ὀλίγα μὲν γὰρ καὶ τὰ κουφότατα τῶν πλοίων πρὸς τῇ γῇ ὥρμει. τὰ δὲ δὴ πλείω καὶ μείζω μετέωρα διὰ τὰ τενάγη ἐπεσάλευεν.

43. Ἐφ᾽ ἑαυτῆς τὰ κέρατα.] Ἐπὶ τῶν ἐπιβουλὰς ἐκ τῶν οἰκείων ὑφισταμένων·

αἶγα

αἶγα γάρ φασι τοξευθεῖσαν καὶ ἰδοῦσαν τὸ τόξον, τοῦτο εἰπεῖν.

44. Ἐχῖνος τὸν τόκον ἀναβάλλει.] Λέγεται ἐφ' ὧν τὸ ἀναβάλλεσθαι πρὸς χεῖρον γίνεται· καὶ γὰρ οἱ χερσαῖοι ἐχῖνοι δοκοῦσι κεντούμενοι, ἀνέχειν τὸν τόκον, εἶθ' ὕστερον ὑπὸ τραχυτέρων τῶν ἐμβρύων, κάκιον ἀπαλλάσσειν ἐν τῷ τόκῳ. τοὺς ἐχίνους ἔτι ζῶντας, καὶ ἐν τοῖς ὀστράκοις ὄντας, καὶ προσβεβλημένους τὰ κέντρα, εἴ τις συντρίψας καὶ διαρρήξας εἰς τὴν θάλασσαν, ἄλλο ἄλλῃ τρύφος καταλίποι· τὰ δὲ ἄρα συνέρχεται αὖθις καὶ ἑνοῦται· καὶ τὸ συγγενὲς τρύμμα ἀνέγνω, καὶ προσπλακὲν συνέφυ. Ὁ χερσαῖος ἐχῖνος ὅταν ἁλίσκηται, παραχρῆμα ἐνούρησε τῷ δέρματι, καὶ ἀχρεῖον ἀπέφηνεν αὐτό. δοκεῖ δὲ εἰς πολλὰ ἐπιτήδειον. Ἐχῖνος ὁ θαλάττιος στομάχῳ ἐστὶ ἀγαθός· τὸν τέως γὰρ κακόσιτον ὄντα, καὶ ὅλως βδελυττόμενον, ὁ δὲ ἀναρρώννυσιν. Ἔστι δὲ κύστεως κενωτικός. Εἰ δὲ αὐτὸν ἐπιχρίσαις σώματι ψωριῶντι, ὁ δὲ σῶν ἐργάζεται τόν τι οὖν νοσοῦντα ταύτην τὴν νόσον. καυθεὶς δὲ ἅμα ὀστράκοις αὐτοῖς, ἐκκαθαίρει τὰ ῥυπῶντα τῶν τραυμάτων· χερσαίου δὲ ἐχίνου καυθέντος ἡ σποδιὰ πίττῃ προσανακραθεῖσα, εἶτα μέν τοι καταχρίεται τῶν λιποτριχούντων μερῶν, καὶ οἱ τέως φυγάδες, ἵνα τι καὶ παίξω, ὑπαναφύονται. Πινομένη δὲ οἴνῳ, νεφροῖς ἀγαθόν ἐστι· σώζει δὲ καὶ ὑδεριῶντας ποθεῖσα. ὁ χερσαῖος ἐχῖνος μέλλων ἁλίσκεσθαι, ἑαυτὸν συνειλήσας ἄληπτον ἐργάζεται· εἶτα μέν τοι καὶ πιέζει τὸ πνεῦμα, καὶ ἀκίνητος ἀτρεμεῖ, καὶ τὸν τεθνεῶτα ὑποκρίνεται.

45. Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα.] Δῆλον ἐπὶ τίνι, καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ.

46. Ἔχομεν σύμμαχον θεὸν Ἥφαιστον.] Ἐπὶ τῶν ἐλπιζόντων πυρὶ νικῆσαι τοὺς πολεμίους.

Aiunt enim, capram sagitta percussam, & arcum intuentem id dixisse.

44. *Echinus partum differt.*] De ijs, quibus mora maiori incommodo est. Videntur enim terrestres echini, quòd pungi se sentiant, partum differre, qui fœtu asperiori deinceps reddito, peius enixu defunguntur. Echinos autem marinos aiunt, adhuc viuos, & in conchis suis existentes, postquam spinas suas produxerunt, si quis comminuat, comminutasque in mare projiciat, fragmenta illa alibi sparsa rursum coire atque vniri, & suam quæque affinem partem recognoscere, applicitaque coalescere. Terrestris echinus, quando capitur, protinus pellem suam commingit, sicque illam, ad multa alioqui, vt videtur, aptam, inutilem reddit. Marinus echinus stomacho conducit, eumque eousque cibi inappetentem & ad quidlibet fastidientem corroborat. Vtilis est & vesicæ exonerandæ. Si illo corpus scabie laborans inungas, sanum reddit eo morbo hactenus detentum. Cum conchis ipsis crematus, vulnera putrefacta emundat. Terrestris autem echini exusti cinis cum pice admixta, & partibus quæ pilorum profluuio laborant inuncta, vt aliquid iocer, fugitiuos illos facit renasci. Eadem cum vino pota, renibus prodest. Seruat & aqua sub cute laborantes. Terrestris echinus iam capiendus seipsum conuoluens incomprehensibilem reddit. quin & halitum suum comprimit, & immobilis iacens, mortuum se esse fingit.

45. *Hostium dona non dona, neque vtilia.*] Clarum de quo dicatur. Estque apud Sophoclem.

46. *Habemus auxiliatorem Deum Vulcanum.*] De ijs, qui sperant per ignem se suos hostes superaturos.

Digitized by Google

47. *Habemus canem mendico auxiliantem.*] In eos, qui priuatis ſuis rebus confidunt; cùm tamen ab ipſis ſibi inſidiæ ſtruantur.

48. *Habet & muſca ſplenem, & formica bilem.*] De rebus contemptibilibus.

49. *Vt lapis te ſequatur, annitere.*] De ijs, qui res factu impoſsibiles aggrediuntur.

F.

50. Z*Aleuci lex.*] De rigidis. Zaleucus enim Locrorum legiſlator ſeueriſsimus. Huic ſimilis: *Tenedia bipennis.*

51. *Iupiter aquilam elegit.*] De ijs, qui vtilia & pulchra eligunt. Fertur enim, quòd cùm Iupiter naſceretur, aquila quoque fuerit progenita, & in bello contra gigantes aduolarit, tanquam ſuppetias latura: hincque factum vt in diſtributione auium Iupiter aquilam elegerit; cui & imperat, & nuntio ad illos vtitur, quos præeminentia aliqua dignos iudicauerit.

52. *Crobuli iugum.*] De meretricibus: ille enim accuſatus fuit, quòd leno cùm eſſet, duo ſcorta haberet. Alij de ijs, qui nimia improbitate vterentur, accipiunt.

53. *Iupiter, licet ſerò, diphtheram inſpexit.*] Quòd non ſit improuidus. Aiunt enim, Iouem in diphthera hominum facta inſcribere. De ijs autem dicitur, qui tandem, licet admodum ſerò, ſcelerum ſuorum pœnas luunt.

54. *Feruet olla, viuit amicitia.*] De ijs, qui cibo illecti amicitiam ineunt.

55. *Zenone continentior.*] Ille enim exactam & tenuem victus rationem habuit, adeò vt in parœmiam abierit. Septuaginta enim ſex annos cùm vixiſſet, mortuus

47. Ἔχομεν κύνα τῷ πτωχῷ βοηθοῦντα.] Ἐπὶ τῶν τοῖς οἰκείοις θαῤῥούντων, ὑπ' ἐκείνων δὲ ἐπιβουλευομένων.

48. Ἔχει καὶ μυῖα σπλῆνα, ἔχει καὶ χολὴν ὁ μύρμηξ.] Ἐπὶ τῶν εὐκαταφρονήτων.

49. Ἔψεσθαί σοι πείρα λίθον.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτοις ἐπιχειρούντων.

Z.

50. ΖΑλεύκου νόμος.] Ἐπὶ τῶν ἀποτόμων. Ζάλευκος γὰρ Λοκρῶν νομοθέτης ὠμότατος. Ὅμοιον τῷ· Τενέδιος πέλεκυς.

51. Ζεὺς ἀετὸν εἵλετο.] Ἐπὶ τῶν λυσιτελῆ καὶ καλὰ ἐκλεγομένων· λέγεται γὰρ, κατὰ τὴν τοῦ Διὸς γέννησιν τὸν ἀετὸν γεννηθῆναι· ἐν δὲ τῇ πρὸς γίγαντας μάχῃ παραστῆναι· διόπερ ἐν τῇ διανεμήσει τῶν πτηνῶν, Ζεὺς ἀετὸν εἵλετο· ᾧ καὶ προστάσσει καὶ ἀγγέλῳ χρῆται πρὸς ἐκείνους, οὓς ἐπιφανείας ἀξιοῖ.

52. Ζεῦγος Κρωβύλου.] Λέγεται ἐπὶ πόρνων· οὗτος γὰρ δύο ἔχειν κατηγορεῖτο πορνοβοσκὸς ὢν ἑταίρας· ἄλλοι δὲ ἐπὶ τῶν ὑπερβαλλούσῃ πονηρίᾳ χρωμένων.

53. Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας.] Ὅτι οὐκ ἀπρονόητος· τὸν γὰρ Δία φασὶν εἰς διφθέρας τὰ πραττόμενα τοῖς ἀνθρώποις γράφειν· λέγεται ἐπὶ τῶν βραδέως τιμωρουμένων.

54. Ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία.] Ἐπὶ τῶν δείπνῳ συνιόντων εἰς φιλίαν.

55. Ζήνωνος ἐγκρατέστερος.] Οὗτος γὰρ ἀκριβῆ δίαιταν εἶχε καὶ λιτὴν, ὥστε καὶ εἰς παροιμίαν χωρῆσαι· ἑβδομήκοντα γὰρ πρὸς τοῖς ἓξ βιοὺς ἔτη,

κατέ-

κατέστρεψε τὸν βίον, ἄνοσος καὶ ὑγιὴς διατελέσας.

56. Ζητῶν ὄψον, θοιμάτιον ἀπώλεσα.] Ἐπὶ τῶν ἀτυχεστάτων.

57. Ζητεῖς τὸν οὐ παρόντα καὶ μάτην καλεῖς.] Ὁ Ἡρακλῆς συμπλέων τοῖς Ἀργοναύταις, περί τινα κρήνην ἀποστέλλει τὸν Ὕλαν ὑδρευσόμενον. Νηρηΐδες δὲ τὸν νεανίαν λαβοῦσαι τοῖς ὕδασιν, ἀπεθέωσαν. Ἡρακλῆς δὲ, μηκέτι τοῦ μειρακίου ὑποστρέφοντος, πᾶσαν ὕλην καὶ κρήνην περιτρέχων, τὸν οὐ παρόντα ζητῶν κατεφαίνετο· περὶ οὗ φησι καὶ Θεόκριτος·

Κὤχεθ' Ὕλας ὁ ξανθὸς, ὕδωρ ἐπιδόρπιον οἰσῶν.

58. Ζωπύρου τάλαντα.] Κρατῖνος φησὶ Ζώπυρον Πέρσην ὄντα, ἀπὸ φιλοτιμίας χαριζόμενον βασιλεῖ, μαστιγῶσαι ἑαυτὸν· καὶ τῆς ῥινὸς καὶ τῶν ὤτων ἀποστερήσαντα, εἰσελθεῖν εἰς τὴν Βαβυλῶνα· καὶ πιστευθέντα διὰ ταύτην τὴν κακουχίαν, καταλαβεῖν τὴν πόλιν· καὶ ἐκ μεταφορᾶς εἰπεῖν, τάλαντα καὶ ζυγὰ, οἱονεὶ ἔργα καὶ πράξεις.

59. Ζωὴ πίθου.] Ἐπὶ τῶν μετρίως ζώντων· Ἀπὸ Διογένους τοῦ φιλοσόφου, ᾧ πίθος ἡδίστη διατριβή.

60. Ζώνη περίβαλε τὴν γαστέρα.] Ἐπὶ τῶν ἔτι ἰσχνῶν, ἔτι παχέων· οἱ γὰρ Ἴβηρες ὅ,τι ἂν αἱ γυναῖκες αὐτῶν ἐξυφάνωσιν ἢ νήσωσιν, ἐν τῷ κοινῷ δεικνύουσι· χειροτονητοὶ δέ τινες ἄνδρες, κρίνουσι τὰ ἔργα τῶν γυναικῶν· καὶ τὴν πλεῖστα ἐργασαμένην προτιμῶσιν· Ἔχουσι δὲ καὶ μέτρον τι ζώνης, ᾗ τὴν γαστέρα ἂν μὴ περιλαβεῖν δυνηθῶσιν, αἰσχρὸν ἡγοῦνται.

61. Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν.] Ἀντὶ τοῦ, τὸ δίκαιον μὴ παραβαίνειν.

62. Ζωὸς γένησῃ κρομμύου μοῖραν λαβών.] Ἐπὶ τῶν ἐκ μικρᾶς αἰτίας μεγάλην δόξαν καρπουμένων.

est; ad finem vsque vitæ morbi expers sanusque persistens.

56. *Obsonium quærens, tunicam amisi.*] De infortunatissimis.

57. *Qui non adest frustrà aduocas.*] Hercules cum Argonautis nauigans, Hylam ad fontem quendam aquatum mittit. Nereïdes autem adolescentulum acceptum intra aquas, in Deum conuerterunt. Hercules verò illo non redeunte, totum nemus & fontem circumcursans, non apparentem quæsiuit; de quo ait Theocritus:

Ibat flauus Hylas, latices in prandia latum.

58. *Zopyri talenta.*] Cratinus ait, quòd cùm esset apud Philippum Persam, ob affectum quem erga regem gerebat, quo illi gratificaretur, seipsum verberibus affecisse, & naso auribusque priuasse: sicque Babylonem ingressum, fideque propter hanc corporis mutilationem sibi comparata, vrbem cepisse. Translatitiè que dictum, talenta & stateres, pro factis operibusque.

59. *Vita doliaris.*] De ijs, qui moderatè viuunt. A Diogene philosopho, cui dolium suauissima habitatio.

60. *Zona ventrem circumcinge.*] De exilibus, siue etiam crassis. Iberi enim, quidquid vxores ipsorum texuerint aut neuerint, publicè ostendunt. Viri autem quidam ad id delecti, de operibus fœminarum diiudicant; & quæ plurimùm confecerit, præ alijs honorant. Habent & mensuram quandam zonæ, quibus si ventrem cingere non possint, turpe arbitrantur.

61. *Stateram ne transgrediare.*] Pro eo, quod est, Iustitiam ne transilias.

62. *Reddère saluus, cæpe duntaxat cape.*] In eos, qui ex parua causa magnum gloriæ fructum percipiunt.

Digitized by Google

63. *Viuimus non vt volumus, sed vt possumus.*] De ijs, qui non viuunt pro sua voluntate.

H.

64. *Scytharum oratio.*] In eos, qui apertè alicui malè precantur. Tale quid enim Dario Persæ responderunt.

65. *Aphya ignem.*] De rebus quæ citò perficiuntur & absoluuntur: eò quod aphya citò coquatur.

66. *Currus bouem.*] Scilicet, trahit. De ijs qui præposterè aliquid agunt.

67. *Seu dolo, seu vi: seu clàm, seu prorsus apertè.*] Antigonus interrogatus, quomodo quis hostes suos aggredi deberet? hoc versu respondit.

68. *Carnes edendæ, aut non edendæ cochleæ.*] Testudinis caro, pauca comesta, ventris tormina excitat, multa verò, purgat. Vnde & parœmia de ijs, qui cùm militiam detrectent, militant tamen. Aiunt autem Terpsionis esse.

69. *Oratio breuis par est silentio.*] Lycurgi apophthegma.

70. *Camelus cornua desiderans, etiam aures perdidit.*] In eos, qui cùm aliena appetant, etiam quæ habent propria amittunt.

71. *Canis in præsepi.*] In eos, qui bonis suis aut diuitijs nec ipsi vtuntur, nec alijs vti permittunt. Eò quòd canis in præsepi nec ipse auenam comedere præsumat, neque equo deuorandam concedat.

72. *Malum iudicium omnis mali causa.*] Iamblichi sententia.

73. *Aut florem cucurbitæ, aut cu-*

63. Ζῶμεν, οὐχ' ὡς θέλομεν ἀλλ' ὡς δυνάμεθα.] Ἐπὶ τῶν μὴ κατὰ προαίρεσιν ζώντων.

H.

64. Ἡ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις.] Ἐπὶ τῶν οἰμώζειν τινὰ λεγόντων· τοῦτο γὰρ πρὸς Δαρεῖον τὸν Πέρσην ἀπεκρίναντο οἱ Πέρσαι.

65. Ἡ ἀφύη πῦρ.] Ἐπὶ τῶν ταχέως λαμβανόντων· παρόσον ἡ ἀφύη ταχέως ἑψεῖται.

66. Ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν.] Λείπει τὸ, ἕλκει. Ἐπὶ τῶν ἀντιστραμμένως τι ποιούντων.

67. Ἠὲ δόλῳ, ἠὲ βίῃ· ἢ ἀμφαδὸν, ἠὲ κρυφηδόν.] Ἀντίγονος ἐρωτηθεὶς, Πῶς ἄν τις ἐπιθοῖτο τοῖς πολεμίοις; εἶπε τοῦτο τὸ ἔπος.

68. Ἡδὺ χελώνης κρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν.] Τῆς χελώνης ὀλίγα κρέα βρωθέντα στρόφους ποιεῖ, πολλὰ δὲ καθαίρει· ὅθεν ἡ παροιμία, ἐπὶ τῶν ἀποδυόντων μὲν πρᾶγμα, στρατευομένων δέ· φασὶ δὲ αὐτὴν Τερψίωνος εἶναι.

69. Ἡ βραχυλογία ἐγγύς ἐστι τοῦ σιγᾶν.] Λυκούργου τὸ ἀπόφθεγμα.

70. Ἡ κάμηλος ἐπιθυμήσασα κεράτων, καὶ τὰ ὦτα προσαπώλεσεν.] Ἐπὶ τῶν τὰ ξένα ἐπιθυμούντων, καὶ προσαποβαλλόντων τὰ ἴδια.

71. Ἡ κύων ἐν φάτνῃ.] Πρὸς τοὺς μήτε αὐτοὺς χρωμένους μήτε ἐῶντας· παρόσον ἡ κύων κριθὴν οὐκ ἐσθίει μένουσα ἐν φάτνῃ, καὶ τὸν ἵππον οὐκ ἐᾷ.

72. Ἡ κακὴ κρίσις παντὸς κακοῦ αἴτιον.] Ἰαμβλίχου γνώμη.

73. Ἢ κρίνον, ἢ κολοκύντην.] Τὸ

τῆς κολοκύντης αὐτὸς καλεῖται κρίνον· ἔταττον οὖν τὸ μὲν κρίνον ἐπὶ τοῦ τεθνηκότος, τὴν δὲ κολοκύντην, ἐπὶ τοῦ ὑγιοῦς.

74. Ἡ κέρκος τῇ ἀλώπεκι μαρτυρεῖ.] Ἐπὶ τῶν δεικνύντων ἀπὸ μικρᾶς πράξεως τὸ ἦθος. ὡς, Ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα. Ἐκ τοῦ γεύματος γινώσκεις τὸν ἄριστον. Τὸν Αἰθίοπα ἐκ τοῦ ὄψεως. Ἐκ τῶν ὀνύχων τὸν λέοντα. Ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον.

75. Ἡλικίαν σὴν οὐκ ἔχω.] Ἐπὶ τοῦ καταφρονοῦντός τινος ὡς ἀνοήτου.

76. Ἢ λέγε τι σιγῆς κρεῖττον, ἢ σιγὴν ἔχε.] Παραινετική.

77. Ἡ Λύκου δεκάς.] Ὁ Λύκος Ἀθήνησι πρὸς τῷ δικαστηρίῳ, ἥρως μορφὴν ἔχων θηρίου.

78. Ἧλιξ ἥλικα τέρπει.] Παλαιὸς λόγος· ἡ γὰρ ἰσότης τοῦ χρόνου, φησὶν ὁ Πλάτων, ἐπὶ ἴσας ἡδονὰς ἄγουσα, δι' ὁμοιότητα φιλίας παρέχεται.

79. Ἡλίῳ φῶς δανείζεις.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

80. Ἧλος τὸν ἧλον, καὶ πάτταλος τὸν πάτταλον ἐξέκρουσε.] Ἐπὶ τῶν ἰωμένων δι' ἁμαρτήματος ἁμάρτημα.

81. Ἠλιθιώτερος Ἀδώνιδος τοῦ Πραξίλλης.] Ἄδωνις γάρ τις Πραξίλλης υἱὸς ἀποθανών, καὶ ἐρωτηθεὶς πρὸς τῶν ἐν ᾅδου, τί κάλλιστον ἄνω κατέλιπεν; ἀπεκρίνατο, Ἥλιον, σελήνην, σῦκα, καὶ μῆλα· ἔδοξε γοῦν ἠλίθιος, ταῦτα ἐξισῶν τῷ ἡλίῳ. ὁμοία τῇ, Ἀνώτερος Αἰβύκου καὶ Κορύκου καὶ Μελιτίδου.

82. Ἡμένη πελειάς.] Ἐπὶ τῶν ἀπλουστάτων τατ‍τομένη. Αἱ περιστεραὶ ἐν μὲν ταῖς πόλεσι τοῖς ἀνθρώποις συναγελάζονται καὶ εἰλοῦνται περὶ τοῖς ποσὶν, ἐν δὲ

curbitam.] Cucurbitæ flos vocatur κρίνον. Posuerunt igitur hoc quidem pro mortuo, illam verò pro sano ac valente.

74. *Cauda vulpi testimonium fert.*] De ijs, qui actione quapiam leui mores & ingenium suum produnt. Sicut illud, *Ex limbo telam, Ex gustu prandium agnoscis. Aethiopem ex aspectu, Ex vnguibus leonem, Ex fructu arborem.*

75. *Aetatem tuam non habeo.*] De illo qui alteri tanquam fatuo illudit.

76. *Aliquid silentio melius loquere, aut tace.*] Admonitoria.

77. *Lupi decas.*] Lycus Athenis in foro heros formam feræ habens.

78. *Aequalis æqualem delectat.*] Vetus dictum. Temporis enim æqualitas, ait Plato, ad æquales oblectationes ducens propter similitudinem, amicitiam conciliat.

79. *Soli lumen mutuaris.*] De impossibilibus.

80. *Clauus clauum, & palus palum excussit.*] De ijs, qui peccatum peccato sanant.

81. *Stupidior Adonide Praxelles filio.*] Adonis enim quidam Praxelles filius iam mortuus, interrogatus à Plutone, quid pulcherrimum in terra reliquisset? respondit, Solem, lunam, ficus, poma. Hinc stupidus habitus, quod ista cum sole coæquasset. Similis illi: *Stupidior Aebyco, & Coryco, & Melitide.*

82. *Columba sedenti.*] De simplicissimis ponitur. Columbæ, in vrbibus hominum sese cœtui aggregant, & ante illorum pedes versantur: in locis vero desertis, ab

Digitized by Google

ab ijsdem fugiunt. Fidunt enim multitudini, tanquam nihil per illam tristius perpessuræ; vbi verò aucupes & insidiatores aduersus ipsas sunt comparati, non amplius sine metu habitant. Et palumbium qiudem aiunt marem ac fœminam semel perfecto coniugio copulatos, continuò inuicem adhærere, & temperantia illa coniugali seruata, neutram aliquod veneris consortium appetere. Quòd si tamen facere contingat, marem illum cognatæ aues discerpunt: fœminam autem fœminæ. Hæc verò inter illas lex etiam ad turtures transit.

83. *Aut manentem mori, aut vincere oportet.*] De magnanimis.

84. *Mulus clitellarius.*] De hominibus nullius pretij.

85. *Nos decem Rhodij, decem naues.*] De iactabundis.

86. *Exscripsit ecquis dictionem Morsimi?*] De abiectis & infamibus.

87. *Purges nisi molasque, non edes piger.*] De ijs, qui per laborem, necessarium sibi victum acquirunt.

88. *Fuit & mihi aliquando prora & puppis.*] De ijs, qui aliquando varijs in rebus fortunati fuerunt.

89. *Spartam quam nactus es, exorna.*] Admonet, ne quis ad ea quæ supra dignitatem suam sunt, prosiliat.

90. *Balba non credit.*] In eos, qui defectus suos contegere præsumunt.

91. *Panagæa Diana.*] De erronibus & instabilibus: quòd Dea illa circumire & errare feratur.

92. *Hercules hospitio excipitur.*] De ijs, qui cunctantur. Nam ita faciunt qui Herculem excipiunt hospitio, quòd vir sit multi cibi.

τοῖς ἐρήμης χωρίοις ἀποδιδράσκουσι· θαρρoῦσι μὲν γὰρ τοῖς πλήθεσιν, ὡς οὐδὲν πείσονται δυσχερές· ὅπου δὲ ὀρνιθοθῆρες καὶ ἐπιβουλευταὶ κατ' αὐτῶν, ἄτρεστα οἰκοῦσιν οὐκέτι. καὶ τὰς φάττας δέ φασι, τὸν ἄρρενα καὶ τὸν θηλυκὸν συνδυασθέντας, καὶ οἱονεὶ συμπεράσαντας, εἰς γάμους ἀλλήλων ἔχεσθαι, καὶ σωφρονεῖν, καὶ οὐκ ἂν ὀθνείου λέχους οὐθ' ἕτερος ἅψεται. ἐὰν δὲ ἐπιφθαλμίσωσιν ἑτέροις, τὸν μὲν ἄρρενα οἱ ὁμογενεῖς διασπῶσιν· αἱ θήλειαι δὲ τὴν θηλυκήν. Οὗτος ἄρα νόμος καὶ ἐς τὰς τρυγόνας ἀφικνεῖται.

83. Ἢ μένοντα ἀποθανεῖν, ἢ νικᾶν.] Ἐπὶ τῶν εὐψύχων.

84. Ἡμίονος κανθήλιος.] Ἐπὶ τῶν οὐδενὸς ἀξίων.

85. Ἡμεῖς δέκα Ῥόδιοι, δέκα νῆες.] Ἐπὶ τῶν ἀλαζονευομένων· τοῦτο δὲ εἶπε ἡ Δημήτηρ πρὸς Τριπτόλεμον.

86. Ἦ Μορσίμου τις ῥῆσιν ἐξεγράψατο;] Ἐπὶ τῶν ἀποβλήτων καὶ διαβεβλημένων.

87. Ἢν μὴ καθάρῃς καὶ ἀλέσῃς, οὐ φάγῃς.] Ἐπὶ τῶν σὺν μόχθῳ πορίζομένων τὴν ἀναγκαίαν τροφήν.

88. Ἦν ποτε κἀμοὶ πρῷρα καὶ πρύμνη.] Ἐπὶ τῶν ἐν διαφόροις πράγμασί ποτε εὐτυχούντων.

89. Ἣν ἔλαχες Σπάρτην, ταύτην κόσμει.] Παραινεῖ γὰρ, μὴ τοῖς ὑπὲρ ἀξίαν ἐπιπηδᾶν.

90. Ἡ ψελλὴ οὐ πιστεύει.] Ἐπὶ τῶν κρύπτειν πειρωμένων τὰ οἰκεῖα ἐλαττώματα.

91. Ἡ Παναγαία Ἄρτεμις.] Ἐπὶ τῶν ἀγυρτῶν καὶ πενήτων. Παρόσον καὶ ἡ θεὸς ἀγείρειν καὶ πλανᾶσθαι λέγεται.

92. Ἡρακλῆς ξενίζεται.] Ἐπὶ τῶν βραδυνόντων· οἱ γὰρ ὑποδεχόμενοι τὸν Ἡρακλῆν βραδύνουσι· πολυφάγος γὰρ ὁ ἀνήρ.

92. Ἡρα-

93. Ἡράκλειος νόσος.] Ἡ ἱερά· εἰς ταύτην γὰρ περιέπεσεν Ἡρακλῆς.

94. Ἡρακλῆς καὶ πίθηκος.] Ἐπὶ τῶν ἀσυμβάτων.

95. Ἡράκλεια λουτρά.] Ἐπὶ τῶν δῶρα λαμβανόντων. κατὰ δωρεὰν γὰρ ὁ Ἥφαιστος ἀνέδωκε λουτρὰ τῷ Ἡρακλεῖ.

96. Ἡρακλέως λίθος.] Ταύτην ἔνιοι μαγνίτην λέγουσι.

97. Ἡράκλειος ψώρα.] Ἡ Ἡρακλείων θερμῶν δεομένη πρὸς θεραπείαν· τῷ γὰρ Ἡρακλεῖ πολλαχῆ ἀνῆκε θερμὰ λουτρὰ ἡ Ἀθηνᾶ.

98. Ἦσαν πότ᾽ ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.] Ἐπὶ τῶν ποτε εὐπόρων γεγονότων.

99. Ἢ σιγὴν καίριον, ἢ λόγον ὠφέλιμον.] Πυθαγόρου.

100. Συλοσῶντος χλαμύς.] Ἐπὶ τῶν ἀλαζονευομένων ἐπὶ ἐσθῆτι· οὗτος γὰρ εἶχε χλαμύδα, ἣν Δαρείῳ ἰδιωτεύοντι δωρησάμενος, ἔτυχε τῆς εἰς Σάμον καθόδου.

93. *Herculeus morbus.*] Hoc est, sacer: in illum enim Hercules incidit.

94. *Hercules & simia.*] De dissidentibus inter se.

95. *Herculana balnea.*] De ijs, qui munera accipiunt. Muneri enim Vulcanus Herculi balnea dedit.

96. *Heracleus lapis.*] Hunc quidam magnetem vocant.

97. *Herculana scabies.*] Quæ Herculis thermis indiget vt curetur. Nam Herculi multis in locis Vulcanus calida balnea permisit.

98. *Fuere quondā strennui Milesij.*] De ijs, qui aliquando facultatibus præstiterunt.

99. *Aut opportunum silentium, aut sermonem vtilem habe.*] Pythagoræ monitum.

100. *Sylosontis chlamys.*] In illos, qui propter vestes superbiunt. Hic etenim cùm Dario adhuc priuato & ignoto tunicam suam obtulisset, regreßionem in Samum obtinuit.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Ι.

1. Ἡ συκάμινος συκαμίνῳ ῥύπτεται.] Πρὸς τοὺς ἑαυτοῖς τὰ ὠφέλιμα λαμβάνοντας ἐξ ἑαυτῶν.

2. Ἡττήθης τινὸς ἀλεκτρυόνος.] Ἐπὶ δούλων ἢ θεραπόντων ἑπομένων τοῖς δεσπόταις.

39. *Ciliciј hirci.*] Hoc est, villosi: vnde etiam Cilicium nomen accepit, quòd ex villosis eiusmodi pilis contexatur.

40. *Amicorum res communes.*]

41. *Anagyrum moues.*] De ijs, qui sibi ipsismet mala & infortunia accersunt. Est porrò Anagyrus flos, qui tritus redolet: est & municipium Atticæ; item nomen proprium herois, cuius cùm quidam lucum excidisset, concubinæ eius insanum erga filium ipsius amorem immittit: cumque in suam libidinem inducere illum non posset, apud patrem intemperantiæ accusauit: qui ipsum ex tecto præcipitatum mutilauit, ac deinde seipsum suspendit. Concubina autem seipsam in puteum proiecit, vt refert Hieronymus in opere De tragœdiarum scriptoribus, cùm hisce Euripidis Phœnicem comparans. Quando igitur quis in suummet damnum quid agit, Anagyrum mouebis dici solet.

42. *Mouebo calculum à sacra linea.*] De ijs, qui extrema quæque periclitantur.

43. *Periculosa in prora sedes.*] Hostes quippe nauem occupaturi prius proram aggrediuntur.

44. *Cinclo pauperior.*] Cinclus volucre animal, posteriori parte debilis est. ideò neque suapte natura, neque per se nidum suum construere posse dicitur, ac proinde in alienis parere. Hinc pauperes cinclos appellabant. Mouet hæc auis semper pennas quas in cauda habet, vt apud Archilochum Cerylus.

45. *Qui vicit plorat; fuit at qui victus, obiuit.*] Athenienses à Philippo deuicti perierunt: ipse victor à Pausania interemptus est.

46. Κλιτοριάζειν.] In puerorum amatores, aut intemperantes erga mulieres.

47. *Cnips*

47. *Cnips extra regionem.*] De ijs, qui celeriter saltant: tale enim illud animal.

48. *Cnodali chœnix.*] De ijs, qui magnis mensuris vtuntur.

49. *Exorna Spartam quam sortitus es.*] De ijs, qui agellum hæreditate obtentum excolunt. Spartæ enim hæreditatem sortiebantur.

50. *Cornix litteras fert.*] De ijs, qui nuntium citò perferunt.

51. *Cribro vaticinatur.*] De parui pretij vatibus.

52. *Corydeo deformior.*] Nam is ob deformitatem traducebatur.

53. *Colophonem malorum imposuisti.*] Hoc est, absolutam malorum multitudinem.

54. *Curetum os.*] De ijs, qui se vaticinaturos promittunt. Vates enim Curetes fuerunt.

55. *Commune naufragium omnibus est consolatio.*] Quòd homines facilius calamitates ferant, videntes etiam alios easdem secum pati.

56. *Granum frumenti mortem conciliauit.*] De ijs, qui propter exiguum lucrum, magnum periculum subeunt.

Ex Palaeph. p. 48.

57. *Cotto fortior & Briareo.*] Ferunt hosce duos viros centum manus habuisse. Quomodo autem non fatuum hoc? Res verò ipsa sic habet: Ciuitati quam illi inhabitabant, nomen Hecatoncheriæ fuit, eaque sita erat in regione Orestiadis. Hinc homines dicebant, Cottus & Briareus centimani, opem dijs ferentes, Titanas Olympo expulerunt.

58. *Crates dimittit ea quæ sunt Cratetis; ne quæ sunt Cratetis, Cratetem superent.*] Hic ex Bœotis genus trahens, cùm Cynicam philosophiam amplecti vellet, quas habebat pecunias corripiens, populo proiecit, hac prouerbiali locutione vsus.

47. Κνὶψ ἐκ χώρας.] Ἐπὶ τῶν ταχυπηδώντων· ὁ γὰρ κνὶψ τὸ θηρίον τοιοῦτον.

48. Κνωδάλου χοῖνιξ.] Ἐπὶ τῶν μεγάλοις μέτροις κεχρημένων.

49. Κόσμει Σπάρταν ἣν ἔλαχες.] Ἐπὶ τῶν κοσμούντων τὸ κληρονομιαῖον γήδιον· Σπαρτίῳ γὰρ ἐκληροδοτοῦντο.

50. Κορώνη γράμματα κομίζει.] Ἐπὶ τῶν ἀγγελλίας ταχείας φερόντων.

51. Κοσκίνῳ μαντεύεται.] Ἐπὶ τῶν εὐτελῶν μάντεων.

52. Κορυδέως εἰδεχθέστερος.] Ἐπὶ δυσμορφίᾳ οὗτος διεβάλλετο.

53. Κολοφῶνα κακῶν ἐπέθηκεν.] Ἤτοι τὸ τέλειον καὶ πλῆρες.

54. Κουρήτων στόμα.] Ἐπὶ τῶν μαντεύεσθαι ὑπισχνουμένων· μαντικοὶ γὰρ οἱ Κουρῆτες.

55. Κοινὸν ναυάγιον τοῖς πᾶσι παραμύθιον.] Ὅτι ῥᾳδίως φέρουσιν οἱ ἄνθρωποι τὰς συμφορὰς, ὁρῶντες καὶ ἄλλους ταὐτὸ παθοῦντας.

56. Κόκκος σίτου προυξένησε θάνατον.] Ἐπὶ τῶν διὰ κέρδος εὐτελὲς, μέγαν ὑφισταμένων κίνδυνον.

57. Κόττου ἰσχυρώτερος καὶ Βριάρεω.] Φασὶ περὶ τούτων ὡς ἔσχον ἑκατὸν χεῖρας, ἄνδρες ὄντες· πῶς δὲ οὐκ εὔηθες τὸ τοιοῦτον; τὸ δ' ἀληθὲς οὕτως ἔχει· τῇ πόλει ὄνομα ἦν Ἑκατογχειρία, ἐν ᾗ ᾤκουν. ἦν δὲ πόλις τῆς καλουμένης Ὀρεστιάδος· ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, Κόττος καὶ Βριάρεως οἱ ἑκατόγχειρες βοηθήσαντες τοῖς θεοῖς, ἐξήλασαν τοὺς Τιτᾶνας ἐκ τοῦ Ὀλύμπου.

58. Κράτης ἀπολύει τὰ Κράτητος, ἵνα μὴ τὰ Κράτητος κρατήσῃ τὸν Κράτητα.] Οὗτος γὰρ ἐκ Βοιωτίας ἕλκων τὸ γένος, φιλοσοφῆσαι θέλων τὴν Κυνικὴν φιλοσοφίαν, λαβὼν τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, ἔρριψε τῷ δήμῳ, εἰπὼν τὸν παροιμιώδη τοῦτον λόγον.

59. Κρητί-

59. Κρητίζειν.] Ἐπὶ τοῦ ψεύδεσθαι· ἀπατηλικοὶ γὰρ οἱ Κρῆτες.

60. Κριὸς τροφεῖα ἀπέτισεν.] Ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων· οἱ γὰρ κριοὶ τὰς φάτνας πλήττουσι καὶ τοὺς τρέφοντας.

61. Κρείσσων Ζώπυρος ἑκατὸν Βαβυλώνων.] Ἐπεὶ γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν αἰκισάμενος ὁ Ζώπυρος, καὶ τὴν ῥῖνα καὶ τὰ ὦτα περικόψας ἐξηπάτησε Βαβυλωνίους, καὶ πιστευθεὶς παρ' αὐτῶν, παρέδωκε Δαρείῳ τὴν πόλιν· πολλάκις οὖν ὁ Δαρεῖος εἶπεν, οὐκ ἂν ἐθελήσαιμι λαβεῖν ἑκατὸν Βαβυλῶνας ἐπὶ τῷ Ζώπυρον ἔχειν ὁλόκληρον.

62. Κρεῖσσον ὀλίγον φωτίζεσθαι ἢ παντελῶς σκοτίζεσθαι.]

63. Κριτὴς κάκιστος ὑπάρχεις, καὶ φίλων καὶ πολεμίων.] Ὑπατεύοντι τῷ Φαβρικίῳ, προσέπεμψεν ἐπιστολὴν ὁ τοῦ Πύρρου ἰατρὸς, ἐπαγγελλόμενος ἐὰν κελεύῃ φαρμάκοις τὸν Πύρρον ἀποκτείνειν· ὁ δὲ Φαβρίκιος πρὸς τὸν Πύρρον τὴν ἐπιστολὴν ἔπεμψεν, αἰσθέσθαι κελεύσας διότι καὶ φίλων κάκιστος εἶ κριτὴς καὶ πολεμίων· ἐπεὶ δὲ φωράσας τὴν ἐπιστολὴν ὁ Πύρρος, τὸν μὲν ἰατρὸν ἐκρέμασε, τῷ δὲ Φαβρικίῳ τοὺς αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων ἀπέδωκεν, οὐκ ἐδέξατο δωρεάν, ἀλλ' ἴσους ἀντίδωκεν, μὴ δόξῃ λαμβάνειν μισθόν. οὐ δὲ γὰρ χάριτι Πύρρου μεμηνυκέναι τὴν ἐπιβουλήν. ἀλλ' ὅπως μὴ δοκῶσι Ῥωμαῖοι δόλῳ κτείνειν ὡς φανερῶς νικᾶν οὐ δυνάμενοι.

64. Κύκνειον ᾆσμα.] Ἐπὶ τῶν ἐγγὺς θανάτου ὄντων. οἱ γὰρ κύκνοι θνήσκοντες ᾄδουσι.

65. Κυπαρίττου καρπός.] Ἐπὶ τῶν καλὰ καὶ ὑψηλὰ λεγόντων· ἄκαρπα δέ.

66. Κυνόσαργες.] Ὁ τόπος ἐν ᾧ οἱ νόθοι ἐξεκρίνοντο. Κύνα γάρ τινα λέγεται ἁρπάσαντα τοῦ θυομένου τὰ μηρία, αὐτοῦ

59. *Cretizare.*] Hoc est, decipere: deceptores enim Cretenses.

60. *Aries mercedem nutritionis persoluit.*] De ingratis. Arietes enim præsepia, quique illos nutriunt, ferire solent.

61. *Mellor Zopyrus quam centum Babylones.*] Inde dictum, quòd ille se verberibus deformans, nasumque & aures sibi præscindens, Babylonios deceperit, & fide apud ipsos comparata, Dario ciuitatem prodiderit. Vnde ille sæpius dicebat; Noluissem centum Babylones capere dummodò vnicum Zopyrum integrum haberem.

62. *Præstat parum lucis accipere, quàm prorsus obtenebrari.*]

63. *Index pessimus es & amicorum & hostium.*] Fabricio Consuli medicus Pyrrhi epistolam misit, qua illi, si ita eidem videretur, Pyrrhum medicamentis se de medio sublaturum spondebat. Fabricius autem epistolam Pyrrho remisit, adhortatus illum, vt sibi caueat quo Iudex pessimus sit & amicorum & hostium. Pyrrhus autem hac epistola perlecta, medicum quidem suspendio è medio sustulit, Fabricio autem captiuos absque pretio reddidit. Ille tamen donum non accepit, sed totidem illi captiuos reposuit; ne videretur mercedem eiusce facti recipere. Neque enim se insidias hasce in gratiam Pyrrhi detexisse, sed ne videantur Romani dolo occidere, quos palam vincere non possunt.

64. *Cygnea cantio.*] De ijs, qui morti iam sunt vicini. Cygni enim, quando iam iam se morituros sentiunt, canere solent.

65. *Cyparissi fructus.*] De ijs, qui pulchra quidem & sublimia loquuntur, sed infructuosa.

66. *Cynosarges.*] Locus in quo nothi secernebantur. Fertur enim; quòd cùm canis quidam raptas hostiæ coxas vbi

reposuisset, homines consultis dijs oraculum acceperint, vt Herculis ibi statuam constituerent: ex eoque tempore etiam spurios legitimis fuisse adlectos; quòd Hercules, quamuis spurius, eundem honorem consecutus fuisset. Vsurpatur autem parœmia in illegitimè natos.

67. *Canis ad suum vomitum.*] In eos, qui bonis relictis, ad praua rursum deflectunt.

68. *Cani das paleam, asino ossa.*] In eos, qui contraria faciunt.

69. *Turdo surdior.*] Quòd surdum hoc animal.

καταθεῖναι· καὶ ἐπερωτήσαντας τοὺς θεοὺς λαβεῖν χρησμὸν, Ἡρακλέους ἱδρύσαι ἐκεῖ ἄγαλμα· ἐξ οὗ καὶ τοὺς νόθους συμπλεῖν ὅτι καὶ Ἡρακλῆς νόθος ὢν, ἴσου ἐτιμήθη. λέγεται ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν νόθων.

67. Κύων εἰς τὸν ἴδιον ἔμετον.] Ἐπὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν εἰς τὰ κακὰ ἐπανακαμπτόντων.

68. Κυνὶ δίδως ἄχυρα, ὄνῳ δὲ ὀστέα.] Ἐπὶ τῶν τἀναντία ποιούντων.

69. Κωφότερος κίχλης.] Παρόσον ἄφωνον τὸ ζῶον.

L.

70. LAbraces Milesios.] In voraces. Est autem labrax piscis species: nomen verò huic inde inditum, quòd os eius continuè hiet, & rapidè ac voraciter escam deuoret, vnde etiam facilè capitur. Mileti autem Asiæ ciuitate maximi plurimique labraces gignuntur, propter locum qui in mare influit. Cùm enim pisces illi aqua dulci gaudeant, in lacum ex mari recurrunt, atque ita apud Milesios multiplicantur.

71. *Lepus dormiens.*] In eos, qui dormire se fingunt.

72. *Lepus per viam pro carnibus currit.*] Timidum admodum hoc est animal; vnde & Rheginensis lepus dici solitum: nam Rheginenses propter timiditatem deridebantur. Dicitur autem de ijs, qui de vita periclitantes, fortiter interim pro illa certant.

73. *Laconicum morem persequi.*] Quando mulieres hospitibus sui copiam faciunt. Lacones enim vxores suas minimè custodiebant. Et λακωνίζειν, puerorum amoribus deditum esse.

Λ.

70. ΛΑ'βρακας Μιλησίους.] Ἐπὶ τῶν λαιμάργων· ἔστι δὲ ὁ λάβραξ εἶδος ἰχθύος· τὴν δὲ προσηγορίαν πεποίηται, διότι κέχηνεν αὐτοῦ τὸ στόμα· καὶ ἀθρόως καὶ λάβρως τὸ δέλεαρ καταπίνει· ὅθεν καὶ εὐχερῶς ἁλίσκεται. ἐν Μιλήτῳ δὲ τῆς Ἀσίας μέγιστοι γίνονται λάβρακες, καὶ πλεῖστοι, διὰ τὴν ἐνδιδοῦσαν λίμνην εἰς θάλασσαν. χαίροντες γὰρ οἱ ἰχθύες τῷ γλυκεῖ ὕδατι, εἰς τὴν λίμνην ἀνατρέχουσιν ἐκ τῆς θαλάττης καὶ οὕτω πληθύνουσι παρὰ Μιλησίοις.

71. Λαγωὸς καθεύδων.] Ἐπὶ τῶν προσποιουμένων καθεύδειν.

72. Λαγωὸς περὶ τῶν κρεῶν τρέχει.] Δειλὸν τὸ ζῶον· ὅθεν καὶ Ῥηγῖνος λαγωὸς ἐλέχθη. καὶ γὰρ τοὺς Ῥηγίνους ἐπὶ δειλίᾳ ἐκωμῴδουν· λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν διακινδυνευόντων ταῖς ψυχαῖς, καὶ πρὸς τοῦτο καρτερῶς ἀγωνιζομένων.

73. Λακωνικὸν τρόπον περαίνειν.] Ἡ παρέχειν ἑαυτὰς τοῖς ξένοις· ἥκιστα γὰρ τὰς γυναῖκας ἐφύλαττον οἱ Λάκωνες· καὶ λακωνίζειν, τὸ παιδικοῖς χρῆσθαι.

74. Λακώ-

74. Λακκόπλουτος εἶ κατὰ τὸν Καλλίαν.] Οὕτως ἔλεγον Καλλίαν τὸν Ἀθηναῖον, ἐξ αἰτίας τοιαύτης. Ξέρξην ἡττηθέντα, ἐν τῇ Σαλαμῖνι ναυμαχίᾳ φυγεῖν ἐξ Ἀθηνῶν· ἐσταθμευκότος δέ τινος τῶν Περσῶν ἐν τοῖς Καλλίου, καὶ τὴν ἀποσκευὴν ἐκεῖ καταλελοιπότος· τῶν δὲ βαρβάρων ὀξεῖαν τὴν φυγὴν ποιησαμένων, ἐμβαλεῖν τοὺς οἰκέτας τοῦ Πέρσου πολὺν χρυσὸν εἰς λάκκον, ἐλπίζοντας ὕστερον ἀνασώσασθαι· ἐπανελθόντας οὐ μὴν γενέσθαι λέγεται· πρότερον γὰρ κυριεῦσαι τῶν χρημάτων Καλλίαν.

75. Λαμίας δυσμορφώτερος.] Ταύτην ἐν τῇ Λιβύῃ Δοῦρις ἐν δευτέρᾳ Λιβυκῶν ἱστορεῖ, γυναῖκα καλὴν γενέσθαι. μιχθέντος δὲ αὐτῇ τοῦ Διός, ὑφ' Ἥρας ζηλοτυπουμένης, ἃ ἔτικτεν ἀπολλύναι· διόπερ ἀπὸ τῆς λύπης δύσμορφον γεγονέναι· καὶ τὰ τῶν ἄλλων παιδία ἀναρπάζουσαν διαφθείρειν. Ἔστι δὲ πόλις Θεσσαλίας, ὅθεν ὁρμηθέντες οἱ Ἕλληνες μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον, Ἀθηναίων ἡγουμένων, τῆς ἐλευθερίας ἀντεποιησάμενοι, τὸν Ἀντίπατρον ἐνίκησαν· Μένανδρος ἐν Ἀνδρογύνῃ. πλήσιος γὰρ ἔφθειρεν ἐκ παρατάξεως ποθεν τὰς ἐν Λαμίᾳ πάσας.

76. Λαρινοὶ βόες.] Ἐπὶ τῶν εὐτραφῶν· ἀπὸ Λαρίνου βουκόλου τοῦ ἐν Ἠπείρῳ κλέψαντος τὰς Ἡρακλέους βοῦς, ὡς Λύκος ὁ Ῥηγῖνος, ὅτε τὰς Γηρυόνου βοῦς ἤλαυνε· Πρόξενος δὲ αὐτὸν Ἡρακλέα ἀνεῖναί τινας τῷ Δωδωναίῳ Διΐ. Ἀπολλόδωρος δὲ αὐτοὺς εὐτραφεῖς, Λαρίνους καλεῖ. λαρινεύειν γὰρ τὸ σιτεύειν.

77. Λάρος κεχηνώς.] Ἐπὶ τῶν ἁρπακτικῶν καὶ κλεπτῶν.

78. Λάρος ἐν ἕλεσιν.] Ἐπὶ τῶν ταχὺ ἀποδιδόντων.

79. Λεβηρίδος γυμνότερος καὶ κινδάλου.] Ἔστι δὲ λεβηρὶς τὸ δέρμα ὃ ἀποδύεται ὁ ὄφις· ὁ δὲ κίνδαλος εἶδος ὀρνέου ἀσάρκου.

74. *Ex lacu diues es, vt Callias.*] Ita enim Calliam Atheniensem vocabant, ex tali causa. Xerxen aiunt Salaminensi nauali prælio victum, Athenis profugisse: Persam autem quendam, qui in Calliæ ædibus hospitium habuerat, propter præcipitem Barbarorum fugam, supellectilem ibi suam reliquisse; famulos verò eiusdem Persæ multum auri in lacum coniecisse, sperantes se posteà reuersuros, illudque recuperaturos: quod tamen fertur secùs accidisse. priùs enim Calliam illis opibus fuisse potitum.

75. *Lamia deformior.*] Duris in secunda historiam Libycarum, hanc mulierem quandam pulchram in Libya fuisse scribit; cum qua postquam Iupiter rem habuisset, Iunone illi inuidente, quòd pepererat interemisse, illamque ea de causa præ dolore deformem factam, aliorum liberos raptos de medio tollere. Est & ciuitas Thessaliæ, vnde Græci post Alexandri mortem prorumpentes, Atheniensibus ductoribus in libertatē sese vindicarunt, & Antipatrum vicerunt. Menander in Androgyno: *Quomodo autē acie instructa feriens in Lamia perdidit vniuersos.*

76. *Larini boues.*] De benè pastis. A Larino bubulco, qui in Epiro Herculis boues furto abstulerat: vt Lupus Rheginensis ait, interim dum ille Geryonis boues abigeret. Proxenus autem Herculem ait quosdā ex illis Ioui Dodonæo reliquisse. Apollodorus porrò illos pingues ac benè nutritos Larinos, eò quòd λαρινεύειν pascere sit.

77. *Larus hians.*] In rapaces ac furto deditos.

78. *Larus in paludibus.*] De ijs, qui citò reddunt.

79. *Leberide nudior & cyndalo.*] Est autem leberis corium quod serpens exuit. Cyndalus autem auiculæ, quæ vix carnem habet, species.

80. *Libethrijs insulsiores.*] Thucydides paræmia illa vtitur, quòd Libethrij fatuum genus hominum essent: à loco Libethra, in quo habitant, ita appellati.

81. *Optima loquere, pulcherrima fac.*] Desumptum hoc est ex apophthegmate aliquo.

82. *Album linum ducis lucri causa.*] De ijs, qui vxores deformes ob lucrum ducunt.

83. *Leucones zelotypia.*] De ijs, qui ob zelotypiam male pereunt. Cyanippus, genere Thessalus, postquam Leuconem vxorem duxisset, plerumque propter studium venationis in siluis agebat: noua interim nupta suspicata illum cum alia consuetudinem habere, illius vestigia insecuta est, & in arboreto quodam occultata, quidnam futurum esset expectabat. Ramis autem interim derepetentè motis, canes indagatores feram illam esse arbitrati, vt talem interfecerunt. Quam rem suismet oculis Cyanippus conspiciens, seipsum interfecit. Refert historiam Sostratus lib. 11. De canum venatione.

84. *Leocorium habitas.*] De esurientibus. Est autem Leocorium locus in Attica: quæ cùm aliquando famem pateretur, illisque malis nisi per pueri cædem liberari non posset, Leus quidam filias suas ad cædem obtulit, & à fame ciuitatem vindicauit. Ex quo tempore Leocorium, locus appellatus fuit. Leus autem ille Orphei filius fuit, qui & ipse filium Cylanthum habuit. Nomina porrò filiarum quas ob loci liberationem in cædem tradidit, hæc sunt: Phasithea, Theope, & Eubule:

85. *Leonem radere aut iugum montis fodere.*] De ijs, qui in aliqua re consilio bono aures præbere nolunt. Aut de ijs, qui stultè quid faciunt.

80. Λειβηθρίων ἀνοητότεροι.] Θουκυδίδης ταύτῃ ἐχρήσατο. οἱ γὰρ Λειβήθριοι, ἔθνος ἦν μωρὸν, ἀπὸ τόπου Λείβηθρα καλουμένου, ἐν ᾧ κατῴκουν, οὕτω παρονομαζόμενον.

81. Λέγειν μὲν τὰ ἄριστα, πράττειν δὲ τὰ κάλλιστα.] Ἐκ τοῦ ἀποφθέγματος.

82. Λευκώλενον λίνον κερδοκαμεῖς.] Ἐπὶ τῶν αἰσχρὰς ἐπὶ κέρδει γαμούντων.

83. Λευκώνης ζῆλος.] Ἐπὶ τῶν ζήλῳ κακῶς ἀποθανόντων. Κυάνιππος τῷ γένει Θετταλὸς, γήμας Λευκώνην, τὰ πολλὰ διὰ φιλοκυνήγιον ἐνέργειαν, ἐν ὕλαις διέτριβεν. ἡ δὲ νεόνυμφος ὑπολαμβάνουσα, συνήθειαν αὐτὸν ἔχειν μεθ' ἑτέρας γυναικὸς, καὶ ἴχνος ἠκολούθησε τούτῳ. καὶ ἔν τινι καταχρυβεῖσα συνδένδρῳ, τὸ μέλλον ἀπεκαραδόκει· τῶν δὲ πέριξ κλάδων ἀφνιδίως σεισθέντων, οἱ σιβευταὶ κύνες, δόξαντες καὶ αὐτὴν, ἀλόγου ζώου δίκην διεσπάραξαν· τῆς δὲ πράξεως αὐτόπτης γενόμενος Κυάνιππος ἑαυτὸν συγκατέσφαξεν. Σώστρατος ἱστορεῖ ἐν β'. κυνηγετικῶν.

84. Λεωκόριον οἰκεῖς.] Ἐπὶ τῶν λιμωττόντων· ἔστι δὲ τόπος τῆς Ἀττικῆς. ἐλίμωξέ ποτε ἡ Ἀττική· καὶ λύσις ἦν τῶν δεινῶν παιδὸς σφαγή· Λεὼς οὖν τις τὰς ἑαυτοῦ θυγατέρας ἐπιδέδωκε, καὶ ἀπήλλαξε τοῦ λιμοῦ τὴν πόλιν· καὶ ἐκ τούτου ἐκλήθη ὁ τόπος Λεωκόριον. ὁ Λεὼς δὲ ἦν υἱὸς Ὀρφέως· οὗτος δ' ὁ Λεὼς ἔσχεν υἱὸν Κύλανθον· ἦν δὲ τὰ ὀνόματα τῶν θυγατέρων τούτου, ἃς ὑπὲρ τῆς χώρας δέδωκεν εἰς σφαγὴν, Φασιθέα, Θεόπη, καὶ Εὐβούλη.

85. Λέοντα ξυρᾶν, ἢ κολωνὸν κυρίττειν.] Ἐπὶ τῶν μὴ πειθομένων περί τι, ἢ ματαιοπονούντων.

86. Λεπτή

86. Λεπτή τις ἐλπίς ἐστιν ἐφ' ἧς ὀχούμεθα.] Ἐπὶ τῶν ἀμηχάνων.

87. Λεπτὴν πλέκει.] Λεγόμενόν τι ἐπὶ τῶν πενήτων, οἷον ἀκριβῆ, στενὴν, ἀσθενῆ.

88. Λέρνη θεατῶν. Καί· Λέρνη κακῶν.] Ἀντὶ τοῦ κακὸν θέατρον· Κρατῖνος. οἱ μὲν διὰ τὴν Ὕδραν· οἱ δὲ διὰ τὸ τοὺς Ἀργείους τὰ καθάρματα ἐκεῖ ἀποφέρειν. Ὁ γὰρ Δαναὸς ἐν τῇ Λέρνῃ τὰς κεφαλὰς τῶν Αἰγυπτιάδων ἀπέθετο, καὶ ὡς εἰκὸς ἐφ' ὕβρει ἐκέλευσε τὰ δυσοιώνιστα ἐκεῖ ῥίπτειν· ἦν δὲ ἡ Λέρνη πηγή.

89. Λεσβίων ἀξία.] Ἐπὶ τῶν ἀπράκτων.

90. Λέσχη ἐγκάθη.] Ἐπὶ τῶν διαλεγομένων καὶ φιλοσοφούντων· τὸ γὰρ παλαιὸν αἱ καθέδραι καὶ οἱ τόποι, ἐν οἷς εἰώθεσαν ἀθροιζόμενοι φιλοσοφεῖν, λέσχαι ἐκαλοῦντο. οὕτω φησὶ καὶ Ἱεροκλῆς ἐν πρώτῃ φιλοσοφουμένων.

91. Λευκὴν μάζαν φυρῶσιν.] Ἐπὶ τῶν μεγάλα ὑπισχνουμένων.

92. Λέων τὴν τρίχα, ὄνος τὸν βίον.] Ἐξ ἱστορίας ἡ παροιμία· Καρχηδόνιόν φασι νεανίαν ἀγρεῦσαι λέοντα ἄρτι ἐκ γάλακτος, καὶ ἡμερῶσαι τοῦτον παρονόμῳ τροφῇ· καὶ τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἐξελεῖν διαίτῃ νόθῳ· ὥστε ἐπιθεὶς αὐτῷ φορτίον, ἤλαυνε δι' ἄστεος ὄνου δίκην· ἀλλὰ ἀπέκτειναν γε αὐτὸν Καρχηδόνιοι μισήσαντες τῆς παρανομίας, ὡς τύραννον μὲν τῇ φύσει, ἰδιώτην δὲ τῇ δυστυχίᾳ.

93. Λευκὴ ψῆφος.] Ἐπὶ τῶν εὐδαιμόνως βιούντων.

94. Λέων εὐθὺς εἰς ἀγῶνας.] Ἐπὶ τῶν ἀνδρείως ἀγωνιζομένων.

95. Λευκὴ στάθμη λευκῷ λίθῳ.] Ἐπὶ τῶν τὰ ἄδηλα ἀδήλοις σημειουμένων· ἢ ἐπὶ τῶν μηδὲν συνιέντων.

86. *Spes parua qua vectamur est nunc relliqua.*]De rebus perplexis & intricatis.

87. *Tenuem funiculum nectit.*] De pauperibus: quasi dicas, exactum, compressum, infirmum.

88. *Lerna spectatorum.* Et: *Lerna malorum.*] Pro eo ac si dicatur theatrum malum esse. Alij propter hydram. Alij denique quod Argiui res piaculares eo inferrent. Danaus enim in Lerna Ægyptiarum mulierum capita collocauit, & vt verisimile est illuc per contumeliam inauspicatissima quæque projici iussit. Fuit autem Lerna fons.

89. *Lesbijs digna.*] De rebus irritis.

90. *Lescha insides.*] De ijs, qui inter se disserunt & philosophantur. Olim enim sedilia & loca, in quibus solebant congregati philosophari, λέσχαι vocabantur. Ita ait Hierocles libro primo Philosophicorum.

91. *Albam placentam subigunt.*] De magna pollicentibus.

92. *Leo pilo, asinus vita.*] Parœmia ex historia nata. Aiunt enim, Carthaginensem quendam iuuenem, leonem venatu cepisse recens lacte depulsum, illumque inusitato nutrimento cicurasse, & ab eodem illo spurio pabulo feritatem illi exemisse;. adeò vt imposito onere eum asini instar in forum ageret: quem tamen Carthaginenses interfecerunt; tanquam natura quidem tyrannum, infelicitate verò priuatum, hac parœmia vsurpata.

93. *Candidus calculus.*] De ijs qui prosperè viuunt.

94. *Leo protinus in certamina.*] De ijs, qui viriliter pugnant.

95. *Alba amussis albo lapidi.*]In eos, qui obscura per æquè obscura declarant. Aut de ijs, qui nihil intelligunt.

96. *Lemnium malum.*] Cùm enim Lemnij ex Athenis mulieres rapuissent, liberos ex illis genuerunt, quæ illos patriam linguam & mores docuerunt: qui etiam iam adulti mutuo congressu amicitiaque vtebantur. Et si qui iniustè quidpiam in illos commisissent, vlciscebantur: si quis quempiam ipsorum verberasset, omnes simul opem ferebant: ac demum creatis sibi præfectis, desciuerunt. Qua de causa indignati parentes, vnà cum matribus Atheniensibus illos sustulerunt. Posteà autem mulieres Lemniæ maritos suos omnes, illosque qui cum Thoante erant, Thracumque mulieres vniuersas interfecerunt: propterea quod consuetudine sua propter tetrum, qui ipsis inerat, odorem, non vterentur. Quo Myrsilus quoque à Medea propter zelotypiam qua in Hypsipylem ferebatur, affectus fuit. Caucasus autem refert, Lemnijs morem fuisse, Veneri quotannis sacrificium facere: quem illi annuum morem negligentes, vix memoriam eius faciebant. Quare illa offensa, vxoribus illorum grauem odorem immisit, ob quem viri illas auersabantur. Illæ autem iratæ, coniuges suos interemerunt, sola Hypsipyle maritum suum Thoantem seruante. Atque hinc parœmia emanauit, *Lemnia mala.*

97. *Languidus canis.*] De placatis, qui secretò tamen mordent.

98. *Lemnia manu.*] Hoc est, crudeli atque iniqua: ab euentu. Lemnij ex more Veneri sacrificijs non persolutis, sibiipsis necis auctores extiterunt. Fertur enim, offensa dea viris quidem desiderium Thracum mulierum iniecisse, & propriarum contemptum, sicque illas otiosas desedisse: illi autem in Thraciam transcendentes, qui mulieres illic notarent miserunt. Vnde etiam Lemnijs illorum vxoribus ingens vesania incidit, adeò vt omnes maritos suos de medio tollere

96. Λήμνιον κακόν.] Ἐκ γὰρ Ἀθηνῶν ἁρπάσαντες γυναῖκας οἱ Λήμνιοι, ἐπαιδοποιήσαντο ἐξ αὐτῶν· αἱ δὲ τοὺς παῖδας τὴν πάτριον φωνὴν καὶ τὰ ἔθη ἐδίδαξαν· οἱ καὶ ἡβήσαντες συνήρχοντο ἀλλήλοις, καὶ φίλοι ἦσαν, καὶ τοὺς ἀδικοῦντας αὐτοὺς ἠμύναντο· καὶ εἴ τις ἔτυπτέ τινα αὐτῶν, ἐβοήθουν ἅπαντες, καὶ τέλος ἄρχοντας ἰδίους ποιήσαντες, ἀπέστησαν· ἐφ᾽ οἷς ἀγανακτήσαντες οἱ πατέρες, αὐτοὺς καὶ τὰς μητέρας τὰς Ἀττικὰς ἀνεῖλον· μετὰ δὲ ταῦτα αἱ Λήμνιαι γυναῖκες ἀνεῖλον τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας πάντας, καὶ τοὺς σὺν Θόαντι ἅμα ταῖς τῶν Θρᾳκῶν γυναιξίν· ὅτι αὐταῖς οὐ προσεῖχον ἐπὶ τῇ δυσωδίᾳ· ἣν Μύρσιλον μὲν διὰ τὸν τῆς Μηδείας ἐπὶ Ὑψιπύλῃ ζῆλον καταχεῖν. Καύκασος δέ φησιν, ὅτι ἔθος ἦν τοῖς Λημνίοις καθ᾽ ἔτος θύειν τῇ Ἀφροδίτῃ. παριδόντες οὖν τὸ τοιοῦτον ἐτήσιον ἔθος, σχεδὸν οὐ μνήμην ἐποίουν αὐτῆς. αὕτη δὲ ὀργισθεῖσα ἐπέβαλε ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν δυσωδίαν· δι᾽ ἣν οἱ ἄνδρες αὐτὰς ἀπεστρέφοντο· αἱ δὲ ὀργισθεῖσαι, ἀνεῖλον τοὺς ἑαυτῶν ὁμευνέτας· μόνη δὲ ἡ Ὑψιπύλη ἔσωσε τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα Θόαντα. διὰ ταῦτα οὖν καὶ ἡ παροιμία ἐδόθη· Τὰ Λήμνια κακά.

97. Λήθαργος κύων.] Ἐπὶ τῶν προσαινομένων, κρυφίως δὲ δακνόντων.

98. Λημνία χείρ.] Ὠμὴ καὶ παράνομος, ἀπὸ τοῦ συμβάντος. Λήμνιοι τὰς ἐξ ἔθους θυσίας τῇ Ἀφροδίτῃ μὴ ἀποδιδόντες, καθ᾽ ἑαυτῶν θάνατον ἐνομοθέτησαν. τὴν γὰρ θεὸν ὀργισθεῖσαν, λέγεται τοῖς μὲν ἀνδράσιν ἵμερόν τινα Θρᾳκίων ἐμβαλεῖν γυναικῶν, τῶν δὲ ἰδίων ἀμελῆσαι, καὶ καθέζεσθαι ἐφ᾽ ἡσυχίας. Διέβαινον οὖν εἰς τὴν Θρᾴκην, διαπέμποντες καὶ σημειούμενοι τὰς ἐνταῦθα· ταῖς δὲ γυναιξὶ τῶν Λημνίων ἔκτοπον λύσσαν ἀναπεσεῖν· ὥστε ψηφίζεσθαι πάσας ἀνδροκτονεῖν,

καὶ μὴ τῆς ἐπιβουλῆς ταύτης ἀποτυχεῖν· γενομένου δὲ ταύτου τοῦ ἀτυχήματος περὶ τοὺς ἄνδρας, λέγεται τὸν Ἰάσονα μετὰ τῆς Ἀργοῦς ἐξοκείλαντα, τῇ κρατίστῃ πασῶν Ὑψιπύλῃ μιγῆναι. ἐξ ἧς φασὶ γενέσθαι τὸν Εὔηνον. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Ἀσκληπιάδῃ ἐν τοῖς τραγῳδουμένοις.

99. Λήμνιον βλέπεις.] Ἤγουν πυρῶδες· ἐπειδὴ τὸ Λήμνιον πῦρ ἀπὸ τοῦ Ἡφαίστου.

100. Λίθον ἕψεις.] Ἐπὶ τῶν ἐπιχειρούντων τὰ ἀδύνατα ποιῆσαι.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ ΙΒʹ.

1. Λίθοις τὸν Ἥλιον βάλλει.] Ἐπὶ τῶν διακενῶς κοπιώντων.

2. Λιμοῦ πεδίον.] Ἐπὶ τῶν ἐπὶ λιμοῦ πιεζομένων. Λιμοῦ γάρ ποτε ὄντος, ἔχρησεν ὁ θεὸς Ἀθηναίοις ἀνεῖναι τῷ λιμῷ πεδίον, εἰ μέλλοιεν ἀπαλλαγῆναι τοῦ λιμοῦ· διὸ καὶ ἐποίησαν.

3. Λιμὸς Μηλίων.] Ἐπὶ τῶν χαλεπῶν· ἐν γὰρ τοῖς Πελοποννησιακοῖς κατὰ πάντων Νικίαν πέμψαντες Ἀθηναῖοι, ἐπὶ τοσοῦτον ἐπολιόρκησαν αὐτοὺς, ὥστε λιμῷ διαφθεῖραι· τῷ δὲ πρώτῳ ἔτει Νικίας Μῆλον παρεστήσατο· οὐ μόνον μηχανῶν προσαγωγῇ ἀλλὰ καὶ λιμῷ, διὰ τὸ ἀποστῆναι αὐτῶν πρώην ὑποτελῆ οὖσαν. Μῆλος δὲ πόλις Θεσσαλίας· οἱ δὲ Μήλιοι πολιορκούμενοι λιμῷ ὑπὸ Ἀθηναίων ἐπείσθησαν καὶ προδεδώκασιν ἑαυτούς.

4. Λίνδιοι τὴν θυσίαν.] Ἐπὶ τῶν σκωπτόντων καὶ δυσφήμως ἱερουργούντων. Ἡρακλῆς γὰρ ἥρπασε τὸν βοῦν τινος τῶν Λινδίων, καὶ ἐθοινήσατο· ὁ δὲ ἐλοιδορεῖτο αὐτῷ.

decreuerint, ita vt nullus talium insidiarum expers esset. Cumque illud infortunium circa maritos accideret, ferunt Iasona cum Argo naue appellentem cum præstantissima illarum Hypsipyle consueuisse, ex illaque Euenum generatum. Historia est apud Asclepiadem in Tragicis.

99. *Lemnice intueris.*] Hoc est, aspectu ardenti: quoniam ignis Lemnius est à Vulcano.

100. *Lapidem maceras.*] In eos, qui impossibilia facere aggrediuntur.

CENTVRIA XII.

1. *Lapidibus solem incessit.*] In eos, qui frustrà fatigantur.

2. *Famis campus.*] De ijs, qui fame opprimuntur. Cùm enim aliquando ingens fames esset, Apollo Atheniensibus oraculum edidit, vt Fami campum designarent, si ab ea liberari vellent. quod & fecerunt.

3. *Fames Meliensium.*] De rebus asperis. Peloponesiaco enim bello Athenienses Niciam contra illos vniuersos mittentes, eousque obsederunt, dum fame illos perderent. Primo enim anno Nicias Melum subiugauit, non solùm machinarum admotione, sed & fame: propterea quòd cùm anteà in tributo conferendo illis subdita esset, ab eisdem defecisset. Est autem Melos ciuitas Thessaliæ. Melij porrò obsessi ab Atheniensibus, vt sese illis dederent, fame compulsi sunt.

4. *Lindij sacrificium.*] De ijs, qui conuiciantur, & inauspicato sacris operantur. Nam cùm Hercules bouem cuiusdam Lindij rapuisset; eum deuorauit, illò conuicijs ipsum incessente.

5. *Lapis*

Digitized by Google

5. *Lapis qui voluitur, algam non generat.*] De ijs, qui propter crebras migrationes rem non faciunt.

6. *Linum lino connectere.*] De ijs, qui eadem per eadem agunt seu dicunt.

7. *Lityersam cantionem canis.*] De insidiatoribus. Menander in Chalcedonensi: Canentem Lityersam de eo qui eousque optimus fuerat. Lityerses autem filius spurius fuit Midæ, qui cùm Celœnis habitaret, prætereuntes interceptos secum metere cogebat. Deinde capitibus eorum amputatis, reliquum corpus manipulis inuolutabat, & in honorẽ Midæ messorius hymnus ab ipso compositus est.

8. *Lychno & lecytho pinguior.*] De rebus valdè excedentibus; sicut illud: *Cotem cibas.*

9. *Libyca fera.*] De hominibus versipellibus, multiformibus, ac varijs: eò quòd Libya ferax sit ferarum, quodque multa animalia inter se coëuntia immutatos & permixtos fœtus edant. Refert autem Eudemus, animalia quæ sunt in Libya, quidquid venatione ceperint, in vndecim partes diuidere: quarum decem in cibum illis cedant, vndecima verò relinquatur. Quam ob rem verò & cuius rei causa, quaque intentione, consideratu dignum est. Nonne autem talem in ipsis sponte sua edoctam sapientiam admirari par est, cùm animal irrationale numerum singularem binarium & reliquos nouerit, homini autem tot præceptionibus, tot verberibus opus sit, quo illos exactè addiscat, & sæpè ne addiscat quidem.

10. *Locrensium pacta.*] De ijs, qui fidem violant. Locrenses enim fœdifragi fuerunt.

11. *Peliam lauaris.*] Parœmia ducta ab ijs quæ Peliæ euenerunt.

5. Λίθος κυλιόμενος, φῦκος οὐ ποιεῖ.] Ἐπὶ τῶν διὰ τὰς συνεχεῖς μεταστάσεις πλοῦτον μὴ κεκτημένων.

6. Λίνον λίνῳ συνάπτειν.] Ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ διὰ τῶν αὐτῶν δρώντων καὶ λεγόντων.

7. Λιτύερσαν ᾠδὴν ᾄδεις.] Ἐπὶ τῶν ἐπιβούλων. Μένανδρος Χαλκηδονίῳ· ᾄδοντα Λιτυέρσην, ἀπ' ἀρίστου τέως. Μίδου δὲ ἦν ὁ Λιτυέρσης νόθος υἱός. κατοικῶν δὲ ἐν Κελοιναῖς τοὺς παριόντας ὑποδεχόμενος, ἠνάγκαζε μετ' αὐτοῦ θερίζειν. εἶτα ὑποκόπτων τὰς κεφαλὰς, τὸ ἄλλο σῶμα συνείλει ἐν τοῖς δράγμασιν. εἰς τιμὴν δὲ τοῦ Μίδου, θεριστικὸς ὕμνος ὑπ' αὐτοῦ συνετέθη.

8. Λιπαρώτερος λύχνου καὶ ληκυθίου.] Ἐπὶ τῶν ὑπερβολικῶν; ὡς τὸ, Ἀκόνην σιτίζεις.

9. Λιβυκὸν θηρίον.] Ἐπὶ τῶν πολυτρόπων, καὶ πολυειδῶν, καὶ ποικίλων· διὰ τὸ τὴν Λιβύην πολύθηρον εἶναι· καὶ πολλὰ ζῶα συνιέντα ἀλλήλοις καὶ ἐπιβαίνοντα, ἐξηλλαγμένα ἀποτελεῖν καὶ σύμμικτα ζῶα. Λέγει ὁ Εὔδημος τὰ ἐν Λιβύῃ ζῶα, ὅτι ἂν θηράσῃ, ποιεῖν μοίρας ἕνδεκα, καὶ τὰς μὲν δέκα, σιτεῖσθαι· τὴν δὲ ἑνδεκάτην ἀπολιπεῖν· ὅτῳ δὲ καὶ αἰτίᾳ τοῦ καὶ ἐννοίᾳ τινὶ σκοπεῖν ἄξιον, οὐκοῦν ἐκπλαγῆναι δίκαιον τὴν αὐτοδίδακτον σοφίαν· τὴν γάρ τοι μονάδα καὶ δυάδα καὶ τοὺς ἑξῆς ἀριθμοὺς, ζῶον οἶδεν ἄλογον. ἀνθρώπῳ δὲ δεῖ, πόσων τῶν μαθημάτων· πόσων δὲ τῶν πληγῶν, ἵνα ἢ μάθῃ ταῦτα εὖ καὶ καλῶς, ἢ πολλάκις μὴ μάθῃ.

10. Λοκρῶν συνθήματα.] Τάσσεται ἐπὶ τῶν παραχρουομένων· οἱ γὰρ Λοκροὶ τὰς συνθήκας παρέβαινον.

11. Λούσαιο τὸν Πελίαν.] Ἀπὸ τῶν τῷ Πελίᾳ συμβάντων παρήχθη.

12. Λοκρι-

12. Λοκρικὸς βοῦς.] Ἐπὶ τῶν εὐτελῶν· Λοκροὶ γὰρ ἀποροῦντες βοῶν πρὸς θυσίας, ξυλαισχηματίσαντες εἰς βοῦν, οὕτω τὸ θεῖον ἱλεώσαντο.

13. Λυγκέως ὀξύτερον ὁρᾷ.] Ἐπὶ τῶν ὀξυδορκούντων. λέγουσι τὸν λυγκέα ὡς τὰ ὑπὸ γῆν ἑώρα· τοῦτο δὲ ψεῦδος, τὸ δ' ἀληθὲς ἔχει ὧδε. Λυγκεὺς πρῶτος ἤρξατο μεταλλεύειν χαλκὸν καὶ ἄργυρον, καὶ τὰ λοιπά· ἐν δὲ τῇ μεταλλεύσει λύχνους μεταφέρων ὑπὸ τὴν γῆν, τοὺς μὲν κατέλιπεν ἐκεῖσε· αὐτὸς δὲ ἀνέφερε τὸν χαλκὸν τὸν σίδηρον καὶ χρυσόν· ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, ὅτι Λυγκεὺς καὶ ὑπὸ γῆν ὁρᾷ, καὶ καταδύνων ἀργύριον περιφέρει.

14. Λύκου πτερὰ ζητεῖς.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων. Αἰλιανός φησιν, ὅτι λύκοι βοὸς εἰς τέλμα βαθὺ ἐμπεσόντος ἐάν πως περιτύχωσι, περιστᾶσι μὲν αὐτὸν ἔξωθεν, καὶ ἐκφοβοῦσι διανήξασθαι καὶ ἐπιβῆναι τῆς γῆς οὐκ ἐπιτρέποντες· ἀναγκάζουσι δὲ τῷ χρόνῳ στρεβλούμενον καὶ ἰλυσπώμενον ἀποπνιγῆναι· εἶτα εἰς αὐτὸν ὁ πλεώτατος ἐμπηδήσας τῷ ὕδατι, ἐλάβετο τῷ στόματι τῆς οὐρᾶς τοῦ βοὸς, καὶ ἕλκει εἰς τὸ ἔξω· καὶ ἕτερος τοῦ ἐκείνου λαβόμενος αὐτὸν ἕλκει· καὶ τὸν δεύτερον ὁ τρίτος, καὶ τοῦτον ὁ τέταρτος· καὶ οὕτως ἐξαγαγόντες τὸν βοῦν, ποιοῦνται δεῖπνον.

15. Λυδὸν εἰς πεδίον ἴσθι προκαλούμενος.] Ἐπὶ τῶν θᾶττον καὶ προθύμως βουλομένων τι δρᾶσαι.

16. Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ παίζει.] Ἐπὶ τῶν ἀκολάστων· ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τῶν ταῖς ὥραις ἀκολασταινόντων. ταύτῃ γὰρ ὥρᾳ οἱ Αἰπόλοι ἀκολασταίνουσιν ἐκεῖ.

17. Λυδὸς καπηλεύει.] Λέγεται Κῦρον περιγενόμενον τῶν Λυδῶν, καπηλεύειν αὐτοῖς προστάξαι.

12. *Locrensis bos.*] De rebus tenuibus. Locrenses enim boum indigentes lignis ad similitudinem bouis conformatis Deum venerabantur.

13. *Lynceo acutiùs videt.*] De perspicacibus. Ferunt Lynceum ea quæ sub terra sunt vidisse. Cæterùm planè falsum hoc: veritas autem sic se habet. Lynceus primus æs, argentum, & reliqua metalla inquirere cœpit, in eaque inquisitione lucernas sub terram secum deferens, illas quidem ibi relinquebat, ipse interim æs, ferrum, aurum efferebat. Vnde homines dicere cœperunt: Lynceus etiam subtus terram videt, in illamque se immittens argentum inde effert.

14. *Lupi alas quæris.*] De impossibilibus. Ælianus refert, lupos boue in profundum cœnum incidente, si præsentes esse contingat, illum turbare ac terrefacere, quò magis subsidat ac submergatur: neque vt in terram ascendere possit permittere, sed vi illum adigere, vt longitudine temporis tortus & limo haustus, suffocetur. Deinde vnus ex ijs omnium robustissimus in aquam insiliens, ore bouis caudam apprehendit, & foras illùm educit. alius autem huius cauda prehensa, & tertius secundi, quartus quoque tertij; sic bouem educunt, & conuiuium agitant.

15. *Lydium in campum te prouocasse scias.*] De ijs, quibus celeriter ac promptè aliquid faciendi est animus.

16. *Lydius in meridie lasciuit.*] De intemperantibus seu petulantibus; quòd eo tempore Lydij libidinentur, eorumque caprarij turpibus voluptatibus vacent.

17. *Lydius cauponariam exercet.*] Fertur Cyrus, deuictis Lydijs, vt caupones agerent, iniunxisse.

18. *Lupus aquilam fugit.*] De ijs, quæ effugi non possunt. Lupæ difficulter dolore partus soluuntur, & non nisi diebus decem, ac totidem noctibus: quanto tempore videlicet Delienses Latonam ex Hyperboreis in Delum peruenisse referunt.

19. *Lupus hiauit.*] De ijs, qui spe sua frustrantur. Lupi enim in feras incidentes, hiantes illas persequuntur. Aiunt autem lupum quando aliquid rapere velit, hiantem ad illud accedere; quando verò id quod proposuit non capit, frustrà illum hiare aiunt. De ijs dicitur, qui cùm ad diuitias se peruenturos sperarent, spe sua falluntur.

20. *Lupus circum puteum saltat.*] De ijs, qui frustrà in re quapiam laborant, quòd nequidquam lupus puteum circumeat, quando sitit, cùm bibere ex illo non possit, & quando præda, quam persequebatur, in puteum incidit.

21. *Duo lupi, & duo equi vnà pascuntur, duo leones non item.*] De ijs, qui nullatenus congregantur. Leæna enim & leo, nec quando venatum eunt, nec quando aquatum, eadem via incedunt. Causa autẽ huius rei, quòd vterque corporis viribus fidat, neque alter altero opus habeat. Lupo collum ita profundè connexum est, ut retorquere non possit, sed semper ante se aspiciat: si quando autem deorsum intueri velit, totus conuertitur, estque animal visu acutissimum: quippe quod nocte, & quidem illuni, videt. Vnde ea pars noctis, in qua ille lumen à natura acceptum habet, λυκόφως, hoc est diluculum, est vocitatum. Videtur mihi etiam Homerus ἀμφιλύκην νύκτα hoc diluculum seu crepusculum appellare, quo lupi videntes incedunt.

22. *Soluere non potest qui nodum ignorat.*] Clara satis parœmia.

18. Λύκος ἀετὸν φεύγει.] Ἐπὶ τῶν ἀφύκτων. οὐ ῥᾳδίως οἱ λύκοι τὴν ὠδῖνα ἀπολύουσιν· ἀλλὰ ἐν ἡμέραις δώδεκα καὶ νυξὶ τοσαύταις· ἐπὶ τοσούτῳ χρόνῳ, τὴν Λητὼ εἰς Δῆλον ἐξ Ὑπερβορέων ἐλθεῖν Δήλιοί φασι.

19. Λύκος ἔχανεν.] Ἐπὶ τῶν τῆς ἐλπίδος ἀποτυγχανόντων· οἱ γὰρ λύκοι τὰ θηρία περιπεσόντες χαίνουσι διερχόμενοι. λέγουσι τὸν λύκον, ἐπειδὰν ἁρπάσαι τι βούληται, κεχηνότα παραγίνεσθαι ἐπ' αὐτό· ὅταν οὖν λάβῃ ὃ προαιρεῖται, κατὰ κενοῦ αὐτὸν χανεῖν φασίν· ἐπὶ τῶν συνελπιζόντων χρηματίζεσθαι, διαμαρτανόντων δέ.

20. Λύκος περὶ φρέαρ χορεύει.] Ἐπὶ τῶν πονούντων περί τι μάτην. καὶ ὅτι ἄπρακτοι περίεισιν, ὅταν διψήσῃ μὴ δυνάμενος πιεῖν· καὶ ἐπὰν διώκοντος αὐτοῦ τὸ διωκόμενον ἐμπέσῃ εἰς φρέαρ.

21. Λύκοι συννόμοι καὶ ἵπποι· λέοντέ γε μὴν οὐκέτι.] Ἐπὶ τῶν μὴ συναγελαζομένων· λέαινα γὰρ καὶ λέων, οὔτε τὴν αὐτὴν ἴασιν, οὔτε ἐπὶ θήρας, οὔτε πιόμενοι· τὸ δὲ αἴτιον, τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ θαρροῦντες ἄμφω· οὐ γὰρ δεῖται θατέρου ὁ ἕτερος. Τῷ λύκῳ ὁ τράχηλος εἰς βαθὺ συνῆπται· οὔκουν οἷός τι ἐπιστραφῆναι· ὁρᾷ δὲ εἰς τὸ πρόσω ἀεί. εἰ δὲ βούλοιτό ποτε εἰς τοὐπίσω θεάσασθαι, πᾶς ἐπιστρέφεται· ὀξυωπέστατον δέ ἐστι ζῷον. καὶ μέντοι καὶ νύκτωρ, καὶ σελήνης οὐκ οὔσης, ὁρᾷ· ἔνθεν τοι καὶ λυκόφως κέκληται ὁ καιρὸς οὗτος τῆς νυκτὸς, ἐν ᾧ μόνος ἐκεῖνος τὸ φῶς ὑπὸ τῆς φύσεως προσλαβὼν ἔχει. δοκεῖ δέ μοι καὶ Ὅμηρος λέγειν ἀμφιλύκην νύκτα, καθ' ἣν ἤδη βλέποντες λύκοι βαδίζουσιν.

22. Λύειν δ' οὐκ ἔστιν, ἀγνοοῦντα τὸν δεσμόν.] σαφής.

23. Λύκον εἶδες.] Ἐπὶ τῶν ἀφνίδιον ἀχανῶν γενομένων· ὁ λύκος ἐμπλησθεὶς εἰς κόρον, οὐδ᾽ αὖ τοῦ βραχίστου τὸ λοιπὸν ἀπογεύσαιτο· περιτείνεται μὲν γὰρ ἡ γαστὴρ τῷδε· οἰδαίνει δὲ ἡ γλῶττα, καὶ τὸ στόμα ἐμφράγνυται· καὶ οὐκ αὖ ἐπιβουλεύσαιτο ἢ ἀνθρώπῳ ἢ θρέμμασιν· οὐδὲ εἰ τῆς ἀγέλης βαδίζοι μέσος· μειοῦται δὲ ἡσυχῇ κατ᾽ ὀλίγον ἡ γλῶττα αὐτῷ· εἶτα εἰς τὸ ἀρχαῖον σχῆμα ἐπάνεισι· καὶ λύκος γίνεται αὖθις.

24. Λύχνου ἀρθέντος γυνὴ πᾶσα ἡ αὐτή ἐστι.] Τοῦτο πρὸς τὰς μοιχικὰς καὶ ἀκολάστους εἴρηται καλῶς. τὴν δὲ γαμετὴν δεῖ μάλιστα τοῦ φωτὸς ἀρθέντος, εἶναι μὴ τὴν αὐτὴν ταῖς τυχούσαις γυναιξίν· ἀλλὰ φαίνεσθαι τοῦ σώματος μὴ βλεπομένου τὸ σῶφρον αὐτῆς καὶ ἥδιον τῷ ἀνδρὶ, καὶ τεταγμένον καὶ φιλόστοργον.

25. Λυκόπους εἶ.] Ἤγουν τῶν τυράννων οἰκέτης. τοὺς γὰρ δορυφόρους τῶν τυράννων οὕτως ἐκάλουν· διὰ τὸ τοὺς ἀκμάζοντας τῶν οἰκετῶν ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος φυλακῇ βάλλειν. λυκόποδες δὲ ἐκαλοῦντο, ὅτι διὰ παντὸς εἶχον τοὺς πόδας λυκείοις δέρμασι κεκαλυμμένους· ὥς τε μὴ ἐπικαίεσθαι ἐκ τοῦ περιέχοντος. ἢ διὰ τὸ ἔχειν ἐπὶ τὴν ἀσπίδα ἐπίσημον λύκον.

26. Λύκου δεκάς.] Ἐπὶ τῶν καλῶς δεκαζόντων. ἐπεὶ λύκος ὁ ἥρως ἵδρυτο παρὰ τοῖς δικαστηρίοις· ἔνθα προσήδρευον οἱ συκοφάνται· ἀφώριστο δὲ αὐτῷ τριώβολον τῆς ἡμέρας.

27. Λυπηρότερον σταλαγμοῦ.] Διὰ τὴν ἐν τῷ συνεχῶς καταστάζεσθαι δυσχέρειαν λέγεται.

28. Λύκος πρὸ βοῆς σπουδῆ.] Ἐπὶ τῶν ὑπερσπουδόντων. καὶ γὰρ ὁ λύκος τὸ θηρίον ἁρπάσας φεύγει.

23. *Lupum vidisti.*] De ijs, qui subitò obmutescunt. Lupus ad satietatem repletus, ne minimum quidem deinceps degustat; eò quòd venter ipsi vndique tendatur, lingua intumescat, os obstruatur; ita vt nec homini nec gregibus insidias moliatur, etiamsi medius in grege obambulet. paulatim autem eius lingua detumescente, ad veterem habitum redit, & rursum lupus efficitur.

24. *Lucerna sublata omnis mulier eadem est.*] Hoc in adulteras & impudicas rectè dictum est. Vxorem autem, etiam lumine sublato, non eandem cum vulgaribus mulieribus esse oportet: ita vt licet corpus eius non videatur, temperantia tamen eluceat, iucundiorque marito sit moderatus ipsius amor.

25. *Lupi pedem habes.*] Hoc est, tyranni seruus es. tali enim nomine tyrannorum stipatores vocabant, quòd illi valentissimos quosque domesticorum in corporis sui custodiam adhibeant, qui idcircò λυκόποδες, hoc est lupi pedes, vocabantur. quod pedes luporum pellibus continuo tectos haberent, ne ambiente aëre siue frigore adurerentur. Aut ideò, quòd in scuto lupum effigiatum haberent.

26. *Lyci decima.*] De ijs, qui rectè decimant: quia Lyci heroïs statua in iudicijs dedicabatur, vbi sycophantæ versabantur. Decernebatur autem illi quotidie triobolus.

27. *Odiosius stilla.*] Quòd cùm continuè defluat, molestiam creare dicatur.

28. *Lupus ante clamorem properat.*] De valdè properantibus. Lupus enim vbi animal quoddam rapuit, celerrime fugit.

29. *Lucernam in meridie accendere.*] De ijs, qui intempestiuè quid faciunt: sicut & illud: *Aestate penulam deteris.*

30. *Mulier Zonam soluens.*] De virginibus, quæ nunc primum cum viro congrediuntur. Virgines enim cum viris coïturæ, virginales suas zonas Dianæ consecrabant.

31. *Solue colloquium.*] Plato dictum ait, quando homines ad opus ibant.

32. *Lysicrates alter.*] De ijs, qui nigros capillos habent. Ille enim medicamento quopiam capillitium nigrum reddiderat, simus ipse, niger, deformis & fur.

33. *Lupus pastor.*] De ijs, qui sub specie amici aliquibus insidiantur.

34. *Lysistrati opulentiâ diues es.*] De valdè pauperibus. Extremè enim ille pauper erat & egenus.

35. *Bacchi sacra.*] De ijs, qui per ebrietatem è seruitute in libertatem restituti fuerunt. Bœoti enim à Thracibus capti in templum Trophonij fugientes, illo per somnium Bacchum eis adiutorem fore dicente, Thraces ebrios iam factos aggressi, se ab illorum seruitute liberarunt. Quamobrem etiam Bacchi Liberatoris templum construxerunt, vt ait Heraclides Ponticus. Aristophanes verò ideò factum ait, quòd Thebani à Naxijs Ampelum liberassent.

36. *Lydius lapis adulterinum arguet.*] De ijs qui explorantur, vtrùm verè sint quales se esse prædicant.

37. *Lydij improbi, secundò Aegyptij, tertiò omnium perniciosissimi Cares.*]

38. *Lydius currus.* Et, *Prater Lydum currum.*] De ijs, qui in certaminibus alijs longè sunt inferiores. Pelops enim Lydius curru suo Oenomaum vicit, & ex illo tempore, *Apud Lydium currum currere.* Nam παρὰ præpositio pro-

29. Λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ ἅπτειν.] Ἐπὶ τῶν παρὰ καιρόν τι ποιούντων· ὡς καὶ τό· Ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις.

30. Λυσίζωνος γυνή.] Ἐπὶ τῶν παρθένων τῶν πρώτως πλησιαζουσῶν ἀνδρί· αἱ γὰρ παρθένοι μέλλουσαι πρὸς μίξιν ἔρχεσθαι, ἀνετίθεσαν τὰς παρθενικὰς αὐτῶν ζώνας τῇ Ἀρτέμιδι.

31. Λύε λέσχας.] Πλάτων φησὶ λέγειν, ὁπόταν πρὸς τὰ ἔργα ἐξήρχοντο.

32. Λυσικράτης ἕτερος.] Ἐπὶ τῶν μελανοτρίχων· οὗτος γὰρ φαρμάκῳ τινὶ ἐμέλαινε τὰς ἑαυτοῦ τρίχας, σιμὸς ὢν καὶ μέλας, αἰσχρὸς καὶ κλέπτης.

33. Λύκος ποιμήν.] Ἐπὶ τῶν μετὰ σχήματος φιλικοῦ ἐπιβουλευόντων τισίν.

34. Λυσιστράτου πλοῦτον πλουτεῖς.] Ἐπὶ τῶν λίαν πενήτων. οὗτος γὰρ πένης ἦν λίαν.

35. Λύσιοι τελεταί.] Ἐπὶ τῶν διὰ μέθην ἐλευθερωθέντων· οἱ γὰρ Βοιωτοὶ ἁλόντες ὑπὸ Θρακῶν, καὶ φυγόντες εἰς Τροφωνίου, καὶ ὄναρ ἐκείνου Διόνυσον ἔσεσθαι βοηθὸν φήσαντος· μεθύουσιν ἐπιθέμενοι τοῖς Θραξί, καὶ διελύθησαν· οἱ καὶ Διονύσου Λυσίου ἱερὸν ἱδρύσαντο, ὡς Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός. Ἀριστοφάνης δέ, διὰ τὸ λυτρώσασθαι Θηβαίους παρὰ Ναξίων ἄμπελον.

36. Λυδία ἐλέγχει τὸ κίβδηλον.] Λείπει, ἡ λίθος· ἐπὶ τῶν δοκιμαζομένων· εἰ εἰσὶν ἀληθῶς οἷοι λέγουσιν εἶναι.

37. Λυδοὶ πονηροί, δεύτεροι Αἰγύπτιοι, τρίτοι δὲ πάντων Κᾶρες ἐξωλέστατοι.]

38. Λύδιον ἅρμα. Καί, Παραλύδιον.] Ἐπὶ τῶν ἐριζόντων ἐν ἀγῶσι καὶ πολὺ ἀπολιμπανομένων. ὁ γὰρ Πέλοψ Λύδιος ὢν ἐνίκησε τὸν Οἰνόμαον τῷ ἰδίῳ ἅρματι· καὶ ἔκτοτε ἡ παροιμία, Παραλύδιον ἅρμα θεῖν· ἡ παρὰ πρόθεσις

θεσις σημαίνει καὶ πλησιότητα, ὡς τὸ, ἕζετο, παρέζετο, καὶ τὴν πλείονα σχέσιν, ὡς τὸ, ὁρμᾷ, παρορμᾷ· σημαίνει καὶ τὴν ἐκτὸς σχέσιν, τὴν ἔξω τοῦ πρέποντος· ὡς τὸ, ἄνομος, παράνομος· ὡς τὸ, ὡς πεζοὶ ἦμεν ἡμεῖς παρὰ Λύδιον ἅρμα θέοντες. ἀντὶ τοῦ, ἔξω καὶ μακρὰν τοῦ Λυδικοῦ ἅρματος τρέχοντες κατὰ σύγκρισιν. τάχιστα γὰρ τὰ Λύδια ἅρματα.

39. Λύπης πάσης γίνετ' ἰατρὸς χρόνος.]

40. Λωτοῦ ἔφαγες.] Ἐπὶ τῶν σχόντων λήθην τῶν οἴκοι, καὶ βραδυνόντων ἐπὶ ξένης· ἔστι δὲ φυτὰ τὸ λωτὸν, λήθην ἐμποιοῦν τῷ φαγόντι.

M.

41. ΜΑλλον ὁ Φρύξ.] Ἡ παροιμία ἐνθένδε· οἱ ἑπτὰ σοφοὶ ἐρωτώμενοι ὑπὸ Κροίσου, τί τῶν ζώων εὐδαιμονέστατον· οἱ μὲν ἀπεκρίνοντο, τὰ ἄγρια ζῶα, ὑπὲρ γὰρ τῆς αὐτονομίας, ἀποθνήσκει· οἱ δὲ πελαργούς. δίχα γὰρ νόμου τῇ φύσει τὸ δίκαιον ἔχουσι. Σόλων δ' οὐδένα πρὸ τῆς τελευταίας ἡμέρας. παρεστὼς δὲ Αἴσωπος ὁ λογοποιὸς Φρὺξ τὸ γένος, τοσοῦτον εἶπεν ὑπερέχεις τῶν ἄλλων, ὅσον θάλασσα ποταμῶν· ἀκούσας δὲ Κροῖσος εἶπε, Μᾶλλον ὁ Φρύξ.

42. Μασχαλισθήσῃ ποτί.] Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ὁπότε φονεύσειαν ἐξ ἐπιβουλῆς τινα, τὸ ἔργον ἀφοσιουμένοις, ἀκρωτηριάζειν τὸν νεκρόν· καὶ τῶν μορίων ἐρμαθὸν ποιήσαντες, κρημνάναι κατὰ τοῦ τραχήλου· κατὰ τῶν μασχαλῶν διαπείραντας· ἀφ' οὗ δὴ καὶ μασχαλίσματα προσηγόρευσαν αὐτὰ, καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἠλέκτρᾳ καὶ Τρωίλῳ.

pinquitatem significat, vt ἕζετο sedebat, παρέζετο adsidebat; & copiosiorem habitudinem, vt ab ὁρμᾷ ruit, παρορμᾷ proruit. Significat & externam habitudinem, quæ est extra id quod decet, vt ἄνομος iniustus, παράνομος præter morem iniustus: vt etiam illud, ὡς πεζοὶ ἦμεν ἡμεῖς παρὰ Λύδιον ἅρμα θέοντες, vt pedites eramus præter Lydium currum currentes: hoc est, Extra & procul à Lydio curru; per collationem. Velocissimi enim Lydij currus.

39. *Omnis doloris tempus fit medicus.*]

40. *Lotum edisti.*] In eos, quos eorum quæ domi suæ fiunt, obliuio cepit. Aut de ijs, qui in extera regione diutiùs commorantur. Est autem lotus herba, edenti obliuionem ingenerans.

M.

41. M*Agis Phryx.*] Parœmia hinc orta: Septem Sapientes interrogati à Crœso, quis mortalium esset felicissimus: partim responderunt, feras animantes esse, eò quòd pro libertate sua mortem oppetant: partim verò ciconias, quòd absque lege, naturæ instinctu iustitiam obseruent. Solon autem neminem ante vltimum diem beatum esse dixit. Adstans autem Æsopus Phryx, Apologorum auctor, tanto ipsum cæteris præcellere ait, quantum mare fluminibus. Quo audito Crœsus, *Magis*, inquit, *Phryx*.

42. *Ex alis aliquando sustolleris.*] Mos fuit antiquis, si quando aliquem ex insidijs occidissent, & cædem expiare vellent, cadaueris extremas partes præcidere, & ex illis seriem connexam ex collo suspendere, secundùm alas, illam attrolentes: vnde & μασχαλίσματα appellabant; vt facit Sophocles in Electra & Troïlo.

Digitized by Google

43. *Gladio ignem ne fodito.*] Hoc est, iratum verbis ne incites magis.

44. *Ad pugnandum missus es, non ad nuntia ferenda.*] De ijs, qui vitæ suæ instituta prætergrediuntur.

45. *Marsyas gloriosus certat.*] De ijs, qui in certaminibus contendunt, cùm tamen longè alijs sint inferiores. Marsyas enim rusticus cùm esset, hac ratione musicus euasit. Minerua tibias suas odio habere cœperat, quòd non parum de pulchritudine sua adimerent: idque fons, recepta ipsius imagine, illam docuit. Proiectis itaque tibijs, adstans Marsyas pastor, illas sublatas labris applicat: illæ autem diuina quadam vi, etiam inuito illo qui vtebatur, recinebant. quam Marsyas virtutem ab arte sua prouenire existimans, Musas & Apollinem aggressus est, se viuere deinceps nolle dicens, nisi Deum in tali certamine superaret. Cæterùm victus in illa contentione, pelle sua exuitur. Vidi ipse in Phrygia fluuium Marsyam nomine, cuius fluxum Phryges ex Marsyæ sanguine factum referebant.

46. *Margites es.*] Hoc est, fatuus. talis enim ille fuit: & fluctus numerabat cùm vltra centum supputare non posset.

47. *Axillam tollere.*] Pro eo quod est poculis atque ebrietati indulgere.

48. *Longa tyrannorum manus.*] De potentibus.

49. *Flagellum impellit.*] De prompto facilique.

50. *Matiolæchus es.*] De ijs, qui etiam circa minima dolosi sunt, & liguritores: μαλὸν enim paruum est. Aut de ijs, qui parum edunt. Nam μαλὸν minimum esse dicunt, & λοχῶ insidior. Hinc μαλολοιχός. Aut de ijs, qui in mensura defraudant: μάτιον quippe mensuræ genus. Accentu autem acuto legendum, vt ait Herodianus.

43. Μαχαίρᾳ μὴ πῦρ σκαλεύειν.] Τουτέστι, τὸν θυμούμενον λόγοις μὴ ἐρεθίζειν.

44. Μαχητὴς ἐπέμφθης, οὐκ ἀγγελιαφόρος.] Ἐπὶ τῶν μὴ φυλαττόντων τὴν ἑαυτῶν τάξιν.

45. Μαρσύας κομπάζων ἐρίζει.] Ἐπὶ τῶν ἐριζόντων ἐν ἀγῶσι, καὶ πολὺ ἀπολιμπανομένων· ὁ γὰρ Μαρσύας ἀγροῖκος ἦν· γίνεται δὲ οὕτω μουσικός· ἐμίσησεν Ἀθηνᾶ τοὺς αὐλούς· οὐκ ὀλίγον γὰρ ἀφῃροῦντο τοῦ κάλλους· ἡ δὲ πηγὴ τὴν εἰκόνα δεξαμένη, τὸ συμβὰν ἐδίδαξεν· καὶ οὕτω δὲ ἐρριμμένων τῶν αὐλῶν, ὁ Μαρσύας ἐφίσταται· προσάπτει δὲ οὖν τοῖς χείλεσιν ἀνελὼν αὐλοὺς ὁ ποιμήν· οἱ δὲ, ἦδον θείᾳ δυνάμει καὶ ἄκοντος τοῦ χρωμένου. τέχνην ὁ Μαρσύας ἐνόμισεν εἶναι τὴν δύναμιν, καὶ χωρεῖ μὲν κατὰ Μουσῶν, χωρεῖ δὲ κατὰ Ἀπόλλωνος, λέγων, οὐδὲ ἐθέλειν εἶναι λοιπὸν, ἂν μὴ πλεονεκτήσῃ τοῦ δαίμονος· ἐν ἐκείνῃ τῇ φιλονεικίᾳ νικᾶται· καὶ τὸ δέρμα μετὰ τὴν ἧτταν ἐκδύεται· εἶδον ἐγὼ ποταμὸν ἐν Φρυγίᾳ· Μαρσύας ὄνομα τῷ ποταμῷ· καὶ ἔλεγον οἱ Φρύγες ὅτι τὸ ῥεῦμα τοῦτο ἐξ αἵματός ἐστι τοῦ Μαρσύου.

46. Μαργίτης εἶ.] Οὗτος μωρὸς ἦν· καὶ ἐμέτρει τὰ κύματα, οὐ πλεῖον τῶν ἑκατὸν δυνάμενος ἀριθμεῖν.

47. Μασχάλην αἴρειν.] Ἀντὶ τοῦ κωθωνίζεσθαι καὶ πίνειν.

48. Μακραὶ τυράννων χεῖρες.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν δυναμένων.

49. Μάστιξ ἐλαύνει.] Ἐπὶ τοῦ ῥᾳδίου.

50. Ματιολοιχὸς τυγχάνεις.] Ἐπὶ τῶν περὶ τὰ μικρὰ πανούργων καὶ λίχνων· μαλὸν γὰρ τὸ μικρόν· ἢ ἐπὶ τῶν μικροφάγων· ἐπεὶ μαλὸν τὸ ἐλάχιστόν φασι· καὶ ἐκ τοῦ λοχῶ τὸ ἐπιβουλεύομαι, μαλολοιχός· ἢ περὶ τῶν κρυπτομέτρων. μάτιον γὰρ εἶδος μέτρου· ὀξυτόνως δὲ ἀναγνωστέον, ὥς φησιν Ἡρωδιανός.

51. Μεγα-

51. Μεγαρέων δάκρυα.] Ἐπεὶ πλεῖστα ἐν τῇ Μεγαρίδι σκόροδα φύεται· εἴρηται ἐκ τῶν προσποιήτως δακρυόντων· ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι τοῦ βασιλέως αὐτῶν ἀποθανόντος, ἠναγκάσθησαν πάντες ὑπὸ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς δακρῦσαι· ὁμοία τῇ· Πρὸς σῆμα μητρυιᾶς θρηνεῖν.

52. Μένε βοῦς ποτὲ βοτάνην.] Ἐπὶ τῶν βραδέων.

53. Μένε γραῦ ἐμὸν σε παῖδα φιλήσοντα.] Ὁμοία τῇ προτέρᾳ.

54. Μεδίμνῳ ἀπομετρῶ τὰ τοῦ πατρὸς ἀργύρεια.] Ἐπὶ τῶν μεγάλην καὶ ἀθρόαν προσδοκώντων ὠφέλειαν.

55. Μέγας κελέστης ἐν μικρῷ πράγματι.] Ἐπὶ τῶν πλουτησάντων τέχνῃ οὐ τιμίᾳ· ψάλτου γάρ τινος εὐημερήσαντος, Εὐδαμίδας ἔφη πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα, ποδαπός τις αὐτῷ δοκεῖ εἶναι.

56. Μεγαρικαὶ σφίγγες.] Πόρνας τινὰς οὕτως ἐκάλουν.

57. Μείζονα βοᾷ δάφνης χλωρᾶς καιομένης.] Ἐπὶ τῶν μέγα βοώντων.

58. Μεῖζον φρονεῖ ἢ Πηλεὺς ἐπὶ μαχαίρᾳ.] Σωφροσύνης γὰρ δῶρον αὐτῷ ἐδόθη.

59. Μελανίωνος σωφρονέστερος.] Ἐπὶ τῶν πάνυ σωφρόνων· ἦν δὲ ὁ Μελανίων σώφρων.

60. Μελαμπύγου μὴ τύχῃς.] Μελάμπυγοι ἐγένοντο πονηροὶ Λίμνης υἱοί· ἀκολασταινόντων δὲ αὐτῶν, πολλὰ ἡ μήτηρ ἔλεγε φυλάσσεσθαι, μή ποτε ἐμπέσωσιν εἰς δασύπρωκτον. ἐμπεσόντες οὖν εἰς Ἡρακλέα, ἐν ἀναφόρῳ ἐδέθησαν· εἶτα ὁρῶν αὐτοὺς γελῶντας καὶ κατακύπτοντας, ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν· οἱ δὲ ἔλεγον, ὅτι λόγιον ἦν τὸ τῆς μητρὸς, ἐμπεσεῖσθαι ἡμᾶς εἰς δασύπρωκτον, καὶ γελάσαντα τὸν Ἡρακλέα ἀφεῖναι αὐτοὺς τῶν δεσμῶν.

51. *Megarensium lachrymæ.*] Quoniam in Megarensium tractu plurimum allij nascitur. Hinc parœmia nata, de ijs, qui lachrymari se fingunt. Alij dicunt quòd cùm mortuus fuisset eorum rex, ab eius vxore omnes lachrymari compulsi fuerint. Similis illi parœmiæ: *Ad sepulchrum nouercæ lachrimari.*

52. *Bos herbam aliquando expecta.*] De ijs, quæ tardè adueniunt.

53. *Expecta vetula puerum meum, vt te osculetur.*] Similis priori.

54. *Medimno dimetior paternum argentum.*] De ijs, qui magnum atque confertum lucrum expectant.

55. *Magnus oblectator in re parua.*] De ijs, qui arte quapiam vili prorsus & ignobili, ad ingentes opes perueniunt. Cùm enim psaltes quidam feliciter ageret, Eudamidas quærenti, quantus ille sibi esse videretur, hoc respondit.

56. *Megaricæ sphinges.*] Meretrices quasdam ita appellabant.

57. *Magis clamat lauro viridi dum vritur.*] De clamosis.

58. *Magnificentiùs de se sentit quàm Peleus ob gladium.*] Iste etenim illi in modestiæ præmium datus fuerat.

59. *Melanione temperantior.*] De planè castis: talis enim Melanion fuit.

60. *In Melampygos ne incidas.*] Melampygi duo fuerunt improbi Limnæ filij. Qui cùm insolentiùs se gererent, sæpè mater illis dicebat, cauerent ne in δασύπρωκτον, hoc est in virum hirsuto podice inciderent: cumque in Herculem incidissent, & ille in ligno abs se suspensos capite deorsum ridentes vidisset, causam eius quæsiuit. Qui matris oraculum illi retulerunt, fore vt aliquando in potestatem viri hirsuto podice redigerentur. Tum Hercules & ipse ridens, vinculis solutos dimisit.

61. *Muta-*

Ex Palaeph. p. 54.

61. *Mutabilior Metra.*] De Metra Erisichthonis filia ferunt, quòd quandocunque vellet, formam mutaret. Cæterùm ridicula hæc fabula. Quomodo enim verisimile est, ex puella bouem fieri, aut canem, aut auem? Res autem sic se habet: Erisichthon vir Thessalus fuit, qui re familiari absumpta ad pauperiem redactus est. Erat autem illi filia Metra nomine, tanta formæ præstantia, vt quisquis illam vel solùm aspiceret, protinus adamaret. Argento autem tum temporis homines sibi mulieres non comparabant, sed eius loco alij quidem dabant equos, alij boues, nonnulli oues, aut quidquid Metra volebat. Dicebant ergo Thessali, videntes quæ vitæ sunt necessaria Erichthoni congregata, quòd Metra ei equus fieret, & bos, aliaque de quibus fabula.

62. *Melos Agrei.*] In eos, qui musico suo cantu oblectant. Agreus nomine, natura volatilis, merulæ genere affinis, cute niger, lingua canorus, meritò Agreus est appellatus; nam musica sua modulatione atque illecebra auium delicatissimas quasque aduolantes trahit. Sciens autem naturalem hanc facultatem sibi inditam, seipsum audiens demulcetur: venatu autem, quæcunque in illum incidunt capiens, repletur: ipsum si quis venetur & cauea coërceat, mutam habet auem; quasi venatorem suum ob seruitutem silentio suo vlciscatur.

63. *Magnum quid est, in rebus aduersis sapere vt oportet.*] Democriti.

64. *Magnanimitas est, leuiter ferre iniuriam.*] Eiusdem.

65. *Nihili alia ad Crotonem vrbes.*] Quòd Croton reliquis Italiæ vrbibus virili fortitudine reliquaque felicitate præstaret.

66. *Methysocottabus fiebas.*] Hoc est, sonus. Platax est ænea quædam patera, quam sub medium cœnæ plenam vini apponebant: deinde in minora pocula vi-

61. Μεταβλητότερος Μήτρας.] Περὶ Μήτρας τῆς Ἐρυσίχθονος φασὶν, ὡς ὁ ποιητὴς, ὅτι βούλοιτο ἀλλάσσειν τὴν ἰδέαν· ὁ δὲ μῦθος καταγέλαστος· πῶς γὰρ εἰκὸς ἐκ κόρης γενέσθαι βοῦν, καὶ αὖθις κύνα, ἢ ὄρνεον; τὸ δ᾽ ἀληθὲς ἔχει ὧδε· Ἐρυσίχθων ἦν ἀνὴρ Θετταλὸς, καὶ διαφθείρας τὰ χρήματα, πένης ἐγένετο. ἦν δὲ θυγάτηρ αὐτῷ καλὴ καὶ ὡραία, Μήτρα ὄνομα. ὅς τις δὲ εἶδεν αὐτὴν, ἤρα ταύτης· ἀργυρίῳ μὲν οὖν οἱ τότε ἄνθρωποι οὐκ ἐμνηστεύοντο· ἐδίδωσαν δὲ οἱ μὲν ἵππους, οἱ δὲ βοῦς, τινὲς δὲ πρόβατα, ἢ ὃ ἂν ἐθέλῃ ἡ Μήτρα· ἔλεγον οὖν οἱ Θετταλοὶ ὁρῶντες ἀθροιζόμενον τῷ Ἐρυσίχθονι τὸν βίον, ὅτι ἐγένετο ἡ Μήτρα αὐτῷ, καὶ ἵππος, καὶ βοῦς, καὶ τ᾽ ἄλλα. ἀφ᾽ ὧν ὁ μῦθος.

62. Μέλος Ἀγρέως.] Ἐπὶ τῶν τῇ εὐμουσίᾳ κηλούντων· λέγεται δὲ Ἀγρεὺς δικαίως· τῷ γάρ τοι μέλει αἱρεῖ τῶν ἄλλων ὀρνέων τὰ ἁπαλὰ προσπετόμενα, τῇ τῆς εὐμουσίας θέλξει. εἰδὼς οὖν τὸ συμφυὲς αὐτῷ πλεονέκτημα, ἀκούων μὲν ἑαυτοῦ εὐφραίνεται· θηρῶν δὲ τὰ προσιόντα, ἐμπίπλαται. τοῦτον εἴ τις ποτὲ ἐθήρασε, καὶ ἐν οἰκίσκῳ καθεῖρξεν, ἔχει ἄφωνον τὸν ὄρνιν· ὥσπερ οὖν τὸν θηράσαντα ἀμυνόμενον ὑπὲρ τῆς δουλείας τῇ σιωπῇ.

63. Μέγα τὸ ἐν συμφοραῖσι φρονεῖν ἃ δεῖ.] Δημοκρίτου.

64. Μεγαλοψυχίη τὸ φέρειν πρᾴως πλημμέλειαν.] Τοῦ αὐτοῦ.

65. Μάταια τἄλλα παρὰ Κρότωνα τἄστεα.] Ὅτι διέφερε ὁ Κρότων τῶν ἐπὶ Ἰταλίᾳ πόλεων ἐν ἀνδρείᾳ καὶ τῇ λοιπῇ εὐδαιμονίᾳ.

66. Μεθυσοκότταβος ἐγένου.] Πλάταξ χαλκὴ φιάλη, ἣν μεταξὺ τοῦ δείπνου ἐπετίθεσαν οἴνου πεπληρωμένην. εἶτα εἰς μικρὰ ποτήρια ἐμβαλόντες οἶνον,

εἰς

εἰς ταύτην ἀπὸ ὕψους ἐῤῥίπτουν ἐπὶ τὸ ψόφον ἐκπλέσαι· ὃς ἐκαλεῖτο κότταβος, ἐπῃνεῖτο δὲ ὁ μείζονα ψόφον ποιῶν· ἐκ τούτου οὖν μεθυσοκότταβος.

67. Μελιτηροὶ κύνες.] Ἐπὶ τῶν ἐπὶ τέρψει τρεφομένων· τῶν γὰρ κυνῶν, οἱ μὲν ἰχνευταί· οἱ δὲ, ὁμόσε τοῖς θηρίοις χωροῦσιν· οἱ δὲ ἐπὶ φυλακῇ τῶν κτημάτων οἰκουροί. οἱ δὲ ἐπὶ τέρψει.

68. Μετάδος μοι πηγάνου, ἵνα μὴ βασκαίνῃς με.] Τὸ γὰρ πήγανόν φασι βασκανίας φάρμακον εἶναι· ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς προβλήμασι.

69. Μερὶς οὐ πνίξ.] Τῶν δυνατωτέρων ἁρπαζόντων τὰς τροφὰς τῶν ἀσθενεστέρων, καὶ ἐπὶ τούτῳ ἐκείνων πνιγομένων, ἐπεὶ ἄρα αὐτοῖς βοηθεῖν οὐκ ἐδύναντο, ἐπενοήθη ὁ μερισμὸς· καὶ ἕκαστος ἑκάστῳ τὸ ἴσον λαμβάνων, ἐπεφώνει· Μερὶς οὐ πνίξ· ἢ καὶ οὕτως· Μερὶς οὐ πνιγή.

70. Μετὰ Λέσβιον ἀοιδόν.] Παρὰ Κρατίνῳ παροιμία λεγομένη, ἐπὶ τῶν τὰ δεύτερα φερομένων· οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι τοὺς Λεσβίους κιθαρῳδοὺς πρώτους προσεκαλοῦντο. ἀκαταστατούσης γάρ ποτε τῆς πόλεως αὐτῶν, χρησμὸς ἐγένετο, τὸν Λέσβιον ᾠδὸν μεταπέμπεσθαι· οἱ δ' ἐξ Ἀντίσσης Τέρπανδρον ἐφ' αἵματι φεύγοντα μεταπεμψάμενοι, ἤκουσαν αὐτοῦ ἐν τοῖς Συσσιτίοις καὶ κατεστάλησαν· ἢ διότι Λακεδαιμόνιοι στασιάζοντες μετεπέμψαντο ἐκ Λέσβου τὸν μουσικὸν Τέρπανδρον, ὃς ἥρμοσεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, καὶ τὴν στάσιν ἔπαυσεν· εἴποτε οὖν ἐπὶ ταῦτα μουσικοῦ τινος ἤκουον οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἔλεγον, Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν.

71. Μετὰ Μουσῶν Κόρυδος.] Ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων πεπαιδευμένοις συνόντων· καθ' ὑπόκρισιν δὲ ἀναγνωστέον. ὁμοία τῇ, Καρικὴ Μοῦσα.

num infundentes, in illam ex alto projiciebant, quo sonitus excitaretur. qui cottabus vocabatur. Laudabatur autem qui maiorem strepitum concitasset: atque hinc Methysocottabus.

67. *Melitai canes.*] In eos, qui propter solam oblectationem delicatè enutriuntur. Canum enim alij sunt indagatores, alij cum feris in pugnam congrediuntur, nonnulli domum & res ibidem custodiunt; alij denique qui solius voluptatis causa aluntur.

68. *Rutam mihi impertire, ne me fascines.*] Rutam enim aiunt aduersus fascinum esse amuletum, vt ait Aristoteles in Problematibus.

69. *Portio, non iugulatio.*] Cùm potentiores imbecilliorum victum aperent, illosque ea de causa iugularent, quòd se defendere illi non possent, excogitata partitio est. Cumque æquam singuli partem caperent; exclamabant, Pars non iugulatio.

70. *Post Lesbium cantorem.*] Parœmia est apud Cratinum vsurpata de illis qui secūdas ferunt. Lacedæmonij enim Lesbios citharædos primi aduocarunt. Cùm enim illorum vrbs aliquando tumultuaretur, oraculum editum est, Lesbium cantorem esse aduocandum. Illi itaque Terpandrum ob cædem exulantem Antissa accersitum in Syssitijs cùm audiuissent, à tumultu cohibiti, & quieti pristinæ redditi fuerunt. Aut quod cùm Lacedæmonij in seditione essent, ex Lesbo musicum Terpandrum arcersiuerunt, qui illorum animos composuit, & seditionem sedauit. Si quando igitur posteà Lacedæmonij musicum audirent, Post Lesbium cantorem dicebant.

71. *Cum Musis Corydus.*] De indoctis qui cùm eruditis versantur. Cum gestu autem quodam legendum. Parœmia similis illi: *Carica Musa.*

72. *Cum litteris Ephesijs luctaris.*] De ijs, qui incantationibus & præstigijs præstant. Nam litteræ illæ incantationes quædam erant difficiles intellectu, quas etiam Crœsus in pyra pronuntiauit. Quin & in ludis Olympicis cùm Milesius atque Ephesius inter se luctarentur, Milesium non potuisse luctari, eò quòd alter Ephesias litteras in talo gestaret: quo comperto, litterisque illis triginta numero ab eodem solutis, deinceps Ephesium cecidisse ferunt.

73. *Finito bello, auxilium.* Et: *Post Marathoniam pugnam.*] De ijs, qui post occasionem aliquam periculi plenam, in aliam incidunt priore non minorem.

74. *Potat aquam metro, sed edit mazam sine metro.*] Versus hic in parœmiam abijt occasione oraculi quod Apollo Sybaritis reddidit. Iniuriosi enim homines cùm essent, & qui sine mensura biberent, per Crotoniatas perierunt; ijs autem qui effugerant, hoc oraculum datum.

75. *Mellis medulla.*] De rebus valdè dulcibus.

76. *Magnum est os anni.*] Hoc est, Multa omnium in loquendo libertas, propter anni vbertatem.

77. *Metragyrti mors.*] Hic in Atticam veniens, mulieres matri deorũ initiabat, vt isti loquuntur: quem Athenienses, capite arrepto, in barathrum præcipitantes interemerunt. Pestilentia autem exorta, oraculum illis est redditum, interfectum esse placandum. Eam ob causam curiam ædificarunt eo loco, vbi Metragyrtum occiderant, locumque circumsepientes, illum matri Deûm consecrarunt. Statua etiam Metragyrti collocata. Vtebantur autem loco illo, Metroo nuncupato, in quo leges suas adseruabant, & barathrum terra oppleuerunt.

72. Μετὰ γραμμάτων Ἐφεσίων παλαίεις.] Ἐπὶ τῶν ἐπῳδαῖς ἰσχυόντων. ταῦτα δὲ ἦσαν ἐπῳδαί τινες δυσπαρακολούθητοι. ἃς καὶ Κροῖσος ἐπὶ τῆς πυρᾶς εἶπεν· καὶ ἐν Ὀλυμπίοις Μιλησίου καὶ Ἐφεσίου παλαιόντων, τὸν Μιλήσιον μὴ δύνασθαι παλαίειν, διὰ τὸ τὸν ἕτερον περὶ τῷ ἀστραγάλῳ ἔχειν τὰ Ἐφέσια γράμματα· φανερῶν δὲ γενομένων καὶ λυθέντων αὐτῷ τριάκοντα ἑξῆς, πεσεῖν τὸν Ἐφέσιον.

73. Μετὰ πόλεμον παραχὴ ἡ συμμαχία. Καὶ, μετὰ Μαραθῶνα, μάχη.] Ἐπὶ τῶν μετὰ ὑπόθεσίν τινα ἐπὶ κίνδυνον, ἑτέρᾳ ἐντυχόντων οὐκ ἐλάττονι τῆς προτέρας.

74. Μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες, ἀμετρίᾳ δὲ μάζαν ἔδοντες.] Οὗτος ὁ στίχος εἰς παροιμίαν περιέστη, ἔκ τινος χρησμοῦ, ὃν ἀνεῖλεν ὁ θεὸς Συβαρίταις. ὑβρισταὶ γὰρ ὄντες καὶ ἀμετροπόται, ἀπώλοντο ὑπὸ τῶν Κροτωνιατῶν· τοῖς οὖν διαφυγοῦσιν αὐτῶν, οὕτως ἐχρήσθη.

75. Μέλιτος μυελός.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν ἡδέων.

76. Μέγα τὸ στόμα τοῦ ἐνιαυτοῦ.] Οἷον, πολλὴ παῤῥησία πάντων, εὐφορίας γενομένης.

77. Μητραγύρτου θάνατος.] Οὗτος ἐλθὼν εἰς τὴν Ἀττικὴν, ἐμύει τὰς γυναῖκας τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, ὡς ἐκεῖνοί φασι· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἀπέκτειναν αὐτὸν ἐκβαλόντες εἰς βάραθρον ἐπὶ κεφαλήν· λοιμοῦ δὲ γενομένου, ἔλαβον χρησμὸν ἱλάσασθαι τὸν πεφονευμένον, καὶ διὰ τοῦτο ᾠκοδόμησαν δικαστήριον, ἐν ᾧ ἀνεῖλον τὸν Μητραγύρτην. καὶ περιφράττοντες αὐτὸν καθιέρωσαν τῇ μητρὶ τῶν θεῶν· ἀναστήσαντες καὶ ἀνδριάντα τοῦ Μητραγύρτου. ἐχρῶντο δὲ τῷ μητρῴῳ ἀρχείῳ καὶ νομοφυλακείῳ, καταχώσαντες καὶ τὸ βάραθρον.

78. μὴ

78. Μὴ προσβήσῃς τὴν θύραν.] Ἐπὶ τῶν παρὰ καιρὸν πραττόντων τι.

79. Μὴ σπεῦδε γῆμαι πρὶν τελευτήσαντ᾽ ἴδῃς.] Ἐπὶ τῶν ἀκαίρως καὶ ῥαθύμως ποιούντων τι· Εὐμένης γὰρ ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ Περσέως, ἔδοξε τεθνάναι· τῆς δὲ φήμης εἰς Πέργαμον κομισθείσης, Ἄτταλος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, περιθέμενος τὸ διάδημα, καὶ τὴν γυναῖκα γήμας, ἐβασίλευσε· πυθόμενος δὲ προσιόντα ζῶντα τὸν ἀδελφὸν, ἀπήντησεν ὥσπερ εἰώθει μετὰ τῶν σωματοφυλάκων, δοράτιον ἔχων. Ὁ δὲ Εὐμένης φιλοφρόνως ἀσπασάμενος αὐτὸν καὶ πρὸς τὸ οὖς εἰπὼν τοῦτο, οὐδὲν ἄλλο παρὰ πάντα τὸν βίον οὔτ᾽ εἶπεν ὕποπτον, οὔτ᾽ ἐποίησεν· ἀλλὰ καὶ τελευτῶν, ἐκείνῳ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν βασιλείαν ἀπέλιπεν.

80. Μηδὲν κατὰ βοὸς εὔξῃ.] Μὴ πάντα ἐπιτρέπειν ταῖς εὐχαῖς.

81. Μὴ τέφραν φεύγων, εἰς ἀνθρακιὰν πέσῃς.]

82. Μὴ κακούργει τὴν μουσικήν.] Ἀντὶ τοῦ, μὴ ἀσύμφωνα λέγε· Ἐμπρεπὴς ἀπὸ τούτου, Φρύνιδος τοῦ μουσικοῦ σκεπάρνῳ τὰς δύο τῶν ἐννέα γε ἐκτεμών.

83. Μὴ τιμωμένης ἀρετῆς, ἡ κακία παῤῥησιάζεται.] Προκοπίου.

84. Μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν.] Ἀντὶ τοῦ, προχείρως οὐ δεῖ συναλλάσσειν.

85. Μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον.] Ὅτι δεῖ τὸν βίον ἐπιτηδεύειν, καὶ μὴ δεῖ δεσμῷ προσάπτειν αὐτόν.

86. Μὴ ἐσθίειν καρδίαν.] Ἤτοι μὴ βλάπτειν τὴν ψυχὴν, ταῖς φροντίσιν αὐτὴν κατατρίβοντα.

87. Μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τοὺς ὅρους ἐλθόντας.] Τοῦτ᾽ ἔστι, μέλλοντας ἀποθνήσκειν, καὶ τὸν ὅρον τοῦ βίου πλησίον ὄντα ὁρῶντας φέρειν εὐκόλως καὶ μὴ ἀθυμεῖν.

78. *Ne venatum ante tempus excites.*] In eos, qui intempestiuè aliquid faciunt.

79. *Non antè ducas, mortuum quam rescias.*] De ijs, qui non in tempore, ac negligenter quid agunt. Eumenes enim cùm à Perseo insidijs appetitus, vitam finijsse putaretur, famâ Pergamum delatâ, Attalus frater imposito sibi diademate, vxorem eius sibi duxit ac regnauit. Intelligens autem fratrem viuum esse, iamque appropinquare, obuius ipsi processit, vt adsueuerat, vnà cum stipatoribus, lanceolam gerens: quem Eumenes beneuolè amplexus, verba illa in aurem illi dixit. Nihilque aliud per totam posteà vitam, quod aliquam suspicionem ei moueret, aut locutus est, aut fecit, sed moriens ei & vxorem & regnum reliquit.

80. *Nihil contra bouem preceris.*] Non omnia precibus esse committenda monet.

81. *Ne cinerem fugiens in prunas incidas.*]

82. *Musicam ne vities.*] Hoc est, Ne absona loquaris.

83. *Vbi virtuti suus honos deest, improbitas licentiùs grassatur.*] Procopij.

84. *Ne cuiuis dexteram porrigas.*] Pro eo quod est, ne citò cum quopiam quid contrahas.

85. *Arctum annulum ne gestato.*] Quòd oporteat vitam rectè instituere, neque seipsum vinculis illigare.

86. *Cor ne edito.*] Quòd non oporteat animam lædere, & curis illam atterere.

87. *Ad finem progressis non est redeundum.*] Hoc est, Morituri iam, & finem vitæ propè adesse videntes, moderatè id ferre debent, neque animo deficere.

Digitized by Google

88. *Non à chytroprode haud sacrato sumpseris escam.*] Hesiodi.

89. *Ne rem defini nisi partem audiris vtramque.*] Democriti monitum.

90. *Defunctorum loculos ne moueas.*] In homines lucri cupidos. Semiramis sepulchro à se facto inscripsit: *Quicunque rex pecunia indiguerit, aperiens sepulchrum, quantum voluerit capiat.* Darius ergo illud aperiens, pecuniam quidem non inuenit, sed in litteras incidit ad hunc modum conscriptas: *Nisi improbus vir esses, & pecunia inexplebilis, defunctorum sepulchra non mouisses.* Hinc ergo admonitoria parœmia deducta.

91. *Malo ferire.*] De ijs, qui ad amorem quempiam alliciunt.

92. *Cum non sis Syrus, ne Syrum agas.*] De ijs, qui præter dignitatem aliquid faciunt.

93. *Ne apud me varia.*] Hoc est, Ne versutijs vtare contra amicos.

94. *Medica mensa.*] De luxuriosis: delicata enim mensa Medi vtebantur.

95. *Ne moueas malum benè situm.*] De ijs, qui aliquem irritant suo malo.

96. *Neque mel, neque apes.*] De ijs, qui rem quampiam optabilem habere nolunt per laborem.

Ne ignem ad ignem.] Carbonarius in camino adustus hoc ait. Vsurpatur in eos, qui in mala quotidie incidunt.

98. *Non cum leone capra decertem fero.*] De ijs, qui sunt viribus impares.

99. *Nec stipulam mouere.*] De quietis.

100. *Ne gladium tollas mulier.*] De ijs, qui auxiliari nequeunt.

88. Μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων ἀνελόντα ἐσθίειν.] Ἡσιόδου.

89. Μηδὲ δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.] Δημοκρίτου.

90. Μὴ νεκρῶν θήκας κίνει.] Ἐπὶ τῶν φιλαργύρων. ἡ γὰρ Σεμίραμις κατασκευάζασα τάφον, ἐπέγραψεν ὅς τις ἂν χρημάτων δεηθῇ βασιλεὺς, διελὼν τὸ μνημεῖον, ὅσα βούλεται λαμβανέτω· Δαρεῖος οὖν διελὼν, χρήματα μὲν οὐχ εὗρε. γράμμασι δὲ ἐνέτυχε, τάδε φράζουσιν· εἰ μὴ κακὸς ἦσθα ἀνὴρ καὶ χρημάτων ἄπληστος, οὐκ ἂν νεκρῶν θήκας ἐκίνεις. . . . . .

91. Μήλῳ βάλλειν.] Ἐπὶ τῶν εἰς ἔρωτα ἐπαγομένων τινάς.

92. Μὴ ὢν Σύρος, μὴ σύριζε.] Ἐπὶ τῶν παρ' ἀξίας τι ποιούντων.

93. Μὴ πρὸς ἐμὲ τὰ ποικίλα.] Τοῦτ' ἔστι, μὴ τὰς τέχνας κατὰ τῶν φίλων.

94. Μηδικὴ τράπεζα.] Ἐπὶ τῶν ἀσώτων· ἁβροδίαιτοι γὰρ οἱ Μῆδοι.

95. Μὴ κίνει κακὸν εὖ κείμενον.] Ἐπὶ τῶν παρακινούντων τινὰ ἐπὶ σφετέρᾳ βλάβῃ.

96. Μηδὲ μέλι, μηδὲ μελίσσας.] Ἐπὶ τῶν μὴ βουλομένων παθεῖν τι ἀγαθὸν μετὰ πόνου.

97. Μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ.] Ἀνθρακεὺς ἐκπιπράμενος ἐν τῇ καμίνῳ, τοῦτο λέγει· ἐπὶ τῶν κακοῖς συνεχέστερον περιπιπτόντων.

98. Μὴ πρὸς λέοντα δορκὰς ἅψωμαι μάχης.] Ἐπὶ τῶν κατ' ἰσχὺν ἀνίσων.

99. Μὴ κάρφος κινεῖν.] Ἐπὶ τῶν ἡσύχων.

100. Μὴ μάχαιραν αἴρει θῆλυ.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων βοηθεῖν.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Ιγ´.

1. Μὴ κίνει Καμαρίναν.] Λίμνη ἦν, ἣν μετοχετεῦσαι βουλόμενοι ἐχρήσαντο τῷ θεῷ, ὁ δὲ εἶπε, μὴ κίνει Καμαρίναν· οἱ δὲ παρακούσαντες ἐβλάβησαν· οἱ δέ φασι βοτάνην δυσωδίαν ἀποπέμπουσαν ἐν τῷ κινεῖσθαι.

2. Μήτι τυφλὸν ὁδηγὸν, μήτι ἀνόητον ξύμβουλον.] Παραινετική ἐστι.

3. Μὴ παιδὶ μάχαιραν.] Μὴ τοῖς ἀπείροις ἐγχειρίζειν πράγματα μεγάλα· μή πως καθ' ἑαυτῶν χρήσωνται.

4. Μὴ εἰκῆ τὴν Ἄβυδον.] Λείπει, παραπλεῖν. ἐπὶ τῶν διακινδυνευόντων.

5. Μήτε νεῖν, μήτε γράμματα.] Ἐπὶ τῶν ἀμαθῶν· ταῦτα γὰρ ἐκπαιδόθεν ἐν ταῖς Ἀθήναις ἐμάνθανεν.

6. Μηδέποτε μηδεὶς Μεγαρέων γένοιτο σοφώτερος.] Ἐπὶ τοῦ ἀναισθήτου. χαριεντιζόμενοι δὲ τοῦτο ἔλεγον.

7. Μὴ λόγους ἀντ' ἀλφίτων.] Ἐπὶ τῶν τινος ἀξιούντων τυχεῖν.

8. Μῆλά μοι Ἑσπερίδων ἐδωρήσω.] Ἐπὶ τῶν πολυτελῆ χαριζόντων· λέγουσι εἶναι γυναῖκές τινες ἦσαν Ἑσπερίτιδες· ταύταις δ' ἦν μῆλα χρυσᾶ ἐπὶ μηλέας, ἃ ἐφύλασσε δράκων· ἐφ' ἃ μῆλα καὶ Ἡρακλῆς ἐστρατεύσατο· ἔχει δὲ ἡ ἀλήθεια ὧδε· Ἕσπερος ἦν ἀνὴρ Μιλήσιος, ὃς ᾤκει ἐν τῇ Καρίᾳ, καὶ εἶχε θυγατέρας δύο, αἱ ἐκαλοῦντο Ἑσπερίτιδες· τούτῳ δὲ ἦσαν οἶς καλαὶ καὶ ἔγκαρποι, οἷαι καὶ νῦν αἱ ἐν Μιλήτῳ. ἐπὶ τούτῳ δὴ ὀνομάζονται χρυσαῖ· κάλλιστον γὰρ ὁ χρυσός· ἦσαν δὲ ἐκεῖναι κάλλισται. Μῆλα δὲ καλεῖται τὰ πρόβατα· ἰδὼν γὰρ ὁ Ἡρακλῆς

CENTVRIA XIII.

1. *Ne moueas Camarinam.*] Palus erat, quem aliò deflectere volentes, Apollinem consuluerunt, qui respondit, *Ne moueas Camarinam.* Qui non obtemperantes, damnum sibi contraxerunt. Alij dicunt stirpem esse, quæ tetrum odorem emittat si moueatur.

2. *Neque cæcum viæ ducem, neque imprudentem consiliarium.*] Admonitoria est.

3. *Ne puero gladium.*]Hoc est:Ne inexpertis negotia magna committas, ne quando contra seipsos vtantur.

4. *Ne temere Abydum naniges.*] De ijs, qui se periculis subjiciunt.

5. *Neque natare, neque litteras.*] De indoctis. Illa enim à puero Athenis discebant.

6. *Ne quis vnquam Megarensibus sapientior fiat.*] De stupido inter se iocantes hoc vsurpabant.

7. *Ne verba pro farina.*] De ijs, qui aliquid consequi student.

8. *Mala mihi Hesperidum dono dedisti.*] De ijs, qui aliqua magni pretij largiuntur. Ferunt autem, mulieres quasdam Hesperides fuisse, quibus aurea mala erant in arboribus, quas draco seruabat: ob quæ mala etiam Hercules bellum gessit. Res autem ita se habet. Hesperus vir Milæsius fuit, Cariam incolens; habuitque filias duas, quæ Hesperitides vocabantur: fueruntque huic & oues pulchræ ac fœcundæ, cuiusmodi etiam nunc Mileti; quæ ob hoc etiam aureæ vocabantur: pulcherrimum enim est aurum, vt & ipsæ pulcherrimæ. μῆλα autem oues nuncupantur, quas cùm Hercules

 prope

prope mare pascentes videret, abactas in nauem imposuit, & pastorem earundem, nomine Draconem, domum reduxit, mortuo iam Hespero, sed viuis tantùm liberis. Vnde homines dicebant, Vidimus aurea mala quæ Hercules occiso custode Dracone ex insulis Hesperidum abduxit.

9. *Semper pullus tuus paruus.*] In eos, qui se ob staturæ breuitatem iuuenes esse dicunt.

10. *Odi memorem compotorem.*] De ijs, qui exactè meminisse aliquid nituntur: cùm qui bibunt, magis obliuisci debeant.

11. *Parum quid detrimenti passus, ne propterea amico maledicas.*] Thaletis Milesij.

12. *Vna earum quæ in pharetram.*] De ijs, qui prosperum aliquem diem agunt. Mos enim erat Atheniensibus, post cœnam semper pharetram capere: & si sine molestia ille dies transijsset, candidum calculum in illam projicere; sin grauius, nigrum. Cumque contingeret aliquem emori, calculos ex pharetra effundebant ac numerabant: & si nigri plures inueniebantur, dolebant, tanquam laboriosè ille vixisset: sin candidi plures, felicem fuisse iudicabant. Aristides autem ait, candidam diem dici à calculis iudiciarijs, quorum candidi victoriam, nigri condemnationem adferunt.

13. *Certamen exile haud decus magnum parit.*] Sophoclis.

14. *Vna hirundo non facit ver.*] Hæc dicti huius sententia: vna dies non efficit, vt sapiens ad perfectionem perueniat. In Alexandri Pyrrhi filij tentorio hirundo nidulata, rem, quam adorsus fuerat, minimè probam, nequaquam feliciter ab ipso conficiendam significauit. Alia

βοσκόμενα περὶ τὴν θάλατταν, περιεργάσας ἐνέθετο εἰς τὴν ναῦν· καὶ τὸν ποιμένα αὐτῶν ὀνόματι Δράκοντα, εἰσήγαγεν εἰς οἶκον, οὐκ ἔτι ζῶντος τοῦ Ἑσπέρου, ἀλλὰ τῶν παίδων αὐτοῦ· ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, Ἐθεασάμεθα χρυσᾶ μῆλα, ἃ Ἡρακλῆς ἤγαγεν ἐξ Ἑσπερίδων, τὸν φύλακα ἀποκτείνας τὸν Δράκοντα.

9. Μικρὸς ἀεὶ ὁ σὸς πῶλος.] Ἐπὶ τῶν διὰ βραχύτητα ἡλικίας, νεάζειν λεγόντων.

10. Μισῶ μνάμονα συμπόταν.] Ἐπὶ τῶν ἀκριβῶς πειρωμένων μνημονεύειν· παρόσον οἱ πίνοντες ἐπιλανθάνεσθαι μᾶλλον ὀφείλουσι.

11. Μικρὰ ἐλαττούμενος, τὸν φίλον κακῶς μὴ λέγε.] Ἐκ τῶν ἀποφθεγμάτων Θάλεως τοῦ Μιλησίου.

12. Μία τῶν εἰς φαρέτραν.] Ἐπὶ τῶν ἀγαθήν τινα διαγόντων ἡμέραν. ἔθος γὰρ τοῖς Ἀθηναίοις μετὰ τὸ δεῖπνον, ἀεὶ λαμβάνειν τὴν φαρέτραν. καὶ εἰ μὲν ἀλύπως διαγένοιτο λευκὸν καθιέναι ψῆφον εἰς ἑαυτήν· εἰ δὲ ὀχληρῶς, μέλαιναν. ἀποθανόντος δὲ τὰς ψήφους ἐκ τῆς φαρέτρας ἐκχεῖν, καὶ ἀριθμεῖν· καὶ ἐὰν μὲν αἱ μέλαιναι πλείους εὕροιντο, ἄχθεσθαι, ὡς ἐπιπόνως βεβιωκότος· εἰ δὲ λευκαί, εὐδαιμονίζειν· Ἀριστείδης δέ φησι λευκὴν ἡμέραν λέγεσθαι, ἀπὸ δικαστικῶν ψήφων. ὧν αἱ μὲν λευκαί, νίκην· αἱ δὲ μέλαιναι, τὴν καταδίκην φέρουσι.

13. Μικροῦ δὲ ἀγῶνος οὐ μέγ᾽ ἔρχεται κλέος.] Σοφοκλέους.

14. Μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ.] Βούλεται δὲ εἰπεῖν, μία ἡμέρα οὐ ποιεῖ τὸν σοφὸν εἰς τελείωσιν ἐμβαλεῖν. Ἐν τῇ Ἀλεξάνδρου, τοῦ Πύρρου παιδός, σκηνῇ, χελιδὼν νεοττεύουσα, εἶτα μέν τοι ἀτελῆ τὴν πρᾶξιν αὐτῷ, ἐφ᾽ ἥνπερ οὖν ὥρμητο ὑπεσήμαινεν, οὐ πάνυ τι οὖσαν ἀγαθήν·

ἀγαθήν· καὶ Ἀντιόχῳ δὲ νεοττεύουσαι ἐν αὐτοῦ τὰ μέλλοντα οἱ ἀπαντήσεσθαι ὑπηνίξατο. εἰσελθὼν δὲ ἐς τοὺς Μήδους, εἶτα μέν τοι οὐκ ἐπανῆλθεν ἐς τοὺς Σύρους· ἀλλ' ἑαυτὸν κατά τινα ἔσωσε κρημνόν. ὥρμητο δὲ ἄρα ἐπὶ πρᾶξιν οὐ χρηστὴν καὶ οὗτος. ἡνίκα δὲ ἐξέλιπεν τὴν ἀκρόπολιν τὸ πρότερον Διονύσιος, συνηνέχθησαν οἱ καὶ αἱ νεοττεύουσαι χελιδόνες ἐκεῖθε· καὶ ἐμαντεύοντο τὴν ἐπάνοδον.

15. Μίνθην ἐν πολέμῳ μήτ' ἔσθιε, μήτε φύτευε.] Ἐπὶ τῶν φθειρόντων, μηδὲν δ' ἀνδρεῖον ἢ θυμῶδες ἐνδεικνυμένων.

16. Μίτος ἔριδος τότ' ἦν.] Ἐπὶ τῶν ἐριζόντων καὶ διατεινομένων.

17. Μίδας ὄνου ὦτα εἶχεν.] Ὅτι ὠτακουστὰς εἶχεν· οἱ δὲ χωρίον αὐτοῦ φασιν οὕτω καλεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ ληφθὲν ἀνάλωτον.

18. Μισθὸς ἀρετῆς ἔπαινος, κακοῦ δὲ ψόγος.]

19. Μίδου χρήματα.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν πλουσίων. οὗτος ὁ Μίδας σφόδρα πλούσιος ἦν. ᾔτησε δὲ, ὥς φασι, τοὺς θεοὺς, ὅτι ἂν εἰς χεῖρας λάβῃ, χρυσὸν γένεσθαι. καὶ τυχὼν τῆς εὐχῆς, λιμαγχονηθεὶς, ἀπέθανεν· ὅσα γὰρ ἐλάμβανεν, εἰς χρυσὸν μετεβάλετο· μυθεύονται δὲ αὐτὸν, καὶ ὦτα ὄνου ἔχειν· ὅτι τὰ τῆς ἀκοῆς αἰσθητήρια μέγιστα εἶχεν οἷάπερ ὄνος· τὸ δὲ ἀληθές· ὅτι πολλοὺς εἶχεν ὠτακουστάς· ὡς πάντ' ἔχειν γινώσκειν τὰ ἐν τῇ ὑπ' αὐτῶν χώρᾳ λεγόμενα καὶ πραττόμενα. Μάξιμος δὲ ὁ Τύριος περὶ αὐτοῦ ὧδέ πως ἱστόρησεν. Ἀνὴρ Φρὺξ, ἀργὸς τὸν βίον, ἐραστὴς χρημάτων, λαμβάνει τὸν Σάτυρον, ὥς φησιν ὁ μῦθος, δαίμονα φίλοινον· κεράσας οἴνῳ κρήνην, ἐς ἣν φοιτῶν διψήσας ἔπινεν· εὔχεται ὁ ἀνόητος Φρὺξ δαίμονι αἰχμαλώτῳ· εὔχεται δ' εὐχὴν, οἵαν εἰκὸς ἦν καὶ τοῦτον αἰτεῖν, καὶ ἐκεῖνον τελεσιουργεῖν.

etiam in Antiochi domo nido constructo, quæ illi euentura essent prænuntiauit. In Medos enim abiens, posteà in Syriam non redijt, sed seipsum prope præcipitium quoddam seruauit: quippe qui ipse quoque rem quandam neutiquam laudabilem aggressus fuerat. Dionysius autem cùm primò summam ciuitatis arcem desereret, hirundines vnà cum ipso sunt adsportatæ, quæ apud ipsum quoq; nidulantes, reditum ipsi sunt ominatæ.

15. *Mintham in bello neque edito, neque serito.*] In illos, qui res suas corrumpunt, quique nihil virile aut animosum ex sese edunt.

16. *Filum contentionis tum erat.*] De rixosis & contentiosis.

17. *Midas asini aures habuit.*] Quòd auscultatores ei essent. Alij locum quendam in eius ditionem ita vocatum ferunt quem aliàs inexpugnabilem ipse tamen cepisset.

18. *Merces virtutis laus est, improbitatis verò vituperatio.*]

19. *Midæ opes.*] De valdè opulentis: perquam diues enim Midas fuit. Aiunt autē illum à Dijs petiuisse, vt quidquid manibus contrectaret in aurum continuò conuerteretur. Votique sui compotem factum, fame cruciatum interijsse. Quæcunq; enim capiebat, in aurum commutabantur. Fabulantur autem etiam asini aures ipsi fuisse, quòd illas ingentes, instar asini haberet. Rei autem veritas hæc est: Quòd multos auscultatores haberet, quò omnia cognosceret quæ in sua regione dicerentur ac fierent. Maximus autem Tyrius ita de ipso scribit: Vir quidam Phryx, vita deses, pecuniarum amans, Satyrum, vt fabula habet, comprehendit, dæmonem vino addictum, postquam fontem, quò ille sitiens potum venerat, vino miscuisset. Ex quo vbi ille bibisset, vecors hic dæmonem abs se captum rogat rem, & se qui rogaret, & illo qui perficeret dignam, vt ter-

vt terra, quæque in ea sunt arbores, segetes, prata, quique in illis flores, aurea fierent. Concedit Satyrus. Terrâ itaque aureâ iam effectâ, fames Phrygas occupauit. Vnde Mydas opulentiam suam deplorat, votumque contrarium à priori facit, non amplius iam Satyro, sed Deis ac Deabus vniuersis, vt pristina sibi paupertas, fertilis inquam illa omnigena ac fructuosa redeat, aurumque in hostium capita facessat. Atque ille quidem suppliciter hæc petebat, non tamen res ideò ei succedebat. Laudo fabellam à lepôre, quodque viam ad veritatem sternat. Quid enim innuit aliud, quàm viri insipientis votum de re minimè vtili, qui optat quidem vt consequatur, pœnitet autem iam consecutus. Satyri autem capturam, vincula, ac vinum, fabula subiecit, quòd homines partim precibus, partim vi quæ concupiscebant atque optabant iam consecuti, eorundem munus Dijs adscribant, ab ipsis tamen id nequaquam habentes. Neque enim quidquam quod non sit bonum, Deus tribuit; sed illud fortunæ munus est; irrationale irrationalis; veluti quæ ab ebrijs benignitas obtinetur.

20. *Odi sophistam quisquis haud sapit sibi.*] In eos, qui propter mercedem aut aliud quidpiam docent.

21. *Vnum fruticetum duos erithacos non alit.*] In eos, qui ex re parua lucrum affectant. Erithacus autem auicula est solitaria.

22. *Paruus, qualis Melon.*] De valdè breuibus.

23. *Paruum oboli pretium.*] De improbis dicitur.

24. *Bona spina iam tum quum paruula est se prodit.*] De ijs, quos & prima ætate bonos euasuros apparet.

γενέσθαι αὐτῷ τὴν γῆν χρυσῆν, καὶ τὰ δένδρα χρυσᾶ, καὶ τὰ λήϊα καὶ τοὺς λειμῶνας, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἄνθη· δίδωσι ταῦτα ὁ Σάτυρος· ἐπεὶ δὲ αὐτῷ ἐκεχρύσωτο ἡ γῆ, λιμὸς εἶχε Φρύγας· καὶ ὁ Μύδας ὀδύρεται τὸν πλοῦτον, καὶ ποιεῖται παλινῳδίαν τῆς εὐχῆς· καὶ εὔχεται Σατύρῳ μὲν οὐκέτι, θεοῖς δὲ καὶ θεαῖς, ἐλθεῖν αὐτῷ τὴν ἀρχαίαν πενίαν· τὴν εὔφορον ἐκείνην καὶ πάμφορον καὶ καρποτρόφον· τὸν δὲ χρυσὸν ἀπελθεῖν εἰς ἐχθρῶν κεφαλάς. ὁ μὲν ταῦτα εὔχετο ποτνιώμενος. ἐτελεῖτο δὲ τῷ οὐδὲν μᾶλλον. ἐπαινῶ τὸν μῦθον τῆς χάριτος, καὶ τῆς πρὸς τὰ ἀληθὲς ὁδοῦ. τί γὰρ ἄλλο αἰνίττεται, ἢ ἀνοήτου ἀνδρὸς εὐχὴν, ἐπ' οὐδενὶ χρηστῷ; εὐχομένου μὲν, ἵνα τύχῃ· μεταγινώσκοντος δὲ, ἐπειδὰν τύχῃ· τὴν δὲ θήραν τοῦ Σατύρου, καὶ τὰ δεσμὰ καὶ τὸν οἶνον, ἠνίξατο ὁ μῦθος· ὅτι οἱ μὲν ἀπαιτήσαντες, οἱ δὲ καὶ βιασάμενοι, τυχόντες ὧν ἐπεθύμουν, οὐχ' ὧν ηὔξαντο, ἀναθέασι θεοῖς τὴν δωρεὰν, οὐ παρ' ἐκείνων λαβόντες· οὐδὲν γὰρ τῶν μὴ καλῶν δίδωσιν ὁ θεός. ἀλλ' ἐστι ταῦτα δωρεὰ τύχης, ἄλογος ἀλόγου· οἷαι αἱ παρὰ τῶν μεθυόντων φιλοφροσύναι.

20. Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ' αὑτῷ σοφός.] Ἐπὶ τῶν διὰ μισθὸν ἢ δι' ἄλλο τι διδασκόντων.

21. Μία λόχμη δύο ἐριθακοὺς οὐ τρέφει.] Ἐπὶ τῶν ἐκ μικροῦ τινος κερδαίνειν σπουδαζόντων· ἐριθακὸς δέ ἐστιν ὄρνεον μονῆρες καὶ μονότροπον.

22. Μικρὸς ἡλίκος Μόλων.] Ἐπὶ τῶν πάνυ βραχέων.

23. Μικρὸν τὸ ὀβολοῦ τίμιον.] Λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν πονηρῶν.

24. Μικρόθεν ἡ ἀγαθὰ ἄκανθα φαίνεται.] Ἐπὶ τῶν ἐκ πρώτης ἡλικίας φαινομένων ἀγαθῶν γενέσθαι.

25. Μνή-

25. Μνήμη καμήλου.] Ἐπὶ τῶν μνημονικωτάτων· μνημονικώτατον γὰρ ζῶον ἡ κάμηλος.

26. Μνησικακία καμήλου.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν μνησικάκων· φασὶ γὰρ αὐτὴν πάνυ τι μέχρι πολλοῦ διαμνημονεύειν ὧν ἂν τύχοι παθοῦσα κακῶν, καὶ ἀνιστορεῖν τοὺς ταῦτα πεπραχότας, εἴ που ἐντύχοι.

27. Μόσχος ᾄδων Βοιώτιον.] Μόσχος φαῦλος κιθαρῳδὸς πολλὰ ἀπνευστὶ ᾄδων· τὸ δὲ Βοιώτιον οὕτω καλούμενον, εὗρε Τέρπανδρος· ὥσπερ καὶ ὁ Φρὺξ τὸν Φρύγιον.

28. Μορίων μὴ θίγγανε.] Ἐπὶ τῶν ἱεροσύλων· μορίαι γὰρ ἐλέγοντο αἱ ἐλαῖαι, αἳ ἦσαν ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς· ἐξ ὧν τὸ ἔλαιον ἔπαθλον ἐδίδοντο τοῖς νικῶσι τὰ παναθήναια· ἦσαν δὲ πρῶται δώδεκα τὸν ἀριθμὸν, αἱ μεταφυτευθεῖσαι ἐκ τῆς ἀκροπόλεως εἰς Ἀκαδημίαν. ἤτοι ἀπὸ μόρου καὶ τοῦ φόνου τοῦ Ἁλιρροθίου ὀνομασθεῖσαι οὕτως, ἢ ὅτι ἐνέμοντο καὶ ἐμερίζοντο τὸ ἔλαιον τὸ ἐξ αὐτῶν Ἀθηναῖοι ἅπαντες.

29. Μολὼν λάβε.] Λεωνίδας Ξέρξου γράψαντος αὐτῷ, πέμψαι τὰ ὅπλα· ἀντέγραψε τοῦτο· δηλῶν, ὅτι ἐκεῖνα ἑκὼν οὐ δώσει.

30. Μόναι Λάκαιναι ἄνδρας τίκτουσι.] Παρόσον ἐκεῖναι γενναιοτάτους παῖδας τίκτουσιν.

31. Μόχθου γὰρ οὐδεὶς τοῦ παρελθόντος λόγος.] Σοφοκλέους ἡ γνώμη.

32. Μυκώνιος γείτων.] Αὕτη τάττεται κατὰ τῶν διαβεβλημένων ἐπὶ σμικροπρεπείᾳ· παρὰ τὴν σμικρότητα τῆς νήσου τῆς Μυκώνου καὶ εὐτέλειαν.

33. Μυκωνίων δίκην ἐπεισπέπτωκεν εἰς τὰ συμπόσια.] Διὰ γὰρ τὸ πένεσθαι, διεβέβληντο ἐπὶ αἰσχρότητι. εἴρηται δὲ

25. *Cameli memoria.*] De ijs, qui maxime memoria valent. Memoriosissimum enim animal camelus.

26. *Cameli offensarum memoria.*] De ijs, qui tenaciter offensarum acceptarum memoriam retinent. Aiunt enim, in multum tempus malorum sibi illatorum camelum meminisse. Referam autem, si se offerat occasio, quibus talia acciderunt.

27. *Moschus Bœotiam cantionem canens.*] Moschus malus cytharœdus fuit, multa vno spiritu canens. Cantionem autem Bœotiam appellatam Terpander inuenit, sicut Phryx Phrygiam.

28. *Sacras Mineruæ oliuas ne attingas.*] De sacrilegis. μορίαι enim oliuæ Mineruæ sacræ dicebantur, quarum oleum ijs dabant qui Panathenaicis ludis vicissent. Fueruntque primo duodecim numero, quæ ex arce ciuitatis in Academiam transplantatæ, ἀπὸ μόρου, hoc est, ab interitu Hallirrhothij ita appellatæ, siue quòd oleum ex illis prouenìens Athenienses omnes distributum participarent.

29. *Veniens cape.*] Cùm Xerxes Leonidæ scripsisset, Mitte arma; illi istud respondit: significans, sponte sua ei nequaquam daturum.

30. *Solæ Lacænæ viros pariunt.*] Videlicet quòd illæ generosissimos libeberos edant.

31. *Acti laboris nulla habetur gratia.*] Sophoclis sententia.

32. *Myconius vicinus.*] Vsurpatur parœmia hæc de ijs, qui ob vilitatem malè audiunt: à Mycone insula exigua admodum & parua.

33. *Myconiorum more in symposia incidit.*] Hinc dictum, quòd propter paupertatem Myconij impudentiæ insimularen-

mularentur. Vsurpatur autem de ijs, qui non vocati vltrò conuiuijs sese ingerunt.

34. *Mydas oculos Indicos explorat.*] Mydas lapis in India est, qui geminum fulgorem emittit, ijs quidem qui oculis laborant, acrem igneumque, quique oculos prorsus inflammet; benè autem à natura affectis, corroborantem ac salutarem.

35. *Mus Brasidam momordit in caricis.*] Quòd vel ab exiguo & despecto cauere oporteat. Mus fœcundum alioquin animal, multosque vno partu fœtus edens, si salem gustare contingat, multò adhuc plures enititur. Domestici autem mures, trepida animalia, etiam strepitum timent, & felis sonum exhorrescunt; etiam timidi agrestes mures: audacissimi autem marini. Paruum quidem illis corpus, audacia autem inexpugnabilis: binis in armis fidunt, pelle robusta, & dentium firmitate. Pugnant autem cum piscibus etiam grandioribus, & piscatoribus rei piscatoriæ vel maximè peritis.

36. *Mysorum prædam.*] De ijs, quorum res malè diripiuntur. Latrones enim vicini, vt ait Demon primo libro parœmiarum, illo tempore quo Telephus peregrinatum abijt, Mysos deprædabantur. Ego autem ita scriptum inueni: Græci nauibus onerarijs in Mysiam appulerunt, illamque deuastantes, Troiam se deuastare putauerunt: Telephus autem Mysiæ Rex ab Achille vulneratus, ad Apollinem curationis quærendæ caussa profectus est. Cui ille oraculo respondit: Qui te vulnerauit, te quoque sanabit. Cæterùm qui sanationem petierat, quomodo ab Achille, qui hostis erat, illam sibi posset petere, du-

ἐπὶ τῶν ἀκλήτως εἰσιόντων εἰς τὰ συμπόσια.

34. Μύδας ὀφθαλμοὺς Ἰνδικοὺς δοκιμάζει.] Ἔστι δὲ ὁ Μύδας λίθος ἐν Ἰνδίᾳ, διττὰ ἀφιεὶς τὰ σέλα· τοῖς μὲν πονήρως ἔχουσι τῶν ὀμμάτων, δριμὺ καὶ πυρῶδες, καὶ ἐπιεικῶς φλογωπόν· τοῖς δὲ κατὰ φύσιν, καὶ ῥωστικὸν καὶ σωτήριον.

35. Μῦς ἔδηξε Βρασίδαν ἐν ἰσχάσιν.] Ὅτι δεῖ καὶ τὸν μικρὸν φυλάττεσθαι· οἱ μύες εἰσὶ μὲν καὶ ἄλλως πολύγονα ζῶα, καὶ ἀθρόα τῇ ὠδῖνι πολλὰ τίκτουσιν· εἰ δέ περ καὶ ἁλὸς γευσάμενος τύχοιεν, ἐνταῦθα δή που καὶ πάμπολλα ἀποκυΐσκουσιν· οἱ μὲν κατὰ τὴν οἰκίαν μῦς, δειλὰ ζῶα, καὶ φοβοῦνται κτύπον, καὶ γαλῆν πεφρίκασι κρίξασαν· δειλοὶ δὲ καὶ οἱ ἀγρουραῖοι· θρασύτατοι δὲ οἱ θαλάττιοι. μικρὸν δὲ αὐτῶν τὸ σῶμα, τόλμα ἄμαχος, καὶ θαρρῦσι δύο ὅπλοις· δοράτι ἐντόνῳ καὶ ὀδόντων κράτει· μάχονται δὲ καὶ τοῖς ἰχθύσι τοῖς ἁδροτέροις, καὶ τῶν ἁλιέων τοῖς μάλιστα θηρατικοῖς.

36. Μυσῶν λείαν.] Ἐπὶ τῶν κακῶς διαρπαζομένων· οἱ γὰρ λῃσταὶ καὶ ἀστυγείτονες, ὥς φησι Δήμων ἐν πρώτῃ παροιμιῶν, κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τοὺς Μυσοὺς ἐλῄζοντο, μετὰ τὴν τοῦ Τηλέφου ἀποδημίαν. ἐγὼ δὲ οὕτως εὗρον. Οἱ Ἕλληνες ταῖς ὁλκάσι τῇ Μυσίᾳ χώρᾳ προσέβαλον, καὶ ταύτην πορθοῦντες, ἐδόκουν τὴν Τροίαν πορθεῖν. Τήλεφος δὲ τῆς Μυσίας χώρας ἀνάσσων, καὶ ὑπὸ τοῦ Ἀχιλλέως τρωθεὶς, ἀφίκετο πρὸς Ἀπόλλω ζητῆσαι τὴν ἴασιν. ὁ δὲ πρὸς τοῦτον ἐφοίβασεν· Ὁ τρώσας ἰάσεται. λοιπὸν, πρῶτα μὲν ὁ αἰτησάμενος, ἀπορείᾳ συνείχετο, πῶς ἄρα τὸν Ἀχιλλέα ἐχθρὸν ὄντα τούτων ζητήσαι τὴν ἴασιν. ἀλλ' ἐπι-

ἑπόμενος τῷ φοιβάσματι τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ τῇ ἀνάγκῃ τῆς τρώσεως, εἰς τὸν Ἀχιλλέα κατὰ δευτέραν λογισμοῦ προσβολὴν παραγέγονεν, ὑποσχόμενος τούτῳ τῆς ἰάσεως λύτρα δοῦναι, τὰ τῶν χρημάτων τούτου ἥμισυ. ὁ δ' Ἀχιλλεὺς μόνως ἐκ τοῦ τρωθέντος ζητήσας μαθεῖν τὴν πρὸς Τροίαν ὁδὸν, καὶ ταύτην μαθὼν, ἐξ αὐτοῦ ἠρκέσθη ταύτῃ τῇ χάριτι, καὶ τὸν τρωθέντα Τήλεφον ἐθεράπευσεν· ὅθεν καὶ ἑτέρα παροιμία· Ὁ τρώσας ἰάσεται.

37. Μυσὶ κανθαρίς.] Ἐπὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων.

38. Μύλος πάντ' ἀκούει.] Ἐπὶ τῶν προσποιουμένων μὲν μὴ ἀκούειν, ἀκουόντων δέ· ὁ δὲ Μύλος ἦν ποιητὴς κωμῳδιῶν, ὃς μὴ ἀκούειν ὑπεκρίνετο.

39. Μυόλεθρος.] Διὰ τὸ ἀποῤῥεόντων τῶν μυῶν τῶν μελῶν, θνήσκειν αὐτούς. εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν ἡσύχων.

40. Μυῤῥίνων ἐπιθυμεῖς.] Τουτέστι, ἀρχῆς. μυῤῥίναις γὰρ στεφανοῦνται οἱ ἄρχοντες.

41. Μῦς λευκός.] Ἐπὶ τῶν ἀκρατῶν ἐπὶ τὰ ἀφροδίσια ἡ παροιμία εἴρηται· οἱ γὰρ κατοικίδιοι μύες ἄγαν πρὸς τὴν ὀχείαν κεκίνηνται, καὶ μάλιστα οἱ λευκοί· ἔτι δέ εἰσι θήλεις. τῶν δὲ μυῶν ὁ φωλεὸς, μυωξία λέγεται.

42. Μῦς δακὼν παῖδ' ἀπέφυγε.] Παρόσον καὶ οἱ μικροὶ τοὺς μεγάλους λυποῦσιν ἐνίοτε.

43. Μυσὸς ὄνος κατεαγὼς τὸν νῶτον.] Παροιμία ἐπὶ τῶν κυρτῶν· ὅτι οἱ Μυσοὶ ἤτοι οἱ Βουλγαροὶ, εἶχον ὄνους κυρτούς. τούτων ἦρχεν Εὔνομος, καὶ Χρόμιος οἰωνιστής.

bius admodum ferebatur. Verumtamen Apollinis oraculo obſecutus, & vulneris atrocitate coactus, poſt rem ſecundò examinatam, ad Achillem acceſſit; compromittens illi ſe pretium ſanationis, opum ſuarum dimidiam partem daturum: Achilles autem à vulnerato ſolùm viam, quæ Troiam verſus ducat, diſcere cupit. Quam vbi reſciuit, illa ſibi gratia relata acquieuit, & Telephum ſaucium ſanitati priſtinæ reſtituit. Vnde & altera orta parœmia: *Qui vulnerauit, ſanabit.*

37. *Muribus cantharis.*] In homines ſeu res nullius pretij.

38. *Mylus omnia audit.*] De ijs, qui ſimulant quidem ſe non audire, audiunt tamen. Mylus fuit poëta Comicus, qui ſe ſurdum eſſe fingebat.

39. *Muris interitus.*] Hinc dictum quòd defluentibus murium membris, ipſi emoriantur. Vſurpatur autem de quietis.

40. *Myrtos deſideras.*] Hoc eſt, magiſtratum. Myrtis enim magiſtratus coronantur.

41. *Mus albus.*] De ijs, qui intemperantes in Venerem feruntur, parœmia dicitur. Domeſtici enim mures maximè in coitum incitantur, præſertim albi. Sunt autem fœmellæ. Murium antrum *μυωξία* vocatur.

42. *Mus puerum mordens aufugit.*] Quòd etiam parui magnos interdum moleſtiâ afficiant.

43. *Myſius aſinus rupto dorſo.*] Parœmia de gibboſis dicitur. Myſi enim, ſiue Bulgari, aſinos gibboſos habuerunt. His imperauit Eunomus, & Chromius augur.

44. *Stimulo currentem incitasti.*] De valdè promptis. μύωψ autem est musca quædam, boues irritans. Est & ferrum, quod equites in pedibus ferunt. Xenophon autem primo Cyropædias ἐγκεντρίδα illud appellat.

45. *Myscelli suffragium.*] De ijs, qui probè dijudicant. Ille enim oraculo dato sanitatem diuitijs præposuit.

46. *Ne pro Dea hominem.*] Nempe, eligas. In eos qui deteriora loco meliorum eligunt. Athamas duos filios ex Nephele habuit, Phryxum & Hellen. posthabita autem Nephele quæ Dea erat, cum mortali sese fœmina commiscuit. Vnde æmulatione accensa Nephele, in cœlum auolauit, & viri regionem siccitate afflixit. Quare Athamas homines Apollinis oraculum consulturos & de siccitate quæsituros misit. Vxor porrò eius Phryxum & Hellen perijsse volens, oraculi consultoribus datis muneribus persuasit, Athamanti referrent, Apollinem respondisse, non aliter illam siccitatem desituram, nisi Nepheles liberos immolaret. Quo audito Athamas, illos ex pascuis accersit: vbi aries humana voce vtens, Phryxo & Hellæ de parata ipsis cæde indicium facit. Fugientibus ergo illis cum ariete, Helle, cùm Abydi fretum trajiceret ex ariete decidens, in aqua suffocata interijt. Vnde & Hellespontus ab ipsa est appellatus. Phryxus autem ariete vectus, in terra Colchica seruatur. Vbi etiam arietem, cui aureum vellus à Dijs tributum fuerat, Marti aut Mercurio immolat; ibique habitans, nomen loco reliquit: ex illo enim tempore Phrygia est appellata. Nephele interim, vt Athamas sibi pœnas ob liberos amissos daret, effecit. Adductus siquidem ad Iouis aram, dubio procul mactatus & immolatus fuisset, nisi ab Hercule liberatus fuisset.

44. Μύωπι τὸν δράκοντα ἤγειρας.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν προθύμων· μύωψ δέ ἐστι μυῖά τις, ἐρεθίζουσα τοὺς βοῦς· καὶ τὸ σίδηρον, ὃ φοροῦσιν οἱ ἱππεῖς εἰς τοὺς πόδας, μύωψ λέγεται. Ξενοφῶν δ᾽ ἐν πρώτῳ Κυροπαιδείας, ἐγκεντρίδα τοῦτο ὠνόμασεν.

45. Μυσκέλλου ψῆφος.] Ἐπὶ τῶν καλῶς προκρινόντων· οὗτος χρησμοῦ δοθέντος, τὴν ὑγείαν τοῦ πλούτου προέκρινεν.

46. Μὴ θεᾶς ἄνθρωπον, ὡς Ἀθάμας.] Λείπει, ἑλοῦ. Ἐπὶ τῶν αἱρουμένων τὸ χείρονα τῶν κρειττόνων ἀντὶ τούτων. Ἀθάμας ἐκ Νεφέλης δύο παῖδας ἔσχε, Φρύξον καὶ Ἕλλην. ἀφεὶς οὖν τὴν Νεφέλην θεὰν οὖσαν, θνητῇ γυναικὶ ἐπιμίγη. ζηλοτυποῦσα οὖν ἡ Νεφέλη, ἀπέπτη εἰς οὐρανὸν, καὶ τὴν τοῦ ἀνδρὸς χώραν αὐχμῷ ἐκόλαζε. πέπομφε οὖν θεωροὺς εἰς Ἀπόλλωνος Ἀθάμας ἐρέσθαι περὶ τοῦ αὐχμοῦ. Ἡ οὖν τούτου γυνὴ θέλουσα Φρύξον καὶ Ἕλλην ἀπολωλέναι, πέπεικε διὰ δώρων τοὺς θεωροὺς εἰπεῖν Ἀθάμαντι ὡς οὐκ ἂν ἄλλως παύσασθαι τὸν αὐχμὸν ἔχρησεν ὁ Πύθιος, εἰ μὴ τοὺς τῆς Νεφέλης θύσειε παῖδας. ἀκούσας οὖν ὁ Ἀθάμας μεταπέμπεσθαι τοὺς παῖδας ἐκ τῶν ποιμνίων, εἷς οὖν κριὸς ἀνθρωπίνῃ φωνῇ χρησάμενος, λέγει Φρύξῳ καὶ Ἕλλῃ, περὶ τῆς σφαγῆς. φευγόντων οὖν τούτων μετὰ τοῦ κριοῦ, ἡ μὲν Ἕλλη ἐν τῷ περαιοῦσθαι τὸν ἐν Ἀβύδῳ πορθμὸν, ἀπεπνίγη πεσοῦσα ἀπὸ τοῦ κριοῦ. ὅθεν καὶ ἀπ᾽ ἐκείνης Ἑλλήσποντος κέκληται. Φρύξος δὲ ἐποχούμενος τῷ κριῷ, εἰς τὴν τῶν Κόλχων γῆν διεσώζετο. ἔνθα καὶ τὸν κριὸν, ὃς ὑπὸ τῶν θεῶν χρυσόμαλλος γέγονε, θύει τῷ Ἄρει, ἢ τῷ Ἑρμῇ· καὶ κατοικήσας αὐτόθι, τοὔνομα καταλέλοιπε τῷ τόπῳ. ἐκ τούτου γὰρ ἡ Φρυγία οὕτως ἐκλήθη. Ἀθάμαντα δὲ ἡ Νεφέλη δίκην αὐτῇ δώσειν διὰ τοὺς παῖδας πεποίηκε. περισαχθεὶς οὖν στεφανοφορῶν ἐν τῷ βωμῷ τοῦ Διὸς· σφαγιασόμενος, ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους σέσωσται. Οὕτω γὰρ Σοφοκλῆς ἐν δράματι πεποίηκε,

κατὰ

κατὰ τὸν μῦθον· [τὸ τι ἀληθὲς οὕτως ἔχει· Ἀθάμας ὁ Στόλου παῖς Ἕλληνος, ἐβασίλευσε τῆς Φθίας· ἦν δὲ αὐτῷ ἀνὴρ ἐπίτροπος τῶν χρημάτων, ὃν μάλιστα πιστὸν ἡγεῖτο, ὀνόματι Κριόν. ὃς αἰσθόμενος τοῦ Ἀθάμαντος ἀποκτεῖναι ἐθέλοντος τὸν Φρύξον, δηλεῖ τοῦτο τῷ Φρύξῳ· ὁ δὲ Φρύξος κατασκευάσει ναῦν, καὶ ἔθετο ἐν αὐτῇ χρήματα πάμπολλα. ἐν ᾗ νηὶ καὶ ἡ μήτηρ Πέλοπος, ὄνομα δὲ αὐτῇ Ἠώς· καὶ αὕτη ἐκ τῶν αὐτῆς χρημάτων εἰκόνα ποιησαμένη χρυσῆν ἐνέθετο. σὺν τοῖς χρήμασι γοῦν καὶ Φρύξον καὶ Ἕλλην ὁ Κριὸς ἐν ταύτῃ ἐνθεὶς, ᾤχετο ἀπιών. ἡ μὲν οὖν Ἕλλη κατὰ τὸν πλοῦν ἀσθενήσασα, ἀπέθανεν· ἐξ ἧς καὶ Ἑλλήσποντος ἐκλήθη. Αὐτοὶ δὲ ἀφικόμενοι εἰς τὸν Φάρον, κατοικοῦσιν αὐτοῦ, καὶ γαμεῖ Φρύξος τὴν τοῦ τῶν Κόλχων βασιλέως θυγατέρα Αἰήτου, δοὺς ἕδνα τούτῳ τὴν χρυσῆν εἰκόνα τῆς Ἠοῦς, ἀλλ' οὐχὶ δέρμα κριοῦ. Οὕτως ἡ ἀλήθεια ἔχει.

47. Μῦς ἄρτι πίσσης γεύεται.] Ἐπὶ τῶν νεωστὶ παθόντων κακῶς, καὶ ἀπαλλαγέντων.

48. Μῦς γαλῆν ἐλέγξει τὴν πρώην νύμφην.] Ἐπὶ τῶν μεγάλα ἐπαγγελλομένων, καὶ τῷ χρόνῳ ἐξελεγχομένων. ὁμοία ἐστὶ τῇ· Ὑπὸ τῇ λεοντῇ πάλιν ὄνος ὀγκήσεται· καὶ τῇ· Φωνήσας ὁ κόραξ πονήσεται.

49. Μῦς εἰς τρώγλην οὐ χωρῶν, κολοκύνθαν ἔφερεν.] Ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς μὴ δυναμένων, καὶ ἄλλοις θελόντων βοηθῆσαι καὶ περιποιήσασθαι.

50. Μωρότερος Μορύχου.] Ἐπὶ τῶν εὐηθές τι διαπραττομένων· οὗτος γὰρ ὁ Μόρυχος τὰ ἔνδον ἀφεὶς, ἔξω τῆς οἰκίας ἐκάθητο. λέγεται δὲ παρὰ Σικελιώταις Μόρυχος καὶ Διόνυσος· διὰ τὸ μολύνεσθαι τὸ πρόσωπον ἐν τρυγί.

Sic Sophocles hanc fabulam in Tragœdia, rem secutus, repræsentauit. [Cæterùm veritas ipsa ita se habet. Athamas Stoli Græci filius in Pthia regnauit. Erat autem illi vir qui pecuniæ suæ curam habebat, quem maximè sibi fidum arbitrabatur, nomine Crius siue Aries: qui vbi intellexit, Athamanti in animo esse Phryxum de medio tollere, rem ei indicat: qui constructa naui, multam pecuniæ vim eidem imposuit. In qua etiam mater Pelopis fuit, cui nomen Eos siue Aurora: quæ ipsa quoque ex pecunijs suis auream quam confecerat statuam, in nauim imposuit. Crius ergo siue Aries Phryxum & Hellen cum pecunijs in naui collocatis auexit. Cæterùm Helle in illa nauigatione morbo contracto, è vita discessit: ex eaque Hellespontus nomen accepit. Illi verò ad Pharum peruenientes, ibidem habitationem eligunt. ducitque in vxorem Phryxus Aietæ Colchorum regis filiam, auream illi pro munere nuptiali Eois siue Auroræ statuam, non autem vellus arietis donans. Atque hæc quidem rei veritas.

47. *Mus modò picem gustat.*] De ijs, qui paulo antè mala passi, ab ijsdem denuò liberantur.

48. *Mus felem arguet paulo antè puellam.*] De ijs, qui magna promittunt, & successu temporis coarguuntur. Similis huic: *Sub leonis pelle rursum asinus ridet.* Et illi: *Vocem edens coruus malum habebit.*

49. *Mus cùm antro suo non caperetur, etiam cucurbitam ferebat.*] In eos, qui cùm sibiipsis non possint, alijs opem ferre præsumunt.

50. *Stultior Morycho.*] In eos, qui stultè aliquid faciunt: Talis enim Morychus fuit: qui rebus quæ intus erant neglectis, extra domum desidebat. Dicitur autem Siculis Bacchus etiam Morychus, quòd facies eius fæce fœdaretur.

51. *Stultus tacere nescit.*]

52. *Stultior Corybo.*] Et ille olim stultus.

53. *Facilius carpet quàm imitabitur.*] De indoctis; & quòd reprehendere facilius sit quàm imitari.

54. *Insanientem Deum alio sobrio Deo temperare.*] De ijs, qui vinum aquæ miscent. Platonis dictum.

N.

55. N*Auis supplicat petris.*] De valdè stupidis, & inexorabilibus. vt & illud: *Statuæ supplicemus.*

56. *Seruari haud vna nauis anchora solet.*] Euripidis sententia.

57. *Nauis vetusta inepta deinceps est mari.*] De rebus quæ minimè conducunt.

58. *Pumilio cùm sis, cede.*] Sic Neoclides & Aristoteles: Theophrastus autem ait: *Tanquam pumilionem magna verenda habentem.* Pumiliones enim magnum illud membrum habent.

59. *Noua hirundo.*] De ijs, qui aliquos fallunt.

60. *Iuuenis gloriæ inseruiens præcox improbitas.*] Metrodori sententia.

61. *Neoclide furacior.*] Ille enim cæcus cùm esset, videntes tamen furacitate superabat.

62. *Mortuo fabulam in aurem narrabat.*] De nihil audiente, & de stupidis.

63. *Mortuum vnguento perungis.*] De ijs, quæ fieri non possunt.

64. *Mortuus iacet pedens.*] In inopes, qui tamen abundare se fingunt.

51. Μωρὸς σιωπᾷν οὐ δύναται.]

52. Μωρότερος Κορύβου.] Καὶ οὗτος ἀρχαῖος μωρός.

53. Μωμήσεται μᾶλλον ἢ μιμήσεται.] Ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων, καὶ ὅτι τὸ ψέγειν τοῦ μιμεῖσθαι ῥᾳότερον.

54. Μαινόμενον θεὸν ἑτέρῳ θεῷ νήφοντι σωφρονίζεσθαι.] Ἐπὶ τοῦ μιγνυμένου πρὸς ὕδωρ ἀκράτου.

N.

55. ΝΑῦς ἱκετεύει πέτρας.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα ἀναισθήτων καὶ ἀδυσωπήτων, ὡς τό, Ἀνδριάντα πρεσβεύσωμεν.

56. Ναῦν τοι μί᾽ ἄγκυρ᾽ οὐδαμῶς σώζειν φιλεῖ.] Εὐριπίδου.

57. Ναῦς παλαιὰ πόντῳ οὐχὶ πλώϊμη.] Ἐπὶ τῶν μηδὲν συντελούντων.

38. Νάνος ὢν ὕπεικε.] Ἐπὶ τῶν μικρῶν· οὕτω Νεοκλείδης καὶ Ἀριστοτέλης· Ὁ δὲ Θεόφραστος· Ὡς νάνον καὶ αἰδοῖον ἔχοντα μέγα· οἱ γοῦν νάνοι μέγα αἰδοῖον ἔχουσιν.

59. Νέα χελιδών.] Ἐπὶ τῶν ἐξαπατώντων τινάς.

60. Νέος φιλοδοξῶν πρώϊμος πονηρία.] Ἡ Μετροδώρου γνώμη.

61. Νεοκλείδου κλεπτίστερος.] Οὗτος τυφλὸς ὤν, τοὺς βλέποντας ὑπερηκόντιζεν.

62. Νεκρῷ μῦθον εἰς οὖς ἔλεγεν.] Ἐπὶ τοῦ μὴ ἐπαΐοντος, καὶ ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων.

63. Νεκρὸν μυρίζεις.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

64. Νεκρὸς κεῖται βδέων.] Ἐπὶ τῶν ἀπόρων, εὐπορεῖν δὲ προσποιουμένων.

65. Νεκρὸς οὐ δάκνει.] Διότι ὅτι τοὺς ἐχθροὺς φθείραντες οὐ λυποῦνται.

66. Νεφέλας ξαίνεις.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

67. Νέμεσις δέ γε περὶ πόδας βαίνει.] Παρέστιν μέτεισι ταχέως ἡ δαίμων τοὺς ἡμαρτηκότας.

68. Νεοττοῦ οὐδέν μοι δίδως.] Ἐπὶ τῶν ἀμεταδότων· Νεοττὸς γὰρ λέγεται ἡ τοῦ ᾠοῦ λέκιθος, καὶ τὸ πυῤῥὸν, ᾧ διαδίδοται ἀρχὴ ὑπὸ τὸν ὑμένα λευκόν· ἐν τούτῳ γὰρ τὸ σπέρμα, καὶ οὐκ ἐν τῷ καλουμένῳ νεοττῷ (διεψεύσθησαν γὰρ οἱ πρώτως τοῦτο φήσαντες) καὶ ἔστι τὸ ὠχρὸν περίττωμα τοῦ σπέρματος· ὅτι δὲ τὸ ὠχρὸν νεοττὸν ἔλεγον, μαρτυρεῖ Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ χρησμῶν. ὄναρ γάρ τινά φασι θεασάμενον, ἐκ τῆς κλίνης αὐτοῦ κρέμασθαι ᾠά, προσαναθέσθαι ὀνειροκρίτῃ· τὸν δὲ εἰπεῖν, ὅτι ὀρύττων θησαυρὸν εὑρήσει κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον· εὑρόντα δὲ σταμνίον, ἐν ᾧ ἀργύριον ἦν καὶ χρυσίον, ἐνεγκεῖν τι τοῦ ἀργύρου τῷ μάντει. τὸν δὲ μάντιν εἰπεῖν, Τοῦ δὲ νεοττοῦ οὐδέν μοι δίδως· καὶ Δίφιλος κέχρηται· Ὠὸν δ' ἐν αὐτῇ διέτρεφε νεοττίᾳ.

69. Νεβρῷ ἱππεύεις.] Ἐπὶ τῶν βραδέως γινομένων.

70. Νήια καὶ κωπέας ἀνθ' ὅπλων ἠλλάξαντο.] Ἐπὶ τῶν μὴ τηρούντων τὰς ἑαυτῶν τέχνας, δόξης ἐπιθυμίᾳ· Νήια γὰρ λέγονται τὰ τῆς νηὸς σχοινία, κωπέαι δὲ τὰ πρὸς κώπας ἐπιτήδεια ξύλα.

71. Νηφάλια ξύλα.] Τὰ μὴ ἀμπέλινα, μηδὲ σύκινα, μηδὲ μύῤῥινα· ἐκεῖνα γὰρ οἰνόσπονδα λέγεται.

72. Νὴ τὼ Σιώ, τέχνη ἄνευ τῆς ἀληθείας ἔφθη.] Τουτέστιν, οὔτι μή ποτε γένοιτο· Λάκων εἶπε, μεγαλυνομένου τινὸς ῥήτορος ἐπὶ ῥητορικῇ.

65. *Mortuus non mordet.*] Hinc dictum quod qui hostes suos perdunt, ab ijsdem non afficiantur molestia.

66. *Nebulas cadis.*] De impossibilibus.

67. *Nemesis circa pedes obambulat.*] Quòd Dea illa peccantibus statim adsit.

68. *De luteo nihil mihi das.*] In tenaces. νεοττὸς enim dicitur luteum, siue flauum oui; cuius principium est sub membranula alba: in illa enim semen galli gallinacei, & non in illa quæ vocatur νεοττός. (Falsi sunt enim qui hoc primò asseruerant) & est flauum id quod ex semine abundat. Quòd autem flauum illud νεοττὸς vocatum fuerit, attestatur Chrysippus in libro De oraculis. Aiunt enim, quendam per somnium, ex lectica sua oua pendentia vidisse, eamque ob caussam coniectorem insomnij adijsse; illum verò respondisse, si foderet, thesaurum prope illum locum inuenturum. Inuento autem vasculo in quo argentum & aurum inerat, argenti quippiam vati attulisse, vatem verò respondisse, *De luteo nihil mihi das* Diphilus autem sic vsus est: *Ouum in ipso nido fouit.*

69. *Hinnulo inequitas.*] De ijs, quæ lentè fiunt.

70. *Rudentes & ligna ad remos faciendos armis permutabant.*] In eos, qui artes suas non exercent ob gloriæ cupiditatem. νήια enim dicuntur funes nautici: κωπέαι autem ad remos necessaria ligna.

71. *Sobria ligna.*] Hoc est, quæ non sunt ex vite, neque ex ficu arbore, neque ex myrto. Illa enim οἰνόσπονδα, hoc est, in illis sacris adhibentur, in quibus & vinum.

72. *Per Castorem & Pollucem ars absque veritate tacta est.*] Hoc est, fieri nunquam id possit. Ita Lacon respondit, cùm rhetor quidam de sua dicendi facultate, gloriosis verbis nimium iactaret.

73. *Nio-*

Digitized by Google

73. *Niobes mala.*] De ijs, qui maxima mala perpetiuntur. [Niobe, Tantali & Æropes filia, in lapidem conuersa fuit ad filiorum tumulum, quos Apollo & Diana interemerant, propterea quod elatiùs illa se gessisset ob multitudinem formamque eorundem liberorum, dixissetque se Leda fecundiorem esse.] Cæterùm, qui credit hominem ex lapide, aut vicissim ex hominibus lapidem posse fieri; næ, meo quidem iudicio, insulsus nimiùm & lapideus ipse est. Rei autem ipsamet veritas hæc est: Niobe, cùm filij eius fato concessissent, statuam lapideam fieri, illamque ad sepulchrum filiorum suorum collocari iussit: quam nos ipsimet vidimus talem, qualis etiam esse narratur.

74. *Mens non est Centauris.*] In obliuiosos & violentos. Hi enim sua violentia perierunt.

75. *Mens videt, & mens audit.*] Mens enim præstantior est reliquis & corporis & animæ facultatibus.

76. *Noui peregrinum.*] De ijs, qui aliquos suspectos habent.

77. *Seruare leges patrias pulcrum ac bonum.*] Menandri.

78. *Par cum Dijs parentibus lege est honos.*] Philemonis.

79. *Mærore morbum perpeti minus graue.*] Eiusdem.

80. *Lex & regio.*] Aperta parœmia.

81. *Sponsi vos vitam viuitis.*] De ijs, qui prosperè viuunt: nam qui vxorem ducebant, sisymbro & alijs quibusdam stirpibus inter nuptiarum dies coronabantur.

82. *Humida nox.*] De malis quæ accidunt.

83. *Nunc in regionem venisti.*] De ijs, qui quò se redituros negauerant, redeunt.

84. *Nunc leguminum messis.*] De ijs, qui opportunè & suo quoquo tempore omnia perficiunt.

73. Νιόβης πάθη.] Ἐπὶ τῶν μέγιστα παθόντων κακά· αὕτη γὰρ ζῶσα, λίθος ἐγένετο ἐπὶ τῷ τύμβῳ τῶν παίδων, [οὓς Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις ἐφονεύσαντο, διὰ τὸ ἐπαρθῆναι ἐπὶ τῷ πλήθει καὶ κάλλει τῶν παίδων αὐτῆς, καὶ εἰπεῖν, εὐτεκνοτέραν εἶναι τῆς Λήδας.] Ὃς δὲ πείθεται ἐκ λίθου γενέσθαι ἄνθρωπον, ἢ ἐξ ἀνθρώπων λίθον, εὐήθης ἐστί. τὸ δ' ἀληθὲς ἔχει ὧδε· Νιόβη, ἀποθανόντων τῶν ἑαυτῆς παίδων, ποιήσασα ἑαυτῇ εἰκόνα λιθίνην, ἔστησεν ἐπὶ τῷ τύμβῳ τῶν παίδων. καὶ ἡμεῖς ἐθεασάμεθα αὐτὴν, οἵα καὶ λέγεται.

74. Νοῦς οὐ παρὰ Κενταύροις.] Ἐπὶ τῶν ἐπιλησμόνων καὶ πλεονεκτῶν. παρόσον ὑπὸ πλεονεξίας ἀπώλοντο.

75. Νοῦς ὁρᾷ, καὶ νοῦς ἀκούει.] Ὁ γὰρ νοῦς κρείσσων πάσων δυνάμεων, τῆς τε ψυχῆς, τοῦ τε σώματος.

76. Νεῶ τὸν ξένον.] Ἐπὶ τῶν ὑφορωμένων τινάς.

77. Νόμοις ἕπεσθαι τοῖς ἐγχωρίοις, καλόν.] Μενάνδρου.

78. Νόμος, γονεῦσιν ἰσοθέους τιμὰς νέμειν.] Φιλήμονος.

79. Νόσον πολὺ κρεῖττόν ἐστι, ἢ λύπην φέρειν.] Τοῦ αὐτοῦ.

80. Νόμος καὶ χώρα.] Δήλη.

81. Νυμφίου βίον ὑμεῖς ζῆτε.] Ἐπὶ τῶν εὐτυχῶς ζώντων· οἱ γὰρ γαμοῦντες ἐστεφανοῦντο σισύμβροις καὶ φυτοῖς τισι πρὸς τῶν γάμων ἡμέραις.

82. Νὺξ ὑγρά.] Ἐπὶ τῶν συμβαινόντων χαλεπῶν.

83. Νῦν εἰς χώραν ἦλθες.] Ἐπὶ τῶν ὅπου ἀπηρνοῦντο μὴ ἐλθεῖν, ἐλθόντων.

84. Νῦν ὁ ὀσπρίων ἄμητος.] Ἐπὶ τῶν καθ' ὥραν πραττόντων πάντα.

85. Νῦν θεοὶ μάκαρες.] Ἐπὶ τῶν ἀξίως τιμωρουμένων, ἐφ' οἷς ἔπραξαν.

86. Νῦν γένοιτο τὸ σωθῆναι.] Ἀετὸς χελώνην ἁρπάσας, ἤθελεν ἀφ' ὕψους καταβαλεῖν· ἡ δὲ, Νῦν γένοιτο, φησὶ, τὸ σωθῆναι· τοῦ δὲ λοιποῦ αὐτῇ μελήσει.

87. Νόσος φιλίας ἡ κολακεία.]

88. Νῷ πείθου.] Ὁμοία τῇ· Τῷ θεῷ ἕπου.

Ξ.

89. Ξένος ἔλθῃ ὅστις ὀνήσει.] Θετταλῶν καταστρέψας πόλεις ὁ Φίλιππος, καὶ τοὺς ξένους πωλήσας, εἴρηκε τοῦτο.

90. Ξυρεῖ ἐν χρῷ.] Ἐπὶ τῶν πονούντων τι εἴς τινα λίαν ἐπίπονον.

91. Ξυρὸς εἰς ἀκόνην.] Ἐπὶ τῶν προσηκόντων τισίν· ἢ ἐπὶ τῶν ὧν βούλονται τυγχανόντων. Ὁμοία τῇ· Ὄνος εἰς ἄχυρα.

92. Ξύλον ἀγκύλον οὐδέποτ' ὀρθόν.] Ὅτι δυσχερὲς, ἐκ φαύλων ἀγαθοὺς ἀπεργάσασθαι.

93. Ξὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κ' ὀδύρεται.] Ἀντὶ τοῦ, θεοῦ βουλομένου, καὶ τὰ κακὰ μεθίσταται εἰς τέρψιν.

94. Ξύμβολος ἀγαθὸς ἢ καὶ φαῦλος.] Ἐπὶ τῶν οἰωνιζομένων διὰ ξυμβόλων· ξυμβόλους δὲ ἐκάλουν τοὺς διὰ τῶν πταρμῶν οἰωνισμούς. ἀνετίθεντο δ' οὗτοι Δήμητρι· καὶ ξύμβολον ὄρνιν φασὶν, ἐπειδὴ ξυμβόλους, ἤγουν σημεῖα, ἐποίουν τοὺς πρῶτα συναντῶντας.

95. Ξυνὸς Ἐνυάλιος καὶ τὸν κτανέοντα κατέκτα.] Ἐπὶ τῶν ἐπ' ἴσης κινδυνευόντων.

96. Ξυγγνώμη πρωτοπείρῳ.] Ἐπὶ τῶν ἐν πρώτοις τι διαμαρτανόντων.

85. *Nunc Dij beati.*] In illos, qui iustâ vindictâ pro suis quæ fecerant sceleribus puniuntur.

86. *Nunc seruari contingat.*] Aquila cùm testudinem rapuisset, illam ex sublimi dejicere volebat, quæ ait: Nunc seruari contingat; nam in posterum eius rei cura erit.

87. *Morbus amicitiæ assentatio.*]

88. *Menti pareto.*] Similis illi: *Deum sequere.*

Ξ.

89. *Veniat qui proderit hospes.*] Thessalorum vrbibus euersis & exteris diuenditis, Philippus hoc dicto est vsus.

90. *In cute radit.*] De ijs, qui insigni molestia quempiam afficiunt.

91. *Nouacula in cotem.*] De ijs, quæ aliquibus conueniunt. Seu in eos, qui quæ volunt, assequuntur. Similis illi: *Asinus in paleas.*

92. *Lignum curuum nunquam rectum.*] Quòd difficile sit, ex malis bonos effici.

93. *Deo volente ridet & flet quilibet.*] Hoc est, Deo volente mala in oblectationem mutantur.

94. *Auspicium aut malum aut bonum.*] De ijs, qui omnia captant ex augurijs, quæ per sternutationes fiunt. Nam ξυμβόλους istiusmodi auspicia vocabant: Fuerunt que Cereri sacra. ξύμβολον etiam auspicium vocant, quando primùm obuios rei futuræ signa siue omen sibi statuebant.

95. *Communis Mars perimentem sæpè peremit.*] De ijs, qui æqualiter periclitantur.

96. *Venia danda primum experienti.*] De ijs, qui primum quidpiam delinquunt.

Digitized by Google

O.

97. *Iouis filius Corinthus.*] De ijs, qui cum pridem feliciter egissent, postea minimè feliciter dimitttuntur.

98. *Piscator ictus sapiet.*] De ijs, qui malo suo erudiuntur.

99. *Recta via ambulat.*] De ijs, qui moderatam & omni ex parte æquam vitam agunt.

100. *A via & veritate aberrare durum est.*]

CENTVRIA XIV.

1. *Punit superbè se gerentes Iuppiter.*] Euripidis.

2. *Sol non verè aquilinum pullum.*] Supple, arguit. Quando alicuius rei experimentum capitur.

3. *Qui duos insectatur lepores neutrum capit.*]

4. *Præsente via diuerticulum quæris.*] De ijs, qui aperta relinquunt, & obscura quærunt.

5. *Qui habet censum equi, velocissime equitat.*] Est & hæc vulgaris.

6. *Qui multum habet piperis, etiam oleribus indit.*] De ijs, qui abundanter & lautè viuunt.

7. *Animus dolens securitatem non habet.*] Euripidis.

82. Λευκώλενον λίνον] Fuit cum exiſtimarem τὸ λίνον conflatum videri è duabus antecedentibus vocis ſyllabis. Et quid lino ſimilitudinis cum vxore λευκωλένῳ? & ſi quis argutetur, & eſſe aſtruat, quid ſaltem turpitudinis illi ineſt. vt περὶ τῶν αἰσχρὰς γαμούντων adhibeatur? Adde quod illud κερδογαμεῖς (ſic enim in ſcripto eſt Apoſtolio, ac Diogeniano) magis me in illa opinione confirmat, & vt res eſt fatear, eo inclinat animus, vt credam ita ſcribendum: λευκώλενον κερδὼ κερδογαμεῖς, *albivlnam vulpeculam ducis vxorem lucri gratia.* Vulpi porro Simonides in Iambis mulierem comparauit. κερδῶν eſt in Vaticanis ad Zenobium additamentis, & poſt αἰσχρὰς, additur, ἢ τὰς γηραιάς.

84. De Leocorio, fame laborante vide quæ inf. Cent. XII. Adag. 2. adnotabimus.

85. Λέοντα ξυρᾶν] niſi in explicatione mendum eſt initio, ita accipio vt in eos iactetur homines, qui facile ſe ad quid agendum patiendumve obſequentes præſtent, vt nec leo manum radentis admiſerit. Suidas

das de iis adhiberi, qui res factu impossibiles suscipiant. Diogenianus, & Accessiones ad Zenobium, de iis qui sibi noxia aggrediuntur. Dau. Hœschelius κρύπτειν leg. coniectabat, quod æquè τῶν ἀδυνάτων, atque τὸν λέοντα ξυρεῖν. Sic & Plato vsurpat lib. I. de Rep. M. S. hic ξυρεῖν. vtrumque vsitatum. Suid. ξυρεῖς habet. Quid vero κυρίττειν, notum è Plutarchi Quæstion. Rom. 71. & è vita Crassi. In scripto vero κηρύττειν mendose legitur, pro quo ἐρύττειν multo malim.

88. ἡ Λέρνη πηγή] Meminit Lucianus Dialogo I. marino. At Strabo lib. VIII. Ποταμὸς ἡ Λέρνη καλουμένη, ὁμώνυμος τῇ λίμνῃ (scilicet τῆς Ἀργείας καὶ τῆς Μυκηναίας,) vt eodem scribit lib. allata etiam Parœmia Λέρνη κακῶν. Quod ait ex aliorum sententia διὰ τὴν Ὕδραν: eam ibi fabulantur fuisse, vt idem affirmat Strabo. Vnde illud Luciani quoque: κάρηνα λερναῖα, τῆς πολυμφυοῦς ὕδρας πολυπλοκώτερα, in Dialogo Θεομνηστου.

89. Λεσβίων ἄξια] ἀξία est in excuso Apostolio. ἀξίαν Zenobius, vbi Schottus noster adnotat in Vaticanis esse membranis Λεσβίων ἄξια, & Λέσβιος δεξιά.

90. καὶ οἱ τόποι] De λέσχη varij. Euripidi λέσχης ἀπείρων. plura Lucianus ἐν εἰκόσιν.

91. Φυρῶσιν] In vet. Diogeniano scripto φυρῶσι, & supra φυρῶσαι. vt hinc Suidas corrigendus videatur, apud quem φυρῶ σοι legitur, vt & in Hesychij Lexico Φυρᾶ σοι. De μάζα Theocriti Scholiastes. ἡ μάζα νεομάλακτον καὶ νεοφύρατον ψωμίον. Basilio autem Cæsariensi τροφὴ ἐξ ἄρτου, ἡ ἀλεύρου γάλακτι δεδευμένη κυρίως· ἀλλὰ γὰρ καὶ πᾶσα ἀρτώδης βρῶσις, ὑγρῷ τινὶ μεμαγμένη, μάζα εἴρηται.

93. Λευκὰ ψῆφος] A Scytharum more sumptum, qui singulos dies qui prospere ipsis cesserunt, iniecto albo in pharetram calculo, notabant; sequiores dies nigro notabant. Vide inf. μία τῶν εἰς φαρέτραν.

95. Λευκὴ στάθμη] Præter has duas voces nihil est in Zenobio, Diogeniano, & Suida: sequentes tamen addi recte, clarum vel ex Zenobij explicatione, in quo vbi legitur, καθάπερ ὁ τοῦ μίλλου, reponendum ἡ διὰ τοῦ μιλλ. περὶ στάθμης.

96. ἦν Μύρσιλος] in Suida lego Μυρτίλος. Ad illud: τὰ Λήμνια κακὰ, pertinet illud Herodoti Erato extremo: νενόμισται ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα τὰ σχέτλια ἔργα πάντα, Λήμνια καλέεσθαι.

98. πόσεις ἀνδροκτανεῖν] inde Λημνιάδες siue Λήμνιαι istæ γυναῖκες à Pindaro ἀνδροφόνοι dicuntur Pythionicων Oda 4. & Ὑψιπύλη, eidem Olympionicων Oda 4. vocatur Ὑψιπύλεια. Ad illam autem Veneris indignationem allusit & Synesius Epist. IV. μήνιμα Ἀφροδίτης, ὡς εἰκάσαι, κατέχει τὴν χώραν. δυστυχοῦσι γὰρ ὥσπερ αἱ Λήμνιαι.

99. τὸ Λήμνιον πῦρ] Aristophan. Lysistrate: ἐστὶν ἀναφορὰ ἐν Λήμνῳ πυρὸς χαλεπήλις. & Suid.

100. ad πιῆσαι] Adiicit scriptus Apostolius, sed ad grammaticam verius quam Parœmias pertinentia. Ἴσιον ὅτι αἰθάλλω λέγουσι τὸν ἀπὸ λίθων καπνόν, &c. vt apud Latinos quoque, *fumus à nidore* differt.

CENTVRIA XII.

2. Λιμοῦ πεδίον] *Campus* verti, secutus Hesychij, Diogeniani, Zenobij & Suidæ lectionem. Παιδίον tamen in scripto cod. bis: quæ lectio forte non reiicienda secundum expositionem Prouerbij 84. superioris Centuriæ, Λεωκόρειον οἰκεῖς. Sic enim ait: ἐλίμωξέ ποτε ἡ Ἀττική, ἡ λύσις ἦν τῶν δεινῶν παιδὸς σφαγή.

3. Λιμὸς Μηλίων] Sic & Zenobius, Μηλιαῖος. Legendus Thucydides extremo lib. v. Pelopon. belli. Initio, pro κατὰ πάντων in Suida, vbi eadem leguntur, H. Wolf. leg. censebat κατὰ τῶν ἀποστάντων, *contra eos qui defecerant*. Infra vero pro ἐπιείθησαν, vt in scripto etiam libro est, atque Suida, reponebat Hœschelius ἐπείθησαν.

4. Λίνδιοι τὴν θυσίαν] Eadem Zenobius in Adagiis.

7. Λίνον λίνῳ] Zenob. & Hesychius, in iis adhibendum putant, qui agunt dicuntque eadem. Diogen. in iis, qui fragilibus fragilia aptant. Suidas denique in iis, qui similia miscent similibus.

7. Λιτυέρσαν] Pollux cap. 1. Onomast. Λιτύερσιν scribit, carmenque fossorum & agricolarum esse ait. Libro tamen 4. cap. 7. est Λιτυέρσας, & Phrygium esse carmen dicit. Lityersam quoque primum apud se agriculturam esse inuentam gloriari commemorat. De hoc Athenæus lib. x. qui & Κελαιναῖς habet, vt & Suidas: qui ὑποδεχόμενος legit pro ὑποχόμενος & δράγμασιν, vt noster, sed in m. scr. δέρμασιν obseruo scriptum, in quo & ὑποκόπτων pro ἀποκόπτων. Denique in extremo pro θερικὸς, vt & in nostris membranis est, malit Hœschel. cum Suida legere θεριστικός: neque enim alterius exemplum habetur.

9. Λέγει ὁ Εὔδημος] Ex Æliano lib. IIII. cap. 53. vt in Epitoma, & M.S. Pro συνιέντα, quod etiam vitiose est in scripto, repono συνιόντα. Et sequ. Prouerb. in Zebonio est σύνθημα pro συνθήματα.

11. Λύσαιο τὸν Πελίαν] Fabula est apud Diod. Siculum lib. v. & Zenobium hoc ipso Adagio. Eius vsus esse posse videtur, si dum quid restituere conamur, prorsus destruamus, vt Peliæ recoquendo accidit.

13. Λέγουσι τὸν λυγκία] Ex Palæphato desumptum. vbi tamen illa non comparent verba, καὶ χρυσοῦν. Vitiose autem hic λυγγίως scriptum

etiam

etiam in antiquo cod. vt & in Plutarchi Theseo etiam Aldinæ editionis ac Florentinæ. Alius vero λυγγδὸς apud Scholiasten Theocriti Idyl. IIII. Natum, vt fieri amat, mendum è vitiosa pronunciatione, γ ante κ, vt n & g vulgo efferentium.

14. Αἰλιανός φησι] Locus est lib. VIII. cap. 14. Hist. Animal.

15. Λυδὸν εἰς πεδίον] Equitatu Lydos valuisse auctor Herodot. lib. I.

16. Ὡσαύτως καὶ] Recte Suidas: ὡς ταύταις ταῖς ὥραις τῶν Λυδῶν ἀπολαστευόντων.

17. Λυδὸς καπηλεύει] Herodotus lib. I. refert.

18. Λύκος ἀετὸν φεύγει] Explicat Hesychius de fugientibus. Diogenian. vt hic & Ælianus lib. IV. cap. IIII. Animal.

19. Λύκος ἔχανεν] Idem Ælianus parœmiæ meminit lib. VII. Animal. cap. XI. vbi de aquila agens: καὶ χάνων λύκος, ὡς αὖ εἴποις, εἶτα μὲν τοι νεκρὸς ἐπενήχετο τῇ θαλάττῃ ὁ ἀετός. *Et aquila deinceps lupus hians* (vt ita dicam) *mortua in mari fluctuabat.* Leg. hic autem μὴ λάβῃ, quando negatio ab operis est omissa contra membranas.

21. Λύκῳ συνωνύμῳ] Sumsit & hoc Prouerb. ex Æliano, siue confinxit, è lib. IIII. Animal. c. 3. Quod vero de lupo refert, idem lib. X. de Animal. cap. 26. Qui loco priore pro οὐκέτι, οὐκ ἔστιν habet. Sophocles tamen dixit in Philoctete pag. 431. edit. H. Steph. Ἀλλ' ὡς λέοντε συνωνύμω φυλάσσετον, &c. Homeri vero locus est Iliad. η'. ver. 433.

Ἦμος δ' οὔτ' ἄρ πω ἠώς, ἔτι δ' ἀμφιλύκη νύξ.

23. Λύκος ἐμπλησθείς] Narrat Ælianus lib. IIII. Animal. cap. XV. Ipsum autem prouerbium adhibet Virgilius Ecloga IX.

--- vox quoque Mœrim
Iam fugit ipsa. lupi Mœrin videre priores.

Vbi Seruius Honoratus consulendus ex Theocriti Idyllio XIIII. adferens:

οὐ φθέγξῃ, λύκον εἶδες;

27. Pro καταισχύζεσθαι, quod & apud Suidam est, in I. Bongarsij vetere cod. legitur καταισκεδάσασθαι.

32. Λυσικράτης εἶ] Sic in Apostolio typis ab Heruagio in vulgus edito: M. scri ἕτερος præfert.

35. Λύσιοι πλεῖται] Hic pro διελύθησαν· οἱ καὶ Διονύσου, legit Suid. ἔλυσαν ἀλλήλους, καὶ Διονύσου Λυσίου. aliaque è Suida intrusa, quem etiam cum his comparare graue ne sit,

36. Λυδία] De Lydio lapide aurum explorante aliud ab Apostolio adfertur: Λυδία μὲν γὰρ λίθος μανύει χρυσόν, παγκρατής τ' ἐλέγχει ἀλάθεια, ἀνδρῶν δ' ἀρετὰν σοφία. Quod Bacchylidæ esse notat, sed vitiose scriptum πλέει: recteq; attulit Strob. Ser. περὶ ἀληθείας, ἐκ τῶν Ὑπορχημάτων. Vitiosa etiã eius interpretatio ibid. Est & apud Theocrit Idyl. XII. vers. 36. 37. Hæc Λυδὴ

λίθος Clementi Alex. Strom. I. Quidam male cum Heraclea confundunt, quæ est μαγνῆτις λίθος. eidem Clementi Stromat. VII. Ἀκόνη autem (contra quam sentit Theophrastus libr. de Lapidib.) cui addit Epitheton λιθίνη Photius Epist. I. est ἡ βασανίζουσα τὸν χρυσὸν, ᾗ δοκιμάζεται ὁ χρυσός. Hinc & βάσανος dicta Pindaro Pythion. Oda x. *Coticula* Plinio lib. 33. cap. 8. Quæ Hœschelius recte à se obseruata per nos publici esse vult iuris.

38. Παρὰ Λύδιον ἅρμα θέειν] Eustathius ad Hom. versum 431. Iliad. κ'. Μήονος, οἱ καὶ Μαίονες, καὶ Λυδοὶ, ἱππεύτατον κατὰ τὸ ἱππεύειν· ὅθεν ἡ παροιμία, τὸ παρὰ Λύδιον ἅρμα, ἐπὶ τῶν πολὺ ὀπίσω λειπομένων. Et Anna Comnena, edente Heschelio, lib. VI. extremo Alexiados: ἀλλὰ πεζὸς, φασὶ, παρὰ Λύδιον ἅρμα. Quod Pindaricum est, Plutarcho testante in Nicia, παρὰ λύδιον ἅρμα πεζὸς ἰχνεύων: nam in ipso Pindaro non exstat.

39. Λύπης δὲ πάσης] Diphili Comici est dictum, estque apud M. Tullium frequens. vt lib. XII. ad Atticum: & lib. III. *Dolores vetustate mitigantur*. Et initio lib. V. ad Famil. Vti & lib. IIII. Famil. Ser. Sulpicius: *Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat*.

40. Λήθην ἐμποιεῖν τῷ φαγόντι] Homerus Odyss. lib. IX. v. 94.

Τῶν δ' ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸν
Οὐκ ἔτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, οὐδὲ νέεσθαι,
Ἀλλ' αὐτοῦ βούλοντο μετ' ἀνδράσι Λωτοφάγοισι
Λωτὸν ἐρεπτόμενοι μενέμεν, νόστου τε λαθέσθαι.

C. Plinius idem testatur lib. XIII. Naturalis Hist. cap. XVII.

41. οὐδένα πρὸ τῆς τελευταίας ἡμέρας] Solonis id memorabile dictum à Latinis poëtis, vt Ouidio, vsurpatum: item à Tragicis Græcis. Euripides in Andromache vers. 100.

Χρὴ δ' οὔποτ' εἰπεῖν οὐδέν' ὄλβιον βροτῶν
Πρὶν ἂν θανόντος τὴν τελευταίαν ἴδῃς, &c.

Sophocles: μηδέν' ὀλβίζειν, πρὶν ἂν τέρμα τοῦ βίου περάσῃ---

42. Μασχαλίσματα] Etymologus Græcus: μασχαλίσματα τὰ τοῦ φονευθέντος ἀκρωτηριάσματα· ἦν γὰρ τι νομικὸν τοῖς δολοφονήσασιν ἀφοσιῶσαι τὸν φόνον, διὰ τοῦ δολοφονηθέντος ἀκρωτηριασμοῦ· τὰ δὲ ἀκρωτήρια εἴροντες καὶ συρράπτοντες διὰ τῶν τοῦ νεκροῦ μασχαλῶν, καὶ τοῦ τραχήλου, παρετίθεντο τῷ νεκρῷ. *Maschalismata*, inquit, *sunt interemptorum mutilationes. More enim erat receptum, vt qui aliquem dolo occiderant, cædem illam tali admutilatione eius, qui dolo interemptus fuerat, expiarent. Extremasque cadaueris partes inter se connectere, & secundum axillas & collum cadaueris adsutas illi apponere.* Addit Suidas id factum, quo scilicet interempti omnibus viribus destituerentur ad vlciscendum homicidam. Refert idem ex Apollonio partes illas truncatas sibi ipsis homicidas imposuisse, ne quid deinceps

ceps ab occisis grauius paterentur. Abstergebant etiam enses in capitibus interfectorum, quasi remouentes à se cædis piaculum. Quin & sanguinem illorum bibebant. Prouerbij vsus esse videtur posse, si quando necem alicui comminemur, aut ominemur. Aliud vero Zenobio, Diogeniano, & Suidæ Cent. IX. Adag. 70. μαχάλλω αἴρεις, *Maxillam tollis*: de quo & Hesychius: & hic inf. 47.

43. μαχαίρᾳ] Σιδήρω Suidas, vt Latinis ferrum sæpe pro ense. Lucianus in Veris narrationibus. Pythagoricum hoc Symbolum, vt infr. 84. 85.

45. οὐκ ὀλίγον γάρ.] Lege Plutar. lib. περὶ ἀοργησίας, Clemen. Alexandrin. lib. II. Pædag. cap. 2. & Eustathium in Hom. Iliad. σ'. ad ver. 495.

46. μαργίτης εἶ] Suid. etiam meminit *Margita*, qui vltra quinque, alij centum referunt, numerare nequiret: item Eustathius in Odyss. κ'. addens ridiculum quid. Hinc μαργαίνειν τοῦτ' ἔστιν μωραίνειν, vide Hesych. Et Homeri interpret. qui Μαργίτην scripsisse referunt Homerum; Camerar. & Io. Spondanus. Sed Homericum ne sit dubitant. Clemens Alexandr. Stromat. I. & Basilius M. Homilia ad iuuenes de vtilitate è Gentium scriptis: Suidas Pigræ Cari adscribit.

48. μακραὶ τυρ. χεῖρες] Naso, etiam manib. attribuit:

An nescis longas regibus esse manus?

Nos de *auribus* vulgi sermone vsurpari audimus: vt auritus Midas, asini auriculis.

49. μάστιξ ἐλαύνει] Diogen. μία μάστιξ ἐλ. Suidas adijcit πάντας.

50. ματιολοιχὸς] Quæ in explicatione sunt ex Eustathio fere Iliad. ι'. desumpta. vide & Suidam, qui μάτη habet, vt & Varinus pro μάτιον: idemque ματιολιχὸς in tribus diuersis editionibus.

55. μέγας κελέστης] Plutarch. in Laconic. Apophth. cui si τῷ addes Iambicus erit Senarius. In edito & scripto cod. Apostolij κηλήκτας erat. Pro quo leg. Hœschelio videbatur potius μελικτὰς, id est, *cantor*: quo vtitur Theocritus Idyl. IIII. ver. 30. & Moschus Idyl. 3. ver. 7. -- καλὸς πέθνηκε μελικτάς. Tale quid parœmiæ dictat expositio, facta ψάλτου mentione. Plutarchi verba apponam. Sic enim in Eudamidæ apophthegmate: ψάλτου τινὸς ἐπημερήσαντος, ἠρώτησαν αὐτὸν [Εὐδαμίδαν] ποδαπός τις αὐτῷ δοκεῖ εἶναι μέγας, ἔφη, κηληκτὰς ἐν μικρῷ πράγματι. Dorice autem pro κηληκτὴς, quod in vulgatis exstat Lexicis; sed mavult Heschelius κηλήτης, qui & κηλήτωρ, *delinitor*, cuius fæmininum ἡ κηλήτειρα. Et Varino seu Phauorino, κηλησμὸς, ἡ μετ' ᾠδῆς τέρψις, & κήλησις, θέλξις μετὰ μέλους, & Pindaro κῆλα, τὰ τῆς μουσικῆς κηλήματα, Pythionicωn Oda I. Alius vero ὁ κηλήτης, *herniosus*, epist. IV. Synesij ab ἡ κήλη, & apud Xiphilinum in vita Pertinacis Aug. Erasmus vulgata secutus Lexica

κυληκτὴς

κυλικητὴς, quod æque mendoſum eſt, legit, & cum ijs *verſator* reddit.

58. μεῖζον φρονεῖ] μέγα Diogenianus: μέγα φρονεῖ μᾶλλον Suid. & Zenobius.

60. μελαμπύγων] μελαμπύγου è Zenobio & Diogen. legend. Suidas & Apoſtolius excuſus, μελαμπύγων τύχης, abſque negatione.

61. ὡς ὁ ποιητὴς] Ex Palæphato, ſed hæc nullo ſenſu; repono ὡς ὁποσάκις βούλοιτο. In extremo ὁ μῦθος, addendum προσανεπλάσθη.

62. γάρ τι μέλι] Ælianus lib. VIII. de Animal. cap. 24.

66. Μεθυσοκότταβος ἐγένου πλάταξ] Reſcribo: Μεθυσοκότταβος, ἤτοι λάταξ ἐγένετο χαλκῇ φιάλῃ. Κότταβος, λάταξ, χαλκῇ φιάλῃ. Lucian. in Lexiphane: λαταγεῖν κοττάβους. idem in Philopatri. οἱ γάρ σου θεοὶ κότταβος τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἐγένοντο. Plutar. in vita Periclis, νεανίαι μεθυσοκότταβοι, ex Ariſtophanis Acharnenſib. *Iuuenes cottabis madidi.* Vide Suid. in Κότταβος & μεθυσοκότταβος, vbi eadem repetit. ἡ λάταξ itaque ſonus ille, qui effuſo in pateram ſeu peluim vino excitabatur. Vide & Athenæum lib. 13. & Euſtat. in Iliad. τ'. & in Κοτταβίζειν Suidam (qui tamen variat) exceptum ex Scholiis Ariſtophanicis in Eirenen. vbi & Septimius Florens multa diſerte in noua Ariſtoph. editione pag. 644. 645. poſt Cælium Rhodiginum & Ia. Parrhaſium.

68. μετὰ δὲ μοι πηγάνου] Cur ruta contra faſcinum remedio adhibeatur diſputat Ariſtotel. Problem. 34. Sect. XXI. De eo pluribus Plinius lib. XIX. & XX. Natur. Hiſt.

69. Μερὶς οὐ πνίξ.] Suid. etiam ſcribi admonet, Μερὶς οὐ πνίγει, *Portio non iugulat.* Sic & Zenobius, quem conſulas licet.

71. μετὰ μουσῶν κόρυδος] In Acceſſionib. ad Zenobium, ſeu Vaticana Appendice, eſt & hæc Parœmia: Ἐν ἀμούσοις καὶ κόρυδος φθέγγεται. *Inter indoctos etiã Corydus loquitur.* Suidas hic, vt in edito eſt exemplari.

72. μετὰ γραμμάτων Ἐφεσίων] Vide ſuprà Ἐφέσια γράμματα. Quænam illæ fuerint litteræ, quidque ſignificarint, & quidẽ plures quam triginta, recenſet Heſychius: quem emendat è Clem. Alex. Theod. Canterus in Variis. Apoſtolius hæc ex Euſtathio in Odyſſ. τ'. deſcripſit. Lege Mart. Delrium Magicarum Diſquiſit. lib. II. queſt. 12. & de Epheſiis nominib. in conuiualib. Plut.

79. Εὐμένης γάρ] Plutarch. hoc factum narrat lib. περὶ φιλαδελφίας, & ad verbum in Eumenis Apophth.

80. Μηδὲν κατὰ βοὸς εὔξῃ] Suid. Cent. x. Ad. 6. Μὴ πάντα κατὰ βοὸς ἔξῃς. vbi forte leg. è Diogeniano εὔξῃς. *Ne omnia contra bouem optes.* Supra: Κατὰ βοὸς εὔχου, vbi particulam negantem male abeſſe puto, vt parœmiæ huic reſpondeat: vel μετὰ βοὸς leg. Vide H. Iunium Cent. v. Prou. 50. Huc faciunt Parœmiæ: *Dÿ facientes adiuuant.* Et: *Cum Minerua manum quoque admoue.*

81. μητί-

81. Μὴ πίφεραι] Epiphanius lib. II. contra Meletianos, φλέγοντες τὸν καπνὸν εἰς πῦρ ἐμπίπτουσι.

84. 85. 86. 87. Μὴ παντὶ ἐμβάλλειν] Hæc & sequ. tres Parœmiæ cum explicationib. ex Plat. de liberis educandis sumptæ, suntque Pythagoræ dicta, cuiusmodi ibid. plura: & sup. 43. Ignem gladio fodere nefas esse. Explanauit hæc symbola, Plut. & Iamblycus: de recentioribus Lilius Gyraldus, Beroaldus, Eras. in Chiliadib. & Alexan. Brassicanus: alij.

87. μὴ ἐπιστρέφεσθαι] Hoc apud Cicer. M. Cato, de senectute disserens eleganter sic extulit: *Quod si quis Deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repuerascam, & in cunis vagiam, valde recusem. Nec vero velim quasi decurso spatio à calce ad carceres reuocari.*

88. Μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων] Hesiodi est in ἔργοις ver. 747.

Neu comede ex illa qua non benedicta patella est.

89. μηδὲ δίκην δικάσῃς] Hesiodo & illud, sed falso, adscriptum: hinc ψευδησιόδειον nominat M. Tullius Epist. 17. lib. VII. ad Atticum. Plutar. lib. de Stoicor. pugna & Lucian. de Calumnia sine auctoris citant nomine. Phocylidis autem esse vidit Eras. Adag. *Ne de lite pronuncies*, & cod. vetus Augustanæ biblioth. locum illi tribuit, vt versus sit 84. Geminum est illud Aristoph. in Vespis:

Ἦπου σοφὸς ἦν ὅστις ἔφασκε, πρὶν ἂν ἀμφοῖν ἀκούσῃς,
Οὐκ ἂν δικάσαις. Simile est: *Alteram audi partem.*

90. θῆκας ἐκείνης] Extremo deesse hanc video quæ repones, ἐντεῦθεν οὖν ἡ ἠθικὴ παροιμία ἤχθη. Leguntur autem hæc totidem verbis apud Plutar. in Apophteg. & apud Stobæum λόγῳ I. nisi quod pro διελὼν, λαμβανέτω, infinita locutione vtuntur διελόντα λαβεῖν. Maxim. Tyrius λογῳ ί. epigramma intra sepulcrum hoc ait fuisse: Ω᾽ πάντων ἀνθρώπων ἀπληστότατε, ὃς ἔτλης νεκροῦ θιγεῖν, δι' ἔρωτα χρυσοῦ.

91.] Μήλῳ βάλλειν] Suidas μήλῳ βληθῆναι, *malo peti*. Pomum, amoris symbolum, ac Veneri sacrum. Virg. Ecl. *Malo me Galatea petit, lasciua puella.* Plura congerit Eras. hoc ipso Prouerbio, & Maronis interpretes eruditiss.

97. μὴ πῦρ] Alio sensu accipi Adagium illud etiam queat, vt notat Hœschelius accuratissimæ vir diligentiæ in recensendis priscis Græcis scriptorib. ad cap. VIII. Siracidæ ver. 4. Μὴ ἐπισυνιβάσῃς ἐπὶ τὸ πῦρ αὐτοῦ ξύλα: ibidemque D. Drusius multa colligit.

CENTVRIA XIII.

ADag. 5. Μήτι γράμματα] Suidas adiicit ἐπίσταται. De hac H. Steph. Notis ad Dicæarchum.

8. Λέγουσι ὅτι γυναῖκές τινες] Ex Palæphato, in quo mox pro περιεργάσας legitur περιλάσας. Ἑσπερίδες rectè. nam & Ἑσπερίτιν χώραν, dixit Diod. Sicul. lib. I. Biblioth. sed Ἑσπερίδες Palæphatus, & Photius in excerptis ex Helladij Chrestomathia pag. 170. & ibid. Diod. Sicul. neque hoc vitiosè. Ibidem Μῆλα, τὰ πρόβατα. Sic Hesiod. lib. ἔργων, v. 162. Vnde μηλονόμος Nonno in Dionysiacis, idem qui ὁ τῶν ποιμνίων ἐπιμελητὴς eidem Diod. Siculo. οἰῶν ἐπίκουρος Homero.

10. Μισῶ μνάμονα] Citat in Lapithis Lucianus, & παλαιὸν λόγον ait: cuius rationem explicat Plut. initio Συμποσιακῶν, vbi ferulam & obliuionem Baccho dedicatam refert. Idem Adagium infra in scripto Apostolio repetitum, nisi quod vitiose legitur μνημοσύνας ποτὰν, pro μνάμονα συμπόταν, cum hac explicatione: διὰ τὰ ἀπ' αὐτῶν γινόμενα· ὁ δ' Εὐριπίδης τῶν ἀτύπων τὴν λήθην, σοφὴν εἶπε.

14. ἐν τῇ Ἀλεξάνδρου] Ex Æliano hæc tria exempla lib. 10. Animal. cap. 34. illud μία χελιδὼν, vsurpat Arist. I. Ethic. Nicomach. c. 7. Greg. Nazianz. Homilia in 5. lumine, Stobæus Serm. 95. ex Telete.

15. Μίνθην ἐν πολέμῳ] Reddit huius dicti rationem Aristot. Problem. 2. Sect. XX.

17. εἶχεν] ἔχων Suidas.

19. Maximi Tyrij locus est orat. περὶ Μίδου τοῦ Φρυγός: quem elegantissimum suauissimumque scriptorem Philosophum, nuper denuò Latine redditum debemus elegantissimo doctissimoque Heinsio. Mox pro οὐχ ὧν εὔξαιτο rectè sine negante particula Tyrius: vt hic fort. leg. videatur: καὶ ὧν εὔξαιτο. Refert Adagium Clemens Alex. lib. III. Pædagog. cap. 6. & Aristoph. in Pluto, & Lucianus in Votis.

22. Μικρὸς, ἡλίκος Μόλων] Eustath. in Odyss. σ'. τοὺς Μόλωνας πολυμεγέθεις interpretatur; contraria prorsus à nostra sententia. Suidas tamen nobiscum, & duos fuisse ait: ad hæc apud Aristophanem Parœmiam existere.

23. Μικρὸν τὸ ὀβολοῦ τίμιον] E Suida potius leg. μικροῦ τοῦ ὀβολοῦ τίμιον.

25. 26. De Cameli memoria Ælianus lib. IV. Animal. cap. 37.

29. Μολὼν λάβε] Plutarch. in Laconicis Apophth.

30. Μόναι Λάκαιναι] Idem Plut. in Lycurgo.

32. Μυκώνιος γείτων] Eustath. in Odyss. ρ'. Μυκώνιος ἀνὴρ, παροιμιακῶς vsurpari ait de homine parco sordidoque, quòd propter paupertatem insulæ quam incolunt, sterilitatem cupidi auarique Myconij esse

esse censerentur. Citat Cratini auctoritatem, quam plenius Athenæus adfert principio libri I. δειπνοσοφ.

33. Hoc Adagium cum superiore videtur in Suida confundi.

35. οἱ μύες] Ex Æliano lib.9.cap.3. de Animal.& cap.41. de marinis muribus: τῶν γε μὴν οἰκετῶν θρασύτεροι οἱ θαλάττιοι. De Brasida Plutar. in Apophthegm. Regum & Imperatorum: Βρασίδας ἐν ἰσχάσι συλλαβὼν μῦν καὶ δηχθεὶς, ἀφῆκεν, εἶτα πρὸς τοὺς παρόντας, Οὐδὲν οὕτως, ἔφη, μικρόν ἐστιν, ὃ μὴ σώζεται τολμῶν ἀμύνεσθαι τοὺς ἐπιχειροῦντας. Idem scribit libro Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ᾽ ἀρετῇ.

36. κατ᾽ ἐκεῖνον] lege è Suida: οἱ γὰρ πάροικοι κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον.

37. Μυσὶ καθαρεύς] Sic est in Diogeniano & Suida.

39. Μυόλεθρος] Supra, Κατὰ μυὸς ὄλεθρος, quod in Æliano est lib. XII. cap. X. & à Menandro in Thaide vsurpari ait. Quod autem Michael interpretatur, vt & Diogen. ἐπὶ τῶν ἡσύχων, puto rescribend. ἐπὶ τῶν ἡσύχως φθειρομένων, *de ijs qui sensim pereunt*.

46. Μὴ θεᾶς ἄνθρωπον] τῶν κρειττόνων τὰ ἥττω. præmittendum videtur πρό. Sic ἡσυχίαν πρὸ τιμῆς αἱρεῖσθαι dixit Plutarch. in Numæ vita. Φρύξον etiam scriptus cod. cum υ. pro quo apud Suid. in Ἀθάμας legitur Φρίξον, per ι, vt etiam apud Diod. Siculum lib. IV. & Pausaniam in Bœoticis, & in Luciani libro de Astrologia; idem tamen per υ Dialogo marino I. & apud Aristophanis Scholiasten, nec non alibi, vt sit τοῦ ἐπιτολογραφουμένων. sed quod subijciat ab eo Phrygiæ nomen prouinciæ datum, rectius per υ scribitur. Alias est *Phrixus* Macisti frater, & Cytori pater, apud Steph. de Vrbibus. Mox, ἀπ᾽ ἐκείνης Ἑλλήσποντος κέκληται, refert Dial. I. marino Lucianus & Siculus lib. IV. Biblioth. qui & Marti oblatum arietem ait: Mercurio alij. quibus addi posset ἢ τῷ Φρυξίῳ Διΐ ex Eustathio, quem vide ad ver. 86. Iliad. η. vbi similiter Φρίξος legitur & lib. I. Bibliothecæ Apollodori Atheniens. & lib. I. Argonaut. Apollonij Rhodij v. 256. Infra σφαγιαζόμενος in Bongarsij etiam cod. erat: malit tamen Hœschelius cum Aristophanis Scholiaste in Nubibus legere σφαγιασθησόμενος. & supra paullo, pro μεταπέμπεσθαι, μεταπέμπεται idem reponit. Et hæc quidem ad Argonauticæ expeditionis pertinent exordia.

47. Μῦς ἄρτι πίσσης γεύεται.] Diogenianus accipit de iis, quibus recens obuenit malum. Suidas, de iis, qui à malo non absque labore liberantur. Hesychius pro eodem interdum Μῦς ἐν πίσσῃ vsurpari ait: sed hoc à Mure Tarentino athleta, qui se ab Olympico certamine male expediuit. Vtitur Adagio Photius Epist. CII. & absque ἄρτι, Theocritus Idyll. XIV. v. 51. cuius expositionem Scholia continent. Vtriusque & apud Suidam, vt dixi, reperitur: alterius explicatio hinc redintegrari potest.

48. κὸς γαλῆν ἐλέγξει] Tangit fabulam, qua Venus dicitur felem in puellam mutasse, & decenti veste ornasse: quæ mure conspecto ad ingenium rediens reiecta veste murem inuasit. Vide Prou. *Feli crocoten.*

50. ἀπὸ τῆς μολωνίας] In Zenobio est μορύξαι. Fort. Apost. scripsit, ἀπὸ τῆς μορύξαι τοῦτ' ἐστι μολωνίας. μόρυχον per ο Suidas rectius nominat, quam per ω membranæ nostræ, qui etiam nominis inibi reddit rationem.

51. Μωρὸς σιωπᾶν ἐ δύναται] In promptu causa est: ἄνους γὰρ ἐ ὀλιγόφρων, διὰ τοῦτο ἐ πολύφωνος. Vt rectè Nicostratus dixerit:

Εἰ τὸ συνεχῶς καὶ πολλά, ἐ ταχέως λαλεῖν,
Ἦν τοῦ φρονεῖν παράσημον, αἱ χελιδόνες
Ἐλέγοντ' ἂν ἡμῶν σωφρονέστεραι πολύ.

Et Plutar. alibi: ἀγγεῖα κενά, ἦχου μεστά.

52. Κορύβου] Sic quidem M. scr. leg. tamen Κοροίβου, quo de Suidas in Κόροιβος.

53. Μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται] Senarius Apollodori pectoris apud Plut.

57. Ναὸς παλαιά] Fort. Ναὸς ἡ παλαιά, quo Senarius constet. Alij ἐχὶ πλοῖον efferunt. Suidas πλῶον.

58. Νάνος ὢν ὕπεικε] In Suida Νᾶννος ἐπὶ τῶν μικρῶν. δοκεῖ, παρὰ τὸ ἐστερῆσθαι τῶν ἄνω. Emendo: Νᾶνος ἐπὶ τῶν μικρῶν· δοκεῖ δὲ παρὰ τὸ ἐστερῆσθαι τῶν ἄνω εἰρῆσθαι ἡ λέξις. Quem vide, & in Καρκῖνος Scalig. Stromateo v. 1315. Νᾶνος ὢν ὕπεικε. *Nanus cede cum his.* Luciano etiam νανοφυὴς & νανώδης τὴν φύσιν dicitur simplici ν littera in m. scr. & in Aristotele 4. de partib. animal. cap. 10. inde Νανίον Senecæ Rhetoric in Controuers. Lat. edit. Andr. Schotti.

59. ἐπὶ τῶν ἐξαπατώντων] Interpretatio est in Suida ex Aristoph. non in Auibus, vt citat Suid. Cent. x. Adag. 46. Sed ex Equitibus: Ἐξηπάτων, &c. vbi interpres Græcus παροιμιῶδες dici ait, pro, ἐστὶν ἔαρος ἀρχή. vt Latinis Adag. *Vna hirundo non efficit ver.*

63. Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων] Malim equidem ἐπὶ τῶν ἀνηνύτων, *de iis quæ nihil conducunt*, seu inefficacia sunt. cuiusmodi, mortuos vngere.

65. Νεκρὸς ἐ δάκνει] Dictum est Theodori Chij, qui in concilium vocatus Pompeium victum in Ægypto interficiendum censebat: hoc dicto addito, vt in Pompeio Plut. refert.

68. Νεοττὸς γάρ] Sext. Empiricus lib. 1. contra Logicos: Ὠῷ φασὶ τὴν φιλοσοφίαν εἶναι παραπλήσιον. ἐοίκει γὰρ τῇ μὲν λεκίθῳ, ἣν τινες νεοττὸν ὑπάρχειν λέγουσι, τὰ ἠθικά· τῷ δὲ λευκῷ, ὃ δὴ τροφή ἐστι τῆς λεκίθου, τὰ φυσικά· τῷ δὲ ἔξωθεν ὀστρακώδει, τὰ λογικά. Vide Laërtium in vita Zenonis Cittiensis. Mox ὀνειροκρίτης, *somniorum interpres* etiam Theocrito Idyllio XXII. ver. 33.

ὁ ὀνειρο-

ὁ ὀνειροκριτικὸς est Philoni lib. de Ioseph: ὁ ὀνειροσκόπος Basilio M. in Psal. XLV. Ibidem νοττῶ habet cod. Bongarsij pro νεοττῶ: Νοσσὸς, pullus est auis, Deuteron. cap. XXII. v. 6. edit. Rom.

73. αὐτὴ γὰρ ζῶσα] Sic in Palæphato in Niobe: in scripto Apostolio tamen ζῶα pro ζῶσα, vbi & quædam hic posita non agnoscit. Meminit Niobes fabulæ Lucianus lib. de Saltatione, & in Philopatri, & Theophylact. Epist. 26.

75. Νοῦς ὁρᾷ] Epicharmi hoc dictum est apud Clement. Alexan. Strom. II. & Plutarchum.

76. νεῶ τὸν ξένον] Sequor hîc Vaticanam Appendicem, seu Accessiones ad Zenobium. nam scriptus hic liber, Νοῦν τὸν ξένον præfert.

88. Θεῷ ἕπου] Clem. Alexand. Strom. II. Τίς τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν τὸ Ἕπου θεῷ ἀποφθέγξαιτο; estque inter VII. Sapientum dicta hoc primum apud Sosiadem. *Vetus præceptum*, DEVM SEQVERE, inquit Seneca, lib. de vita beata cap. XV. Plutarcho lib. de Auditione, idem est quod τὸ πείθεσθαι λόγῳ, *Rationi parere.* qui & in Homeri vita sumptum existimat ex illo Homeri versu 218. Iliad: α'.

Ὅσ κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.

93. ζῶ τῷ θεῷ] Sophoclis hic versus in Aiace Lorario. Cui ille Euripidis in Iphigenia Aulidensi geminus est:

Δεῖ δέ σε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι·
Θνητὸς γὰρ ἔφυς· κἂν μὴ σὺ θέλῃς,
Τὰ θεῶν οὕτω βουλόμενα ἔσται.
Necesse est vt & gaudeas & doleas.
Mortalis enim natus es. Et vt nolis,
Deorum tamen ea voluntas fuerit.

97. Ἐπὶ τῶν πάλαι μὲν] Sic & Zenobij Accessiones Vaticanæ hinc ortam volunt Parœmiam, quod cum Corinthij in causæ cuiuspiam disceptatione cum Megarensibus nihil haberent quod allegarent, tantumque contra nitentibus Megarensibus subinde repeterent, *Non feret Iouis filius Corinthus*: illi responderunt: *Cæde cæde Iouis filium Corinthum.* Recte proinde in eos adhiberi Prouerbium, qui eadem sæpius repetant. Vbi fort. leg. pro ἐχόντων εἰπεῖν, sic: ἔχειν εἰπόντων.

98. Φύσει] οἴσει, ex Suida fortasse rectius.

CENT. XIV.

CENTVRIA XIV.

Ad Dag. 2. ὁ ἥλιος τὴν ἐκ ἀετιδέα] Auctor eius rei præter alios Plinius lib. XXIX. Natur. Hist. cap. 6. & lib. x. cap. 3. Quo respiciens Tertullianus lib. de Anima: *Solem*, inquit, *noctuæ nesciunt oculis. Aquilæ ita sustinent, vt natorum suorum generositatem de pupillarum audacia iudicent: alioqui non educabunt vt degenerem, quem Solis radius auerterit.*

14. μάρτυρας] Sic ex Appendice Vaticana ad Zenobium lego. Suidas in eos dici ait, qui postquam mendacio vsi sunt, ad veritatem tamen denique confitendam adiguntur; in dict. Ὀικοθεν.

19. Οἱ φῶρες προσεγκαλῦσιν] H. Iunius in eos dici posse ait, qui ridiculo aliquo prætextu culpam suam excusant, cumque iustæ reprehensioni subiaceant, in alios crimen deuoluunt. Aristides aduersus eos qui taciturnitatem ipsi reprehendebant, idipsum Adagium in simili re vsurpat.

20. Ὄϊς τὴν μάχαιραν] Diogenianus: αἶξ τὴν μάχαιραν. Apostolius supr. Αἶξ δῦσα τὴν μάχαιραν, vbi Adagionis vide originem, vt & in Zenobij Accessionib. vbi de ijs dici ait, qui rebus inutiliter vtuntur. Fertur enim Medea cum suosmet liberos interemisset, ac gladium prope templum Iunonis defodisset, Athenas abijsse: post aliquod vero tempus, cum sacrificium esset faciendum, ouis pedibus terram fodicans, gladium detexit, quo etiam mactata fuit.

21. Ὀινος καὶ παῖδες] Plato in Symposio. Ὀινος ἄνευ τε παίδων καὶ μετὰ παίδων ἀληθής. In Diogeniano, Ὀινος καὶ ἀλήθεια, vt & in Suida, corrupte opinor: ille addit ab Euandro (fort. *Menandro*) proditum, apud Persas quæstiones non per tormenta, sed per ebrietatem haberi. Quo & Flaccus, sed de Siculis tyrannis, respexit; verum de Inuidia loquens:

Inuidia Siculi non inuenere tyranni,
Maius tormentum. ---

24. Οἴῳ με ὁ δαίμων] Zenobius refert *Cyclopem* drama fuisse Philoxeni poëtæ, in quo Vlysses in antro Cyclopis detentus hanc parœmiam vsurparit.

25. Οἷός τι πέπνυται] Ita M. sc. sumptum autem è versu Homeri 495. Odyss. κ΄. οἴῳ πεπνῦσθαι, &c.

28. Κνὶψ γὰρ θηρίον] Addit Suid. etiam significare τὸν ὀλίγα δαπανῶντα, *pauca insumentem, paruos sumptus fouentem.* Zenobius vero animalculum illud, huc illuc transilire, eiusque Stratidem meminisse. Vide & sup. Κνὶψ ἐκ χώρας.

30. Ὁ κ' ἀργύρυ] Locus haud dubie corruptus. Quid si ita legerent?

οὐ γὰρ οὐρεῖν πάντως δεῖ οὐκ ἐλαύνεται, nempe ἡ ναῦς. Certe quid simile reponendum.

31. τὸν πόντον] τὴν θάλασσαν Zenobius, Diogenianus, & Suidas. supr. II. ὁ Κρὴς τὸν Κρῆτα.

34. Ὁ καλῶς ἄγων] Plutarchi est in Lycurgi vita.

35. Ὅλῳ ποδί.] Videtur posse explicari per illud Socratis in Gorgia Platonis: Σωφροσύνην μὲν διωκτέον καὶ ἀσκητέον, ἀκολασίαν δὲ φευκτέον, ὡς ἔχει ποδῶν ἕκαστος ἡμῶν. *Temperantia quidem sectanda atque exercenda: intemperantia vero fugienda nobis, quantum quisque pedibus valet.* Suid. tamen paulo aliter ὅλῃ δυνάμει, hoc est, *totis viribus* exponit.

40. ἣν προφήτην] Puto deesse φασίν. Et Aristophanis locus ἐν δευτέρῳ Θηβαϊκῶν.

44. Ὁ μὲν λόγος θαυμ.] Eudamidæ est Apophthegma, apud Plutar. in Apophth. Laconicis.

45. Ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων] num satis ex vero hæc explicatio equidem dubito.

47. Ὁ μὲν ἑκάτερος ἀμφότερος] Plutar. refert in Apophth. Philippi regis Macedonum.

49. Ἐπὶ τῶν ἀπίστων] Forte Ἐκ τῶν ἀπίστων. Desumptum enim ex Palæphato, cuius syntagma sic inscriptum.

53. Μηδὲ ἐπαινόντων] Suid. ἐπαινέντων: neutrum verum est. rescribendum ἐπαϊόντων. Ridiculum quod Suidas de Ammoniano fabulatur, asinum habuisse Philosophiæ auditorem, vt de Buridani asello in scholis nugantur.

57. Ὄνους ἀγείρεις] Ex Æliano de Animal. Hist. lib. IV. cap. 52.

59. Ὄνος εἰς μάρτυν ὀγκᾶται] Verti, quasi esset, Ὄνος εἰς σπάρτον ὀγκ. dum melius quid occurrat.

61. Ὄνος κάθου.] Eustath. in Odyss. ζ. Metaphoram ab ijs ductam ait qui sphæra ludunt, inter quos victor Rex, victus vero ASINVS vocabatur. Clarum id ex Platonis Theæteto: Ὁ δὲ ἁμαρτὼν καθεδεῖται, ὥσπερ φασὶν οἱ σφαιρίζοντες, ὄνος· ὃς δ' ἂν περιγένηται ἀναμάρτητος, βασιλεύσει ἡμῶν. Pollux etiam lib. IX. Onomast. hunc tangit ludum, & οὐρανίαν vocat: in quo quod victor imperabat, victus facere cogebatur.

62. Ὄνος εἰς Κυμαίους] εἰς Κυμαίαν est in scripto & excuso Basileæ Apostolio. Equidem Suidæ secutus sum lectionem, qui refert asinum Cumanis adeo formidabilem fuisse, vt illum magis quam terræ motum aut grandinem extimescerent. Addit & illud: apud Parthos nudum asino vectari ignominiosissimum videri.

65. Ὄνου παρακύψεως] Zenobius in illos dici ait, qui ridiculè aliquem calumniantur: remque inde ductam, quòd cum figulus plurimas in officina gallinas aleret, & asinus illac præteriens, obseruante negli-

Digitized by Google

te negligentius agaſone per feneſtras introſpiciens eam turbaret, vaſa eius confregerint. Qua de cauſa officinæ dominus agaſonem in ius vocauit: qui ab obuijs interrogatus, quanam de cauſa in ius vocaretur, ob aſini, inquit, proſpectum. Sic fere Suidas vno loco: alibi vero, vt Apoſtolius noſter.

66. Ὄνου πόκαι] πόκαι eſt in Diogeniano: vtrumque rectum. Zenobius Ὄνου πόκας ζητεῖς, *Aſini vellus quæris*, dicique etiam ait Ὄνον κείρεις *Aſinum tondes*, in eos qui res aggrediuntur inutiles.

Ibid. Καὶ τὸν νοῦν] καὶ τὴν χεῖρα Plutar. lib. de Garrulitate.

75. Ὅπου μὴ ἐφικνεῖται] Dictum Lyſandri Plutar. in vita & Apophthegmatis refert. Pro προσραπτέον alibi eſt προσυπτέον.

76. Ὅπου αἱ ἔλαφοι] Quæ de ceruis occulto loco cornua ponentibus dicuntur, tradit etiam Ariſtot. lib. IX. Animal. cap. v. vbi & Prouerbij huius meminit. De dextro duntaxat affirmat Ælianus lib. III. cap. 17. de Animal. Vide & Plinium lib. VIII. Natur. Hiſt. cap. 33.

79. Θηρεύσεις] Malim θηρεύεις.

80. Ὄρτυξ ἔσωσεν Ἡρακλέα] Hinc parœmiæ origo. Cum Hercules Tyrius à Typhone eſſe interfectus, populuſque omnia ſedulo ageret quo illum in vitam reuocaret, coturnicem quem ille in delicijs habere ſoleret, viuam cremauit. Ex cuius ille nidore reuixit, Zenobio teſte Athenæus libr. IX. ab Iolao coturnicem mortuo admotam, eiuſque adoratu in vitam refert redijſſe.

81. Ὁ Ῥῆνος ἐλέγχει] Meminit huius rei Ariſtot. lib. VII. Politic. cap. 17. Iulianus Apoſtata ad Maximum: Galenus quoque de ſanitate tuenda. Denique ſic alibi Gregorius Nazianzenus de Celtis in Epigrammatis: ὡς νόθον εὐγενέως Ῥήνου κρίναντα ῥεέθροις. Hinc etiam ἐλεγχίγαμος Rhenus in Epigramm. dictus, & in lib. Antholog. Virgilius ſimile quid fortaſſe canit:

--- natos ad flumina primum
Deferimus, rigidoque gelu duramus & æſtu:

Claudianus:

--- naſcentes explorat gurgite Rhenus.

Valerius Flaccus ad Scythiam & Phaſim transfert:

--- ſubitam ſæui durauimus amne
Progeniem, natoſque rudes. ---

Plura ad Nonni Panopolitani Dionyſiacῶn libr. XLVI. Gerar. Falkenburgius, Nouiomagus, homo Græce doctiſſ. ad pag. 477.

82. Ὄρος ὄρει] Adagium noſtris etiam familiare, *Montes ſibi non occurrere, ſed homines.*

83. Ὅτις δὶς] Hieronymus Epiſt. quadam: *Fruſtra Neptunum acuſet, qui iterum naufragium facit.*

84. ὁ Πλάτων] in Phædro. Dio. Chryſoſt. Orat. 4. de Regno, Lucianus Apologia, De mercede conductis.

87. ἀγχιμόλῳ] Suidas contra γαληνῶσαν, & Zenob. ἐν τῇ γαλήνῃ.

92. Θεσσαλονίκη] Refert Ælianus lib. xv. Animal. cap. 2.

94. Οὐ δ' αὖ Ἐξηκεστίδης] Ariſtoph. in Auibus locis aliquot.

96. μυθεύεται ὅτι] Ex Palæphato in Paſiphaë. Cæterum de Dædalo Philo libr. περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων, Diod. Siculus libr. IIII. Biblioth. Greg. Nazianz. Carmine κατὰ γυναικῶν καλλωπιζ. verſ. 165. Clemens Alexandr. Protreptico, Apollodor. lib. III. Biblioth. Lucianus lib. de Aſtrologia: Plutar. libr. γαμικῶν παραγγελμάτων. quem etiam lege in vita Theſei.

CENTVR. XV.

ADag. 1. Οὐκ ἐᾷ με καθεύδειν] Plutar. lib. Quomodo quis ſentiat ſe in virtute profeciſſe: & M. Tullius Tuſculana IV. Meminit & Orat. pro Sextio.

2. Οὐ δύνῃ Φωκίωνι] idem Plut. de adulatoris & amici diſcrimine.

5. Ψωλίζεται, ἄλλοι βινῶ] Vtitur illa voce Syneſius Epiſt. CIV.

10. οὐ μάλα κυκᾷς] Κυρᾷς erat in MS. Apoſtolij: monſtrum verbi. Lego igitur ex Diogeniano κυκᾷς, niſi ex Heſychio κιρνᾷς malis.

12. Οὐκ οἶσθ' εἰ τρέφοντες] Ex Æliano lib. IV. Animal. cap. I. vt in Epitoma eſt m. ſ.

21. ἀστυκὸς ἀνήρ] ἐστυκὼς legit H. Iunius ex Euſtathio ad ſenarij numeros ſtabiliendos. Quam lectionem ſi ſequamur, pulcre quadrabit illa M. Catonis apud Ciceronem ſententia: *Libidine dominante, temperantiæ locum non eſſe omnino: & in Voluptatis regno Virtutem non poſſe conſiſtere.*

22. οὐχὶ καὶ αἱ χελῶναι] adde negationem, οὐχ αἱ χελῶναι.

23. ἰστὶ δ' ὅμως] Ex Æliani lib. v. Animal. cap. 38. vbi φιλόδοξος lego, pro quo Apoſtolius φιλόξενος. vtrunque verum.

24. οὐκ ἔστιν] Plutar. in Apophthegmatis.

26. Τί οὐ γένησῃ;] Eraſ. interpretatur de eo qui peregrè proficiſcens, ingentia ſibi pollicetur, fretus gentis ad quam it, inſcitia barbarieque.

28. οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς] Eſt in extrema orat. Demoſth. ſed ibi ὁρμᾷ legitur, quomodo noſter forte ſcripſerat, aut alioqui ὁρμῇ Doricè.

29. ὅτι χθὲς τὸ χρυσίον] Factum narrat Plut. in Pyrrhi vita, quem ait Fabricio legato inter ceteros ad ſe miſſo aurum obtuliſſe, nullam ob rem turpem, ſed amicitiæ tantum & juris hoſpitalis gratia. Quo recuſante, poſtero die, quo virum perterrefaceret, elephantem derepente, quo loco colloquebantur, induci iuſſiſſe. At illum viſa bellua

absque vllo metu hanc sententiam protulisse; nisi quod in Plutar. pro ἐξέπληξε legatur ἐκίνησε.

32. Ἐπὶ τῶν πειθηνίων] De inobedientibus dictum noster ait. Existimem tamen hac parœmia innui, non temere arma mouenda, sed per caduceatores, adhibito sapientum virorum consilio omnia prius esse tentanda, vt Comicus ait Latinus, quam armis agendum.

34. Φωτὶ μάχιμος] id est, ἀνδρί.

35. Οὐχ ὁ τόπος] Secundum illud Damonidæ dictum apud Plutar. Δαμωνίδας γὰρ ταχθεὶς εἰς τὴν τελευταίαν τοῦ χοροῦ τάξιν, ὑπὸ τοῦ τὸν χορὸν ἱστάντος, Εὖγε, εἶπεν, ἐξεῦρες πῶς καὶ αὕτη ἔντιμος γένηται.

36. ἐν ὕδατι] Mutilus locus. Lego ἐν ζέοντι ὕδατι. sic optime quadrat Charmidæ dictum, vel potius ἐν ὕδατι.

38. ὅτι Ῥώμη πεσεῖ] Plut. Apophthegmate vltimo P. Corn. Scipionis.

39. Οὔ τί ἐστι Καλλιππίδας] Agesilai magni dictum Plutarcho in Laconicis. Δεικηλίσται habet Eustath. in Iliad. λ'. & apud Lacones Comicos sic dictos. Hesychius vero Δεικηλίκτας, μιμητάς, imitatores seu pictores sic apud Lacedæmonios appellatos ait.

41. ἀνδράσι] πατράσι reponendum censeo.

44. οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ] Ex Herodoto lib. 6. Musarum & Athenæo lib. XIV. desumpta historia. Suidas tamen ex Hermippi Δημέταις, *Agaristam* non Clisthenis, vt hic, sed Agathoclis Sicyoniorum tyranni filiam fuisse, siue memoria lapsus, siue alios secutus Annales, ait. Diogenianum nostrum hic in eo ipso Adagio sic emendat vir omni eleganti politus eruditione J. Rutgersius, Regius Consiliarius, libro 1. Variar. Lect. cap. 9. legitque pro Καλλισθένους, Κλεισθένους εἰπόντος, Ἐξορχῇ τὸν γάμον, οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ, ἀποκρίνατο.

46. Οὐκ ἀεὶ] Vide Phrygij fabulatoris Æsopi fabellam ξυλευόμενος & Ἑρμῆς.

47. πανοῦργον εἶναι] Ælianus lib. IX. Animal. cap. XII.

50. Οὔτε γὰρ ἐκ] Theognidis est, versus 537. Gnomologiæ.

51. Οὐδ' ἴσασιν] Hesiodi ver. 40. ἔργων. Versus integer:

Νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.

53. Ὀψ' ἦλθες,] Κολωνὸν Eustath. in Iliad. ν'. exponit locum altiorem, nec prorsus acutum, sed latitudinem aliquam in summitate habentem. Jul. Pollux, duo eiusmodi loca Athenis fuisse tradit: alterum ἵππιον, quò Oedipus exilio deiectus confugit. vnde nomen Tragœdiæ apud Sophoclem, vbi interpres Gr. legendus. Alterum ἀγοραῖον, hoc est in foro constitutum, ad quem conuenire soliti, qui operam suam mercede aliis locarunt. Vnde κολωνῖται dicti. Male autem in Polluce, ὅτι ἦλθες pro ὄψε aut ὀψ': & ἴτε pro ἦσαν. Male denique vox ἀλλ' ab eodem omissa. Hesychius parœmiam

miam explicat ἐπὶ τῶν μισθωτῶν ἐς (non recte in illo τὺς) ἐπὶ τὸ ἔργον ἐλθόντας ὀψὲ ἀπέλυον πάλιν εἰς τὸ μισθωτήριον: *De mercenarijs quos serius ad opus venientes rursum in locum mercenariorum dimittebant.* Recte igitur Suidas ad verba quæ Apostolius habet, etiam ista addidit, καὶ ἐπὶ τῶν μισθαρνούντων.

54. Ὀφθαλμὸς φιλίας] Hinc illud: ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίγνεται τὸ ἐρᾶν. Et versus ille: γυναικὸς ὄμμα τοῖς ἀκμάζουσι βέλος: & versibus aliquot eleganter describit Musæus ille de amore eius & Leandri.

59. Φασὶ τοὺς ὄφεις] Æliani sunt lib. VI. cap. 18. de Animal.

59. Πάλαι ποτ' ἦσαν] Diogenianus geminat: ἦσαν ποτ' ἦσαν. Illud, τὴν δέ μιν ἐν Καρὸς simile illi supra: Ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον. Infra, παρ' Ἰσταίου καὶ Ἀρισταγόρου Herodoti est lib. v. Musarum. Antea pro καὶ κατεσφάγη, quod mendum etiam in cod. scripto hæsit, repone κατεσκάφη. Sic Synesius Epist. LVII. τὴν πόλιν κατέσκαψε. Prouerb. cap. II. v. II. στόμασι δὲ ἀσεβῶν πόλις κατεσκαφη. *Ore impiorum vrbs euersa est.* Jo. Xiphilinus in Adriani vita. πόλιν αὐτοῦ ἀντὶ τῆς κατασκαφείσης οἰκίσαντος. Euripid. Hecuba: Πατρῷα θ' ἑστία κατεσκάφη: *patrijque lares euersi sunt.* Dau. Hœschel.

60. ἐπὶ τῶν ἀπόρων· παραξορξοῦσιν.] Postremam vocem opinor corruptam, mutandamque in παροξύνουσιν: pro quo excusus Apostolius ἀναξορξοῦσιν, nullo, vt arbitror, sensu.

61. Παρεξηυλημένος] Recte Hesychius, metaphoram ductam ait à tibiarum linguis, quæ vbi detritæ, nullus tibiarum est vsus.

68. ἐπὶ τῶν ζηλοτυπούντων] Plutarch. in vita Timoleontis, & alibi vsurpat eo sensu, vt ostendatur, nullum esse humanum ingenium adeo præclarum, cui non sit innatum aliquod vitium, nempe iuxta Horatianum illud: *Nam vitijs nemo sine nascitur.* Et illud Cratetis apud Laërtium, malum Punicum non esse, cui non insit aliquod granum putre.

69. Μισήτη γυνὴ] ἡ μάχλος, quasi μισγήτη, παρὰ τὸ μίσγεσθαι, ἡ εἰς τὰς συνουσίας ἐπίφορος. Vnde ἡ μισητία apud Aristoph. in Pluto. Aliud est μισητὸς, ἡ, ὄν, Prouerb. 30. cap. Pro παρὰ σφυρὸν legitur περὶ σφυρὸν apud Eustath. in vers. 113. odyss. κ'. & apud Scholiast. Aristoph. in Auibus, vbi etiam copula καὶ redundat, obseruante eadem Hœschelio: qui & ὀλίσβοισι emendat, quod in Cratini versu corruptum erat in ὀλίσβωσι· in Basiliensi Apostolio Heruagij, item in Suida & Hesychio mendosum est.

72. Πάντα εἴσω πῆλε] Refert Eras. ex Theocriti Scholiaste hanc parœmiam: Πᾶσαι ἔνδοι, *Omnes intus.* quem consulas licet.

74. Πατροκλέως] Editus Παρακλέους. Aristophanis locus in Pluto est, cuius vide ibid. Græca Scholia.

79. Πάντα ἀπὸ μιᾶς Μύκωνος] Strabo lib. x. Geogr. interpretatur de iis qui res natura diuersas eodem complectuntur titulo. vide & Plut. 1. Sympos. qu. 2. Themistium orat. 1. Clem. Alexan. Strom. 1. Prouerbij originem vide apud Zenobium & Strabonem. Est autem *Mycone* insula Cycladum vna.

85. Πατρόκλεις] Sumptum è versu 302. Iliad. τ'. cuius Adagij rationem reddit Eustath. Vtitur illo Plutarch. lib. περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως. &, quem locum Hœschelius suggessit, Anna Comnena lib. III. Alexiados.

86. Πάθος] βοὴν ἐπιήσατο. hic βίαν est in edito, vt & in Suida in Adagio Πάρεμπτον ἡ κόρη, vbi scriptus cod. noster Πάρεμπτος præfert. Vide apud eundem Ἱπποβήνης.

91. Πάντα κινήσω πέτρον] Hesychius πτέρον, male, opinor.

93. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης] Lib. IX. de hist. animalium cap. 13. in quo non ἀερόποδες, vt hic, sed μέροπες idem cum ciconiis facere dicuntur. Suidas tamen nostram agnoscit lectionem. Statim: λέγεται περὶ πελαργῶν ex Æliano est lib. III. cap. 24. Et: οἱ ἐν τοῖς ποταμοῖς, idem Ælianus lib. v. cap. 35. Animal. vt & statim: Ἔτι φασὶν ἐν ex eodem lib. VIII. Animal. hist. cap. 20. Meminit & Basil. M. Homil. VIII. in Hexaëmeron. Priora itaque Prouerbij huius verba, scholiastæ sunt apud Aristophanem in Auibus, quem hic etiam auctorem laudat: in quo & in Suida reponendum μέροπας pro ἀερόποδας. De *Hippopotamo*, animali, vt ait, iniustissimo, Horapollo lib. 1. Hieroglyph. cap. LVI. Porphyrius lib. III. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, & indice Hœschelio, Photius C.P. in Excerptis è vita Isidori. Ὁ ἱπποπόταμος, ἄδικον ζῶον· ὅθεν καὶ ἐν τοῖς ἱερογλυφικοῖς γράμμασιν ἀδικίαν δηλοῖ· τὸν γὰρ πατέρα ἀποκτείνας, βιάζεται τὴν μητέρα.

94. Ἐπὶ τῶν παλαιὰ φερόντων] Mirum, cum teste Hesychio & Suida, Pellenææ vestes essent præ ceteris præstantiores; adeo vt etiam iis qui in certaminibus vicerant, præmij darentur loco. Proinde cum irrisione pronunciandum censeo, quasi minime Pellenæa tunica, sed potius vilis ac vetusta.

95. Πεινῶντος] Senarius est versus, Parœmiam comprehendens.

CENTVRIA XVI.

ADag. 1. Περισίαρχος] περισίαρχοι in Hesychio & Suida.

3. Λέγεται καὶ περίψημα] Huc pertinet locus S. Paulli 1. Cor. 4, 13. ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι. Vulgatus interpres: *Purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc*: vbi plurib. Eras. Hesychius autem interpretatur περικατάμαγμα, nisi

nisi forte leg. περικατάπασμα, & in Apostolio pro ἔμπτυγμα, ἔμπασμα, ἀπὸ τοῦ πάσσω *inspergo*: nisi malis ἔμπαιγμα, *omnium ludibrium.* Legitur & in Tobia cap. v. Περίψημα τοῦ παιδίου ἡμῶν γένοιτο. Eusebius Eccles. hist. lib. VII. cap. XXII. Τὸ δημῶδες ῥῆμα, μόνης ἀεὶ δοκοῦν φιλοφροσύνης ἔχεσθαι, ἔργῳ δή τότε πληροῦντες, ἀπιόντες αὐτῶν περίψημα.

7. Πενίη] Euripidis est in Polyide Tragœdia, quæ de multis intercidit, apud Stobæum Sermone XCIII.

10. Ἐμοὶ δὲ ἵππος] Ex Palæphato de Bellerophonte. Et mox ex Hesiodo reponendum:

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.
Prima leo, postrema draco, media estq́; capella. Et statim:

καὶ αἶγα, hæc male desunt Palæphato. Rursum ὅμοιον δὲ δοκεῖ πλεῖον μᾶλλον, ἢ ὄνομα ἵππῳ, idem Palæph. legit, μᾶλλον δὲ δοκεῖ πλοίῳ ἢ ἵππου ὄνομα εἶναι. Nostri cod. lectio, si πλοίῳ legatur, non est contemnenda. *Chimæra* vero αἶξ est Apollodoro lib. II. Biblioth. εἶχε δὲ κεφαλὴν μέσην αἰγὸς, δι' ἧς πῦρ ἀνίει. quæ inde χίμαιρα πυρίπνους eidem lib. I. dicitur. Vide Homeri interpretes.

11. Πηνικίζειν] Iul. Pollux τὴν πηνήκην (ita enim excusum video) galericulum vocat ex capillis confectum in virorum ac fœminarum vsum, qui comis carerent. Quinetiam φενάκην appellari solitum addit. Inde autem metaphora ducta, quod ascititium illud capillamentum quasi à natura esset, imponere soleat. Hinc Cratinus: Τοῦτον μὲν καλῶς διεπηνίκισας λόγον. *Egregiè hunc sermonem fucasti.* Pro τριχασὴ, Suidas τριχωτὴ habet. Lucianus vero, τὴν πηνίκην ἀφείλετο τῆς κεφαλῆς. Et, τὴν πηνίκην ἐπέθετο: ὑπερρέον γὰρ αὐτῇ αἱ τρίχες.

13. ὁ τοῦ Τύρρα] Sic & vetus Apostolij codex. Ὑρραδίου Laertius & Suidas. vterque etiam hoc illi apophthegma adscribunt.

16. Πίθηκος ἐν πορφύρᾳ] Greg. Nyssenus lib. de professione Christiana ad Harmonium: Οὐκ ἂν ἐλοίμεθα μὴ εἶναι τοῦτο, ὅπερ τὸ ὄνομα ὑπὲρ ἡμῶν ἐπαγγέλλεται· ὡς ἂν μὴ τὸ περὶ τοῦ πιθήκου διήγημα τὸ παρὰ τοῖς ἔξω περιφερόμενον καὶ ἡμῖν ἐφαρμόσῃ. Dixit τοῖς ἔξω, vt Lucianus lib. περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, & Dialogo, Ἁλιεὺς, ἢ ἀναβιοῦντες.

17. Πίθηκος ὁ πίθηκος] Lucian. lib. aduersus indoctum, & Nazianzenus Carmine Nicobuli ad patrem, ver. 173.

Τίς χάρις, ἢν σὺ πίθηκον ἔχῃς βροτοειδέα λώβην,
Χρυσείοισι βρόχοισι δέρην περιγυρωθέντα;

18. Πλίνθον πλύνεις] Theocrit. Idyll. XVI. v. 62.

19. Πλείους προσκυνοῦσι] Plut. in vita Pompeij: qui Sullam iussit cogitare, ὅτι τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα πλείονες, ἢ δυόμενον, προσκυνοῦσιν: ὡς αὐτῷ μὲν αὐξανομένης, μειουμένης δὲ καὶ μαραινομένης ἐκείνῳ τῆς δυνάμεως.

20. 21. πλαταγὴ] Idem accentus contra atque alibi in m. sc. nostri Apostolij, & lib. IV. Biblioth. Diodori Siculi. verum hac significatione apud hunc κροτάλȣ, *crepitaculi*, addito χαλκῆ epitheto. In altera enim significatione τȣ̃ φύλλȣ πλαταγὼν Iosepho lib. III. Antiquitat. cap. 8. & πλαταγώνιον vsitatius dicitur. Theocrit. Idyll. XI. ver. 57. παρὰ τὸ πλατάσσειν, τὸ ἠχεῖν. Suid. Statim τῆς μήκωνος *papaueris*, Aretas, Dioscorides, Aëtius, Lucianus. alii genere femin. τȣ̃ μάκωνος idem Iosephus ibidem, haud scio an vitiose. Addit editus Apostol. ἡ ἀνεμώνης: de qua herba Theocr. Scholia.

25. αἶξ αὐτῷ γίνεται ἀθηρία] Ex Æliano lib. I. cap. 27. & lib. XIV. de Animal. cap. 26. Ex hoc facto alia etiam Parœmia apud Hesychium: Πολύποδος δίκην ἑαυτὸν καταφάγων: *Polypi more seipsum edens*. Rursum Πολύπȣς πόη ex eodem desumpta lib. VII. cap. XI. vt & illud: ὁ Καμβύσης legit idem ὁ Καμβύσȣ Κῦρος ὁ ἵππος. Videndus Herodot. lib. III. Ibidem: Καὶ ἄλλος τεύχων, in Plut. lib. de audiendis Poëtis, ita carmen legitur:

Ὅς δ' ἄλλῳ κακὰ τεύχει ἑῷ κακὸν ἥπατι τεύχει.

Damna struens aliis, proprium hepar læserit ipse.

28. μεταξὺ πίλει] πίνει Henric. Steph. Gellius lib. XIII. cap. 17. Et pro κύλικος κοτύλης Athenæus lib. XI. Δειπνοσοφ. Originem Adagij pete ex Scholiaste ad versum 188. libri I. Argonaut. Apollonij Rhodij περὶ Ἀγκαίȣ.

30. λαφυραγωγεῖ] ita leg. Operarum enim σφάλμα aberrauit. Stilponi dictum attribuit Plutarch. lib. de Institutione puerorum. At in libro περὶ εὐθυμίας, hoc ait Stilponem Demetrio dixisset inter cætera: τῆς τύχης πάντα τἄλλα λεηλατȣ́σης καὶ περιαιρȣμένης, ἔχομεν δὲ πίστιν ἐν ἑαυτοῖς,

Οἷον κ' οὔτι φέροιεν Ἀχαιοί, ȣ̓́τ' αὖ ἄγοιεν.

Homeri Iliad. έ. v. 484. In edito tamen poëta,

Ἠὲ φέροιεν Ἀχαιοὶ, ἤκεν ἄγοιεν, quia negandi particula in versu priore.

38. Ποῖόν σε ἔπος] Homero frequens carmen: vt Iliad. δ'. v. 350. Vtitur & Ælianus alibi: Ἄδηλα γὰρ εἶναι τὰ ἀνθρώπινα, ἕως ἂν ἑκάστῳ ἡ ψυχὴ εἴσω τȣ̃ τῶν ὀδόντων ἕρκȣς. *Mortalia omnia obscura esse, quam diu anima cuique intra septum dentium versatur.*

39. Πολυγνώτȣ λαγώς] Polygnoti meminit etiam Hesychius: Πολυγνώτȣ τοῦ ζωγράφȣ. ὄνος (male excusum ὁ νȣ̃ς) ἐστὶ γεγραμμένος

ἐναντίως (sic malim, quàm vt nunc editur ἐναντί@) ἐπιγεγραμμένος κομίζων σκδυοφόρον, καὶ τὴν μυρσίνην καὶ τὸν λαγωὸν, καὶ ἀνάκειται ἐν τῷ ἀνακείῳ. *Polygnoti*, ait, *pictoris asinus pictus est, in partem aduersam conuersus, calonem seu sarcinam militarem super se portans, & myrtum, & leporem: positusque est in fano Castoris & Pollucis.*

40. Πολλῶν ὁ λιμὸς γίνεται] Iuxta Persij illud:

> *Quis expediuit psittaco suum χαῖρε;*
> *Magister artis ingenijque largitor*
> *Venter, negatas artifex sequi voces.*

Supra Adag. 7. Πενίη σοφίην ἔλαχεν.

41. Δέρειον ἵππον] Ἱπποκόμῳ legend. pro Ἱπποκόμ@) εἴρηκε τοῦτο Θεμιστοκλῆς, ex Plutar. in eius vita. Porro Troiam equus ille ligneus ab Epeo fabricatus, militibus callidæ suffertus per dolum occupauit, siue equus ille, siue machina fuit bellica; ab Aristophane *Durius*, ab Homero δουράτε@ dictus libr. VIII. Odyss. & à Lucretio libr. 1. vt à Valerio Flacco libr. 2. Argonauticων ex Apollonio Rhodio *Duria castra*, quæ *Doria* vulgo: vt Politanus cap. v. Miscellan. obseruat.

50. Πολλά με διδάσκεις] Philemon hic Comicus fuit: qui postquam magnum Regem suo illo sale perstrinxisset, casu ab illo captus, pila ac talis tamquam puerulus mentis expers donatus, ab eodem impunè dimissus est. Plutarchus libr. de ira cohibenda. Idem in scena certans obijt. vt refert idem Plutar. libr. An seni gerenda Resp. Vide & Girald.

51. Ἐπὶ τῶν ἐπιβούλως] In Suida mendosè legitur ἐπιβούλης.

56. Πολύποδ@ ὁμοιότης] ὁμοιότροπ@ est in Vaticana Appendice ad Zenobium, at perperam. Hic ex Æliano de Polypo deesse Græca videantur.

57. Τοῦτί τὸ ζῶον] Ex Æliano libro XVI. de Animalibus capite XI. vbi legit aliter paulo: καὶ μέλαιναν ἀκροτάτ. χρόαν, pro μελαίνης χρόας.

58. Ὁ γὰρ δρυοκολάπτης] Ex eodem Æliano libro 1. capite 45. de Animal.

60. Τινὲς τὸν ὤνιον οἶνον πραμμόνιμον] Legend. ἢ παραμόνιμον, aut πραμνόνειον, vt Etymologista habet. alias παραμόνιμον. Homerus vero Πράμνειον vocat vinum. Τινὲς ἀπὸ ἀμπέλου, vt apud Athenæum Didymus. apud quem, vt & Suidam, φαρμακίτην nominari video, pro φαρμακίτην. Eadem Eustathius in Iliad. λ'. vers. 638. ex Athenæi lib. 1. Δειπνοσ.

62. Προ-

62. Προδίκου ὁ Κίου] Ita vitiose etiam scriptus cod. μονοφθόγγως. Repone Κείου. Clemens Alexand. eius meminit lib. 2. Pædag. cap. 10. Xenophon, Cicero 1. offic. Suidas & alij.

64. Πρὸ ποταμῶν] Prouerbium vnde sumpserit ignoro: aperta sententia. Non esse substringendas vestes antequam flumen adsit, quod vadetur. Huc refer superiora: 61. Πρὶν ἢ πλῦσαι &c. Et 78. Πρὶν τοὺς ἰχθύας ἑλεῖν, τὴν ἅλμην κυκᾷς. Et Latinis: Ne triumphum ante victoriam.

65. Πρύμναν κρ.] Greg. Nazianz. Orat. funebri in laudem Basilij M. πρύμναν κρουσάμενοι. De ἀνακρούεσθαι Herodot. Vrania: οἱ μὲν δὴ ἄλλοι Ἕλληνες ἐπὶ πρύμνην ἀνεκρούοντο. Et: ὦ δαιμόνιοι, μέχρι κόσου ἔτι πρύμναν ἀνακρούεσθε; Ibidem.

68. Λέγεις] alias ζῇς.

69. Ἱερῷ γὰρ] Idem mendum in cod. scripto. Repone Οὐέῤῥου ex Plutarch. in Apophth. Rom. Vide & Ciceronis loca lib. 2. de Oratore, apud Macrob. lib. II. Saturnal. & Senecam Rhetorem. Verrinis orat. nihil notius, dicteriis in illum iactatis.

71. ἄκοντα] Puto ἀκόντια: & forte commissum vitium è scribendi modo, quo ι litteræ τ includebant. Suidas tamen & Diogenianus, vt noster & Hesychius, ἀκόντων, ἀκοντίων, δοράτων. Ceterum de Procridis iaculo Cephalo dato Ouid. etiam lib. VII. Metamorph. Fab. XXVI. ver. 684.

Consequitur quodcumque petit, fortunaque missum
Non regit, & reuolat nullo referente cruentum.

In quem locum Mariangelus Accursius in Diatriba, adfert C. Plinij è lib. XXIV. cap. 13. de aquifolia factum baculum: pro quo *iaculum* reponendum censet. Porro Suidas Cent. XII. Adag. 17. Ἐπὶ τῶν πάντων τυγχανόντων exponit, pro quo hic τῶν πάντα νικώντων: & mox, pro πάντα ἐνίκα, ibi πάντα ἐθήρα. Eustathius in Odyss. λ'. explicat ἐπὶ τῶν εὐστόχως ἀκοντιζόντων, καὶ μὴ ἀποτυγχανόντων. Suid. hic pro τοῦτον γὰρ, habet τοιοῦτον γὰρ ἔχουσα ἡ Πρόκρις, πάντα ἐνίκα.

73. Πρὸς Κώρυκον γυμνάζεται] Hinc apud Hippocratem Περὶ διαίτης, Κωρυμαχίη, exercitationis genus cum folle vel pila. de hac singulari libello Galenus: de illa in Gymnasticis Hieron. Mercurialis. Suidas etiam reticulum pane excipiendo interpretatur. Hesychio vas coriaceum, simile vtri: alij etiam eodem testante, nauigium & lanceam exponunt. Sed Κόρυκον in scripto Apostolio esse potest deprehendi, quem ἀθλητὴν facit Aristot. 3. Rhetor. cap. 17. Apud Suidam mendose quoque Κόρικον editur.

75. Πρὸ τῆς] Plato vtitur in Lyside, & in Theæteto: Πρὶν νενικηκέναι ᾄδειν ἐγκώμιον.

79. πρὸς κενὸν ψάλλεις] Suid. πρὸς κενὴν. Diogenian. vt noster. Huic simile ait Suidas, Πρὸς ἐῤῥωγυῖαν ᾄδεις, *Ad fractam canis*, siue chordam siue citharam. Nota è Strab. fabula cicadæ aduolantis, & ex Alciati ICti. summi Emblemate.

80. Εἰς φιλίαν ἐλθεῖν] Desider. legit ἐλθεῖν. Mox pro χερσαίου, Diogenianus χέρσου, vitiose opinor.

86. Πρὸς κέντρα λακτίζειν] Supra quædam attulimus Cent. VII. 59. quæ non repeto, ex Actis Apost. 9. cap. v. 9. Vtitur Eurip. in Bacchis, Pindarus Pythiacis, Oda 2.

87. συνάπτουσι μάχας] ἅπτουσι μάχην Suid.

90. Πτωχότερος Κιγκάλου] Cincalus siue Cinclus, auicula est, teste Hesychio, & Suida, valde exilis, caudam continuo motitans: à quo & κιγκλίζειν pro *concutere*. Hinc nonnulli etiam σεισοπυγίδα vocant. Ælianus lib. XII. Animal. cap. 9. adeo debilem esse, vt nidum sibi construere nequeat, & propterea in alienis oua ponere. Hinc etiam bonorum omnium inopes, rusticorum Prouerbio *Cinclos* nominari, vt hodie vagos homines & agyrtas *Cingalos* Itali hodieque appellant. Menander in Thaide est vsus:

> Πτωχότερος εἶ λεβηρίδος καὶ κιγκάλου
> *Mendicior leberide atque Cincalo.*

91. Τὸν ἀετὸν] Ex Æliano lib. IX. cap. 2. Quod porro de *aquilæ plumis* dicitur, etiam Theophylactus Simocatus verum esse testatur Problemate 2. Et C. Plin. lib. X. cap. 3. Aquilarum pennæ mistas reliquarum alitum pennas deuorant.

92. Πτίσσε πτίσσε] Anaxarchum Democritium à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus, ait M. Tullius 3. de Natur. Deor. & Tuscul. 2. Val. Max. lib. III. cap. 3. & in Ibin Ouidius. Citat Dion Chrysost. orat. Corinthiaca: Nazianz. Steliteut. 1. & Epist. 2. ad Eudoxium Rhetorum. item ad Philagrium, 59. Clemens Alex. 4. Stromateo. Philo breuius: Πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου ἀσκόν· Ἀνάξαρχον γὰρ οὐκ ἂν δύναιο. *Archelaum* hic tyrannum Cypri nominat, Cicero ibid. *Nicocreonta*, & Plutar. lib. de Virtute morali. *Aristocreontem* vero Origen. contra Celsum. Πτισάνην autem ἐκ τοῦ πτίσσειν καὶ αἰνεῖν deriuat Eustath. in Iliad. λ'. pag. 301. Rom. edit. & pag. 437. ab αἰνεῖν ait, è Pausaniæ Lexico. Πτισάνη etiam vnico σ ab Aretæ scribitur lib. 1. cap. 10. Therapeut. acutor. morb. vt me doctissime monuit, amice datis Augusta Vindelic. litteris, Hœschelius.

98. κυάμους] Fabis cur abstinendum, Plutar. de liberis educandis, & Quæst. R. 92. Clem. Alex. lib. 3. Strom. fuse: Agellius, c. 11. Laërt. in Pythagoræ vita. Suid. καὶ κυαμοτρώξ.

99. ἐπὶ δαλῷ] Sic noster scriptus. Aliter Diogenian. & Accessiones Vaticanæ ἐπὶ δαλόν

100. Πυλωρὸς κακός] Malim πυλωροὶ κακοί. Ita enim Plutar. in Problematis.

CENTVRIA XVII.

Adag. 1. Πυγμαῖα] Suid. Πυγμαίων, & Eustath. in Odyss. τ'. Ἀκροθίνια autem hic pro spolijs siue exuuijs hosti detractis accipi videntur potius quam pro frugum primitijs, vt vult Eras. Legendi Hesychius, Suidas & Eustath.

3. Πῦρ ἐπὶ πῦρ] ἐπὶ πυρὶ Suid. melius. Hesych. vt noster. Platonis autem locus 2. de Legib.

4. Πῦρ εἰς ἀκαίθας] ὑπὸ ἀκαίθαις Diogenianus. Par huic: Πῦρ ἐπὶ δαλὸν, καὶ πῦρ ἐγγὺς καλάμης.

6. Ἐπὶ τῶν γυμναζομένων] Tradit Eustath. in Iliad. ν'. Persas non secus tripudiare quam equitare didicisse, quod vtroque corporis robur exerceri arbitrarentur. Addit & hoc: Antiocho magno moris fuisse in conuiuio ad arma vna cum amicis saltare: eratque hæc πολεμικὴ ὄρχησις καὶ πυῤῥίχη: quam licet proprie pueri armati saltabant, tamen Polysperchon vir bellica laude & dignitate nemini secundus, etiam senex, exercebat. Fuit etiam χειρονομία appellata, eodem testante Eustathio, diuque apud Lacedæmonios durauit. Vide & Hesychium & Suidam copiose de triplici tripudij genere agentem, & post Lucianum etiam περὶ ὀρχήσεως nostra ætate doctiss. Io. Meursium.

7. Ἤ κυνὸς] per canem iurat Socrates in Phædone Platonis.

8. Ὄνειον γὰρ ὄρος ἐστί] Strabo libr. VIII. Geogr. τὰ ὄνεια ὄρη vocata ait, & à saxis Scironijs & itinere, quod ab his in Atticam & vsque in ipsam Bœotiam protendi. Suidas male τὸ ὄρειον. Hesychius vt hic, & Corinthi montem facit.

9. -- ῥαῖνε ἐνδελεχοῦσι Κειλαίνῃ πέτραν] Quid ἐντελέχεια in Animi definitione, disputant Philosophorum filij. Themistius libris de Anima, Budæ. Comm. Ling. Græc. Basilius Cæsar. alibi, τὸ γὰρ ἐνδελεχὲς τὸ πυκνὸν καὶ συνεχές. Plura ad Cicer. 1. Tuscul. & Politianus, ac denique libr. IIII. Tullianar. Quæst. Schottus noster. Vtitur Prouerbio Nazianz. orat. funebri in parentis laudem, Isid. Pelusiota lib. II. epist. 284. Zonaras proœmio Histor.

10. Ῥαμνουσία Νέμεσις] In Rhamnunte tribu dicata, ait Hesych. idque è solido lapide. Noster è Suida descripsit, vt pleraque alia Prouerbia. Eustath. in Iliad. β'. meminit Adagij. Suidas pro βασιλεῦσαι, βασιλεύσαιεν habet, & μετάρχης pro Ἐπάρχης.

11. Ῥαμνούσιος εἶ] male in Suida Ῥαμνὸς legitur: qui addit, in Rhamno pago (Plutar. in x. Oratorib. *tribu Rhamnusium* dixit) Antiphontem vnum è decem Græciæ Oratoribus floruisse: quem multi imitantes Prouerbio huic occasionem dederint, vt *Rhamnusij* viri boni vocarentur.

12. Ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω] Menelai dictum apud Homerum Iliade ρ'. verſ. 32. vbi Eustathius consulendus, qui ex huius Parœmiæ fonte manasse ait dictum illud nescio cuius:

> Ἔγνωκα δ' ἡ τάλαινα συμφορᾶς ὕπο·
>
> *Noui misella iam meo docta ex malo.*

19. Ῥόδα μ' εἴρηκας] Eadem translatione qua Plautus in Pœnulo vsus, *mulsa loqui*.

21. Ῥόδον παρελθών] Vitam rosæ comparatam fugacem ait. Iuxta illud distichon;

> Τὸ ῥόδον ἀκμάζει βαιὸν χρόνον· ἢν δὲ παρέλθοι,
>
> Ζητῶν εὑρήσεις οὐ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον.
>
> *Verna breui rosa flore nitet: simul illa recessit,*
>
> *Non rosa quærenti, sed rubus asper erit.*

Et de vitæ fragilitate:

> Τῆς ὥρας ἀπόλαυε, παρακμάζει τάχυς αἰών·
>
> Ἓν θέρος ἐξ ἐρίφου τρηχὺν ἔθηκε τράγον.
>
> *Vtendum est ætate, cito pede labitur ætas:*
>
> *Aestas ex hædo fecerit vna caprum.*

22. Ῥόδιοι τὴν θυσίαν] Vide Prouerb. Λίνδιοι τὴν θυσίαν. *Lindus* enim Rhodi vrbs est.

23. Ῥωπικὸν ὤνιον] Ῥῶπος, inquit Eustathius Iliad. ν'. λεπτὸς καὶ ἁπλῆς φόρτος, *parua atque exigua rei sarcina*, ex varijs tamen constans: quam veteres γέλγην appellabant. Hinc ῥωπικά, teste Hesychio, τὰ παρεμπορεύματα, *rei emptæ additamenta*.

24. Σαλαμινία ναῦς] Harum duarum nauium frequens mentio in Thucydide, vt lib. III. Locus de Alcibiade est lib. VI. Peloponn. belli. Hesychius, *Salaminiam* ait fuisse vnam duarum sacrarum nauium. An forte & illa quæ eodem die, quo Socrates est condemnatus, appulerat. Vide Phædonem, Platonis initio. De *Paralo* Suid. copiose.

25. ὡς πολυγράμματος] Hac notarum seruis inustarum inscriptione Theophanes & Theodorus ab impio Theophilo affecti, teste Georgio Cedreno in Annalibus. Vnde illi ad Methodium ab eodem carceri subterraneo inclusum, his Iambis lepide luserunt.

> Τῷ ζῶντι νεκρῷ καὶ νεκρῷ ζωηφόρῳ
>
> Ναίοντι τὴν γῆν, καὶ πατοῦντι τὸν πόλον
>
> Γραπτοὶ γράφουσι, δεσμίοι τῷ δεσμίῳ.

Viuo cui mors, cuique vita est mortuo.
Cui terra sedes, & simul polus, notant
Vincto reuincto has litterati litteras.

Quibus ille eadem respondet venustate:

Τὺς τοῖς βίβλοισιν ὑρανοῦ κλυσιγράφυς,
Καὶ πρὸς μέτωπα σωφρόνως ἐστιγμένυς
Προσεῖπεν ὁ ζῶν θαπτὸς ὡς συνδεσμίυς.
Quorum libris iam nomina in cælestibus,
Quorum exarata frons decentibus notis,
Viuus sepultus alloquor vinctos simul.

M. Plautus in Casina eâdem translatione: *Si hic litteratus me sinat.* Porrò ex Plutarcho in Pericle & Hesychio, legendum: Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος; *Samiensium quam litterata est ciuitas.* Ibidem: Σαμαία δὲ Hesychius, nisi subsit mendum, Σαμίας ναῦς appellat, totasque constratas fuisse ait, & peculiarem quampiam ab alijs constructionem habuisse, teste Didymo; alueo nempe laxiore, rostris in similitudinem rostri porcini, prora in modum piscis conformatis. De quibus hunc citat versum:

Ναῦς δέ τις ὠκυπόρος Σαμία, ὑὸς εἶδος ἔχουσα.

26. Σὺ δὲ ἔσθιε] Suid. σὺ δὲ ὦ ξένε ἔσθιε, καὶ πῖνε, καὶ παῖζε. Plutar. lib. II. de fortuna Alexandri & virtute, hoc pacto eius monumento inscriptum fuisse ait:

Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα.

Duo integri versus ab alijs referuntur.

Κεῖν' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ σὺν ἔρωτι
Τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται.

Quos Tullius lib. v. Tusculanarum ita vertit:

Hæc habeo quæ edi, quæque ex saturata libido
Hausit: at illa iacent multa & præclara relicta.

Multa de hoc monstro Iustinus lib. 2. & Lælius Bisciola Tom. I. Subsiciuar. horarum. Ἀγχιάλην autem rectius in M. sc. quam in edito Ἀγχίαλον, ex auctoritate Athenæi lib. XII. Strabonis lib. XIV. & Steph. de Vrb.

27. καὶ πέλαγος] de Saronico mari Strabo lib. VIII. Geogr. Σάρων, regionis nomen, I. Paral. 27. Ibidemque & Isaiæ 33. Σαρωνίτης.

28. Σαρδώνιος γέλως] Sic Procopius lib. IV. de bellis Gothicis: Σαρδιανὸς Plutar. Et ἡ Σαρδονία λεγομένη πόα, Dioscorides lib. 6. cap. 14. καὶ ὁ Σαρδόνιος γέλως, ibidem. multaque Hesiodi Scholiastes Tzetzes. Καὶ λίθος Σαρδὼ Luciano lib. de domo, & compositum σαρδόνυξ, ὄνυξ ὁ σαρδῷος eidem Sophistæ: vt monuit Hœschelius Augustanus. Dioscoridi

ridi ergo per ο μικρὸν, & Platoni lib.I. de Repub. ἀνεκάγχασε μάλα Σαρδόνιον. Hic vero in cod. ſcripto per ω, σαρδώνιον.

29. ἐν θεάτρῳ] Hic præmittenda vocula φασί, etiam in Suida, vnde hæc fere deſcripta. Porro in Zenobio eſt pro σαυτὴν σαυτῆς, & loco vltimæ dictionis ποτὲ habet γυναῖκας.

31. ἐν νησίῳ] νησιδίῳ lego. Verſus Prouerbialis etiam apud Heſychium legitur. Porro quod ait antea, etiam animalculum eſſe, confirmat & Euſtath. in Odyſſ. μ'. Ariſtotelis lib. IX. Animal. cap. 40. auctoritate. Vocem vero habere præſagam atque vaticinam à ſacro quodam ſapiente aſſeri ait, credo à Iob.cap.30.v.29. Syneſius Epiſtola 146. Nam de Sirene machina, ſuauiſſimam ſub terra vocem edente, Archimedis inuentum, ſunt, qui locum Plutarchi in Marcello capiant: qua ita ille delinitus fuit, vt ne corporis quidem vitæque curam habuerit. Ibidem: εἶχον δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ θώρακος: ex Suida malim: εἶχον δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ θώρακος καὶ ἄνω εἶδος γυναικῶν· τὰ δὲ κάτω στρουθῶν.

32. σεισάχθεια] Plutar. in Solone ſub finem: idem in Politicis præceptis. vide Heſychium, & in Comment. Ling. Græcæ G. Budæum. Χρεωκοπίαν vocat & Philo Iudæus, Cyrillus χρεῶν ἀποκοπήν.

36. Στύππινον γερόντιον] Alias στυππεῖον γερόντιον. *Stuppeus ſeniculus.* Diogen. στύππινον vt inf. Adag. 59.

37. ἐξ ἐπιγράμματος] Apud Latinos Auſonij Galli eſt epigramma de lapidibus:

Mors etiam ſaxis marmoribusq́; venit.

Vel reſpexit ad illud Adagium ſup. 9. de gutta, cauante lapidem.

38. ὑποπιδυόμενα] Male in Suidæ collectaneis ὑποπιδυόμενα editum,

39. Σικελὸς στρατιώτης] Zenobius & Heſychius, nihil amplius. in expoſitione tamen Prouerbij, Heſychius cum noſtro facit, vt & Zenobius, ſed dimidia parte hic mutilum eſſe conſtat, ex Heſychioque reſtituendus eſt, atque adeo ipſe eſt emendandus: Σικελὸς στρατιώτης, παροιμιῶδες· ἐπεὶ ξένοις ἐχρῶντο στρατιώταις, ὡς ἐπὶ πολὺ οἱ περὶ τὸν Ἱέρωνα τὸν τύραννον. Hactenus recte. Sequitur: ὡς διορθουμένων αὐτῶν, τὸν μισθὸν. μηδενὸς δὲ αὐτοῖς διδόντος.

42. Σικελικὴ τράπεζα] *Siculas dapes* alibi Horatius celebrat. legend. Athenæus lib. XII. Siculas menſas & Syracuſanas taxat Plato lib. III. de Rep. Meminit Cic. lib. II. de Finib. & V. Tuſculana.

43. Σίλφιον Βάττου] Sup. *Batti Silphium*: vbi exponitur de iis qui raros honores conſequuntur.

45. Σκιὰ ἀντὶ σώματος] Huic parœmiæ explicandæ facit Apologus de cane fruſtum carnis geſtante, eiuſque vmbra in aqua conſpecta id dimittente, quo maius ſcilicet conſequeretur. Fabula item illius qui pro Iunone nubem amplexus eſt.

 48. ἀντε-

48. ἀντεγείρεις] ἐγείρεις eſt in Heſychio, αἰεγείρεις in Diogeniano in Suida: quem vide in Ὀκλώπων. Σκορπίοις etiam editum pro Σκορπίον video.

49. Σκανδοπώλην] Euripidis mater vendidiſſe fertur olera; vt Demoſthenis patrem cultellos venditaſſe omnium pene doctorum litteræ loquuntur, ait Val. Maximus lib. III. cap. IV. extremo, & Suid. de Euripide, & Agellius lib. XV. Noct. Attic. cap. XX. & Schottus in Vitis parallelis Ariſtotelis ac Demoſthenis.

51. Τὰς δὲ Μυκλώας] Alterum hoc membrum nuſquam alibi, quod ſciam, legi. Prouerbij tamen concinnam reddit ſpeciem, iuxta illud Terentij noſtri: *Curemus æquam vtrique partem, tu tuam, ego meam.*

53. Σπερμολόγος ὢν λανθάνεις] οὐ λανθάνεις erat in ſcripto Apoſtolio. Euſtath. in Odyſſ. ι. τὸν σπερμολόγον σπερμονόμον appellari, auiſque genus eſſe ſatis infeſtum. Inde Atticis *Spermologos* dictos, qui circa fora & mercatus verſantes, ſublegebant quæ ex ſarcinis forte decidebant, atque inde vitam tolerabant. Hinc ita vocari cœpti homines nullius pretij. Dicitur etiam, teſte Suida, *Spermologus,* φλυαρολόγος καὶ ἀκριτόμυθος, *loquax futiliſque.* μικρὸν ὀρνιθάριον refert Ariſtot. lib. VIII. Hiſt. animalium cap. 3.

54. Σπόγγῳ πάτταλον] Ab Acco muliere fatua id factum Suidas refert.

59. Στύππινον] Sic ἀρχαὶ στύππιναι Diodoro Siculo lib. I. Biblioth. à ſtupa στύπη, quæ & στύππη. Veluti στυπεῖον & στυππεῖον dicunt. Quinetiam στυππίον Iudicum cap. XV. & XVI.

69. Διὰ τὸ τὰς αὐλοθήκας] τὸν συρβηνέα Heſychius ex Cratino αὐλητὴν *tibicinem* interpretatur: & σύρβην αὐλοθήκην, tibiarum thecam.

72. Συβαρίτης διὰ πλατείας] Refert Heſychius, Acopum quendam in Italiam veniſſe, operamque dediſſe vt dicendi genus quod profitebatur exquiſitum lautumque eſſet. atque hinc alteram dimanaſſe Parœmiam, Συβαριτικοὶ λόγοι. Et apud eundem ac Suidam, συβαρίζειν, τρυφᾶν.

75. Συνῆλθεν Ἀτταγᾶς] Laërtius in Timone Niceo hoc refert Prouerbium. Meminit vero & Theophanes, Græcæ ſcriptor hiſtoriæ, de Conſtantino agens Copronymo, creante in antiſtitem Conſtantinopolitanum profligatiſſimæ vitæ Cauſtinum. Oſtenditque Prouerbij vſum cum duo nequiſſimi inter ſe coijſſent. Lege clariſſ. Baronium in Eccleſiaſt. Annalib. ad annum Chr. 754. Suidas rurſus hic corruptus mutiluſque habet Ἀτταγᾶς Νουμηνίῳ, leg. forte Νουμενίῳ συνῆλθε. *Attagas cum Neomenio ſocietatem iniit,* & cetera ex Apoſtolio addenda. In Diogeniano Ἀτταβᾶς lege. Ioſ. Scaliger ἰαμβικῶς in Adagiorum Stromateo:

Συνῆλθον Ἀτταγᾶς τε καὶ Νουμήνιος,

Coniunctus est suo Attagas Numenio.

76. Τοῦτ' εἶπεν Ἡρώδης] Herodes sophista Atticus ad Braduam leuirum magnificentius se de nobilitate sua iactantem dixisse fertur, auctore Philostrato lib. II. Sophistarum, Romanos nobiliores calicis suis Arcadum exemplo (qui se Luna priores iactabant) lunulas assutas habuisse. causam tradit in Quæst. Rom. Plutarchus. Hinc Iuuenalis Sat.

Appositam nigræ Lunam subtexit alutæ.

77. σὺν Ἀθηνᾷ] Suidas explicat quod non oporteat sola spei in numine collocatæ fiducia otiosos desidere: ductumque ait à mulieribus, iisque maximè quæ labori sunt obnoxiæ, citatque in hanc sententiam Senarium itidem Prouerbialium:

Αὐτός τι νῦν δρῶν, εἶτα τοὺς θεοὺς κάλει.

Aggressus ipse opus, dehinc Deos voca.

Plutarch. in Laconicis Apophthegmatis: Ἐπιλέγουσι δὲ καὶ οἱ παροιμιαζόμενοι, τὴν χεῖρα προσφέροντα, τὴν τύχην καλεῖν· ὡς δέον τοὺς θεοὺς ἐπικαλεῖν μετὰ τοῦ ἐγχειρεῖν τι καὶ πράττειν· ἄλλως δὲ μή.

78. Συγκρητισμὸν ἔχεις] Refert Prouerb. Plutar. lib. περὶ φιλαδελφίας. Simile illud Aristotelicum: συνάγει τοὺς ἀνθρώπους τὰ κακά: *Aerumnæ homines inter ipsos conciliant.* συγκρητίσαι idem, teste Suida & Etymologo.

81. Σφάκελός σοι] τὸν σφάκελον vocant Medicorum filij gangrænam, vnde inchoat sphacelus, teste Athenæo: Galeno est partis alicuius inflammationem perpessæ mortificatio. Nemo, quod sciam, interpretatur irrisionem quæ fit per medium digitum. Nisi forte ad Romanorum respexerit morem, quibus talis irrisio supremi contemptus in vsu. Hinc Martialis lib. II. Epigr. *& digitum porrigito medium.* Persius vocat *infamem.* Cum autem etiam ossium seu medullarum putrefactionem significet, quid si vsus Parœmiæ fuerit, vt id malum alicui imprecarentur.

83. Κυνῆ Ἄϊδος] Vide Zenobium, ibidemque à Schotto nostro notata, & Platonem lib. X. de Rep. At quem hic Platonis laudat locum, is est lib. II. indeque Cicero lib. III. de offic. Nazianz. Orat. I. Steliteutica in Iulianum, & Orat. in laudem Basilij Magni, & Carmine περὶ ἀρετῆς.

84. Σχῆμα καὶ τρίβολον] Mirifice illustrat hoc Adagium Eustathius in Iliad. γ'. ἰστέον ὅτι ἐπαινετῆς ὀρχήσεως, &c. Latine apponam à me conuersam: *Sciendum saltationis in laude positæ species non solum illas esse quæ in Curetum historiis traditæ sunt, sed etiam Tragicam, in quam Tragœdi summo studio incumbebant, vt & Parœmia indicat: Habitus aut figura.* Ferunt Phrynichum Tragœdiarum scriptorem tantæ

curæ

tantæ curæ Tragicam hanc ſaltationem habuiſſe, vt quiſquis nouam aliquam ſpeciem inueniſſet, triobulum illi daret. Ceterum ſcimus ex Iamblici ſcriptis, à Pythagoræ facto ſumptam eſſe Parœmiam, qui diſcipulo, ſollerti alioquin, ignauo tamen ad diſciplinas addiſcendas, ob quamlibet figuram Mathematicam, numerauit triobulum. hoc pacto diſcipulorum ſuorum ad litteras hauriendas diligentiam emercatus. Vide Iunij Cent. VIII. Prou. 14. Apoſtolij itaque noſtri explicationem neſcio an probare debeam.

85. σχῖνον διατρώγειν] *Lentiſcum* dentibus mundandis aptum etiam Martialis oſtendit in Apophoretis:

Lentiſcum melius, ſed ſi tibi frondea cuſpis
Defuerit, dentes penna leuare poteſt.

Bibebant etiam lentiſci oleum comptuli hi eodem fine. Porro pro σχινοτρώκτας, quod noſter habet, Suidas σχινοτρῶγας. Verbum eius σχινίζεσθαι.

86. τὸν ἀδελφὸν] Deeſt vocula φασί. notat etiam hic Suidas, *Tripedem* Apollini ſacrum propterea, quod nota illi ſint,

Quæ ſunt, quæ fuerint, quæ mox ventura trahentur.

Athenæus lib. 11. καὶ γὰρ ἐκ τρίποδος λέγειν φαμὲν τὸν ἀληθεύοντας. Ariſtoph. in Pluto de Apolline: ὃς θεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου. De tripode à piſcatorib. inuento ſcribit Laertius in Thalete, Plut. in Solonis vita, Sueton. de claris Rhetor. περίπτος αὐτοβόητος dicitur Nonno lib. XIII. Dionyſiacῶν.

90. τὴν χεῖρα] Sup. paulo, Prou. 77. σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρας κίνει. In Suida ſic: τὴν χεῖρα προσφέροντα τὸν θεὸν καλεῖν. vbi lepidam adfert fabellam, bubulco currum agente, eoque in foſſam delapſo, Herculem nequidquam otioſe inuocantem, τὴν χεῖρα προσφέροντα δεῖ τὸν θεὸν καλεῖν.

94. λεγομένην] Melius λεγόμενα ἅττα. Vide ſupra: κοσκίνῳ μαντεύεται. Suid. Τἀπὶ pro τὰ ἐπί.

97. τὰ μὲν] Cleomenes Anaxandridæ F. Samiorum legatis prolixa nimis oratione Polycrati bellum vt inferret, hortantibus, ſic reſpondit: teſte Plutarch.

98. ὁ γὰρ μέροψ] Ex Æliano lib. I. cap. 49. de Animalibus. Mox: τοῦτο ἐργάζεται, id eſt, ἀντιπελαργεῖ τοὺς γονεῖς: Ariſtot. lib. IX. Hiſt. animal. cap. 13.

100. Κῆπον] κῆπος Suidas.

CENT. XVIII.

CENTVRIA XVIII.

ADag. 1. Λεγόμθμόν τι] Legit Suidas, & interpungit. Λεγόμθμόν τι ἦν Τηλεκλείδης· ἴισι τῶν δυναλῶν ἢ κέλδε· ὐ γὰρ παρὰ Κενταύροισι. 1. Diuerbium quoddam erat Teleclides. Potentium aliquibus quid iube; non enim similis apud Centauros.

2. Ἐν τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ] Χοαὶ festum ait Suidas esse quod Athenis agebatur die x. mensis Nouemb. iuxta Gazæ calculum, hinc ortum, quod cum Orestes matrem occidisset, ab Atheniensibus quidem susceptus fuerit, & conuiuio exceptus, sed cum eo vinum bibere noluerunt, sed seorsim illi populus vini certam mensuram, χοαὶ vocabant, apposuit. vide latius apud eundem. Plutarchus lib. 2. Sympos. qu. 1. indicat Orestem etiam muto conuiuio tum exceptum fuisse.

4. Τὰ ἐν χερσὶ κρατεύμθμα] Facit huc lepidus ille Apologus: Cum accipiter cibi indigens philomelam cepisset, & illa jam vnguibus discerpenda dimitti rogaret, exiguam se escam fore dictitans ad tantum ventrem implendum: ἀλλ' ἐγώγε ἄφρων, respondit ille, αὖ εἴην εἰ τὴν ἐν χερσὶν ἑτοίμην τροφὴν ἀφεὶς τὰ μὴ φαινόμθμά πω διώκοιμι. Simile quid Hesiodus initio ἔργων καὶ ἡμερῶν.

5. Τὰ ἐν ποσὶ οὐκ οἶδεν] Idem Thaleti cum astra contemplaturus in foueam incideret dictum: Τὰ ἐν ποσὶν ὐ δυνάμθμ@ ἰδεῖν τὰ ὄπὶ τῦ ὐρανῦ οἴῃ γνώσεσθαι. Laërtius in ejus vita, & epist. Anaximenis ad Pythagoram. Plato in Theæteto: ὡς τὰ μθμ ἐν ὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι· τὰ δὲ ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας, λανθάνοι αὐτόν. Lucianus in Pseudologista: Καὶ τὰ κοινὰ ταῦτα, καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἀγνοῶν. *Communia hæc & quæ ante pedes sunt ignorans.* Hinc Terentius eleganter in Adelphis. *Isthuc est sapere, non quod ante pedes modo est videre, sed etiam illa, quæ futura sunt, prospicere.* Act. III. Scena 3.

8. Καὶ τὴν κάρδοπον] Sumptum ex Aristophanis nubibus. Apud eundem & alterum est τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκαφὴν σκαφὴν λέγω: *ficusq; ficus & rutrum rutrum voco.*

9. Ἐν ἀκμῇ γὰρ] Sic fere & Diogenian. De his qui initio quidem probi sunt, & compositis moribus, postea vero insolentes euadunt.

11. Τυδείδης] Suidas nihil tale, sed statim explicat; Παροιμία ἐστὶ λεγομθμη κατὰ vel ὄπὶ τῶν πλείω φερομθμων ὧν ἠδίκησαν.

12. Τὰ Σαμίων ὑποπλ8ς] Suidas ὑποπλ8ς. Noster melius, ex quo etiam in reliquis Suidas corrigendus videtur. Mox, τῇ καλυμθμη. Ego vero σαμαίνῃ ἥ ἐστιν εἶδ@ σκάφυς, vel ex ipsa Suidæ dictione Σαμαίνη, vbi hanc ipsam Parœmiam retulerat, sed quæ male suo loco excidit, forte describentis incuria. Vbi enim dixerat Samænem præter nauigij

 quod-

quoddam genus, etiam nomisma esse; πέπληται δὲ, ait, ἐπὶ τῶν δεδιώτων ἢ τὰς αἰηκίςους συμφοράς, nempe eodem, quo hic, sensu. Notas igitur illas ab Atheniensibus illis inflictas, & stigmata ad nauigij speciem factas fuisse arbitror, vt quibus Athenienses à Samijs affecti fortassis ad vlulæ formam. Hesychius Σάμαινα legit, & nauigium ad suilli rostri similitudinem rostra habens, & mox σημαίνεται, σφραγίζεται, παρὰ Ἐπιχάρμῳ.

15. Τὰς δεσποίνας] Simile illi: Οἵα γε δέσποινα τοιάδε χ' ἁ κύων. M. Tullius lib. v. ad Atticum Epist. 11. Clemens Alexand. lib. 111. Pædagog. cap. 11. Vide Prouerb. metricum in Stromateo Scaligeriano 725. Οἵαπερ ἁ δέσποινα, τοιάδ' ἁ κύων. *Qualis domina, catella talis est quoq;.* Quod autem Eras. adfert è Cicerone, *talis pedisequa*, id in eo non exstat.

16. Ταῦτά σοι καὶ Πύθια] Vide supra: Πύθια καὶ Δήλια, & corrigo in Suida, vt & in Diogeniano πνεύντων in παιόντων.

17. Τὰς ἐν ᾅδου τριακάδας] Explicat Suidas de hominibus qui nimis curiose res abditas nosse student. Corrige porro & hic Diogenianum mutilum ἢ μᾶται.] Ἡ τριακὰς ἐν ᾅδου διὰ τὴν Ἑκάτην. Copiosius Vaticana Appendix exponit Cent. 111. Prou. 16. Quod autem Mineruam ijdem, eandam cum Diana & Hecate putari aiunt equidem dubito, & auctoritatem quæro. In Hesychio quidem est Ταυροπόλας Dianam & Mineruam dici, sed id non satis probat, pro vna vtramque sumi. De Diana & Hecate non item dubito. Virgilius

Tergeminamq; Hecatem, tria virginis ora Dianæ.

Tricesimum porro cuiusque mensis diem, vita functis dicatum esse, idem alibi refert.

18. Τὰ γὰρ Γαδείρων] Lego τὰ πέρα Γαδείρων: pro quo excusus sensu eodem τὰ ἐπέκεινα Γαδείρων. Facit ad explicationem Parœmiæ Pindari in Nemeonicis locus:

Γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον οὐ περατόν.
Non est accessus ad Occidentem vltra Gades.

Et alibi --- οὐκέτι πρόσω
ὑπὲρ Ἡρακλέος περᾶν εὐμαρὲς
Ναυτιλίαις ἐσχάτας. --- *non vlterius*
Supra Herculis extremas columnas penetrare
Nauigando facile est. ---

Rursum in Olympionicis Hymno 111. ---τὸ πόρσω δ' ἐστὶ σοφοῖς ἄβατον κ' ἀσόφοις. Hinc, ἐσχατιῶν τὰ Γάδειρα poetis dicta.

19. μετὰ δέους τ' ἀνάξια] Suidas τὰ δέους ἀνάξια. Tollo itaque τὸ μετὰ vt τὸ δέους ad ἀνάξια referatur.

20. Τὰ τρία εἰς τὸν θάνατον] Suidas duplici modo habet Prouerbium: τὰ τρία τῶν εἰς θάνατον, vtque noster excusus τὰ τρία τὰ εἰς τὸν θάνατον.

νανι. Zenobius vero, vt noſter. Mox ἐν Δίλφοις rectum, etſi vitioſe ſcriptum: ἐλφέλφοις, vocis monſtrum. Et εἰλύαι idem Suid. & ſcriptus noſter cod. Editus enim mendoſe, εἰλήσει. Quid ſi ἀνειλήσαι, ſenſu eodem, quo noſter codex? Subiungit huic Parœmiæ Suidas alteram: τὰ τρία τὰ παρὰ τῇ αὐλῇ. *Tria quæ apud Prætorium*: quam etiam habes in Appendice Prouerbiorum ad Zenobium à doctiſſimo, & in bonum rei litterariæ, vt Lipſius noſter identidem prædicare ſolet, nato, And. Schotto, primum edita. Qui copioſe ibidem de more obſtruendi os eorum qui ad mortem condemnati, raperentur ad ſupplicium, poſtquam cibo potuque repleti tria, quæ libitum fuiſſet, liberius prolata eſſent, præbita occaſione ſigilli cuiuſdam antiqui, quod apud V. C. & omnibus doctrinæ humanitatiſque dotibus ornatum, Marcum Velſerum, patricium Auguſtanum viſebatur: videſque ibidem à Schotto additum. De quo, vt quod ſentiam ipſe quoque aperiam, putarem ad Midam Phrygum Regem non incommode poſſe referri: qui, quod inter Apollinem & Pana, cantu decertantes, ad Tmolum iudex electus, pro Pane contra Apollinem ſententiam tuliſſet, aſininæ illi aures ab Apolline ſint additæ. Faſcia autem ſeu vinculum ori obiectum fortaſſis ſignificet, oris ſeu linguæ intemperantiam omnino cauendam. Fertur idem etiam, cum Bacchum hoſpitio excepiſſet, iuſſuſque ab eo eſſet, petere quod libitum cumque animo eſſet, ſtulte optauit, vt, quidquid attingeret, in aurum verteretur. Vnde factum vt mox miſer inedia eſſet periturus, niſi Bacchus hominis miſertus illum à voto male concepto obtentoque in integrum reſtituiſſet, ad quam hominis ſtoliditatem linguæque intemperantiam ſignificandam, fortè illi camus in os additus, vt aures aſininæ adiunctæ. Tertia denique de hoc fabula, quod cum Bacchi aſinos forte prætereuntes iniuria affeciſſet, ab illo hoc infortunium nactus ſit. Nam de Marſya, quod amicus quidam ait, cum fabula pugnat. Venio ad alteram coniecturam. Quid ſi caput iſtud tali ſchemate efformatum Iudæum aliquem ſignificet ad mortem damnatum? (vt tempore Claudij & Neronis multa millia fuerunt:) cui præter camum ori obditum etiam aures aſininæ additæ in ludibrium gentis, irriſæque religionis, quod aſinum vulgo adorare exiſtimaretur. Cui etiam ſimulacro Chriſtianos initiari creditos, vt eidem religioni propinquos, Tertullianus tradit, Apologetic. aduerſus Gentes. Vide & Tacitum lib. v. Hiſtor. & Octauium Minucij Felicis: qui ait mentitos eſſe Poſſidonium & Apollonium Molonem, qui caput aſini à Iudæis in ſacrario collocatum fuiſſe confinxiſſent. Legendus & Ioſephus lib. II. contra Apionem. Tertia ad hæc coniectura arridet magis, quo exiſtimem Romani hominis eſſe effigiem, ob paricidium

com-

Digitized by Google

commissum iam capitis dānati, cui folliculus lupinus more maiorum, esset inditus mox perituro. Elegans ea de re locus lib. I. Rhetoricorum ad Herennium. *Malleolus*, inquit, *iudicatus est matrem necasse. Ei damnato statim folliculo lupino os obuolutum est, & soleæ ligneæ pedibus sunt inductæ, & in carcerem ductus est.* Et lib. II. de Inuentione: *Quidam iudicatus est parentem occidisse.* Et statim: *Quod effugiendi potestas non fuit, ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt. Os autem obuolutum est folliculo & præligatum. Deinde est in carcerem deductus, vt ibi esset tantisper, dum culeus, in quem coniectus in profluentem deferretur, appararetur*: Videlicet ad significandam parricidij immanitatem lupinus ille folliculus: quòd lupi sæuientes nec à mutua laniena abstineant, teste Æliano præter cæteros lib. VII. de Animalib. cap. XX. Fortean vtrique rei exactius exprimendæ auriculæ lupinæ illi folliculo additæ.

21. Τὰ χρήματα] Sic Prouerb. 14. cap. Salomon: πλουσίων πολλοί. Et cap. 19. πλοῦτος προστίθησι φίλους πολλούς.

22. Βέλτιον ἢ τοὺς ἐν ἑτέρῳ τινὶ γνωρίμους νοεῖν] Ex Suida hoc noster est mutuatus, sed corruptè vterque: reponendum enim vel ἐν ἑταίρῳ vel ἐν ἔρωτι, vt ex Hesychio clarum, & ex ijs quæ consequuntur.

23. Ταυροπόλου] Scriptus cod. Ταυροπόλας. Suidas etiam Doricè ταυροπόλαν τὰν Ἄρτεμιν dicit.

24. Ὅθεν καὶ τὸ κενῶσαι] Corrige hic Hesychium hac ipsa dictione, auferendo particulam μή. Statim: μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν. Ab eadem translatione Persius Satyra V. v. 25.

Quid solidum crepet ---

Et forte Euripides:

Σὺ δὲ εὔτροχον μὲν γλῶσσαν ὡς φρονῶν ἔχεις,
Ἐν τοῖσι λόγοισι δ' οὐκ ἔνεισί σοι φρένες.
Volubilem linguam quidem vt prudens habes,
Mentis sed omnis sermo inanis est tuis.

Hinc Zenon rectè discipulos quosdam suos φιλολόγους, alios λογοφίλους esse aiebat.

25. Τελμίοσσος οἰκοῦσιν ἐν Καρίᾳ] Suidas explicationem non adhibet: tempus forte abstulerit, aut describentis oscitantia. C. Plinio lib. V. cap. 27. *Telmessus Lyciam finire dicitur.* Telmessum Cariæ ab Alexandro M. tributum idem auctor est, & Steph. περὶ πόλεων. Τελμισσὸς πόλις Καρίας· ὡς ἢ Φίλων, καὶ Στράβων, Λυκίας. Vide & Etymologicum Magnum. Ibidem: ἀπέχοντες στάδιον; leg. è Suida, ἀπέχοντες ξ. στάδια, hoc est, stadia LX. Et mox in scripto cod. εἰς κύλικα erat, idem Suidas rectius, εἰς σκύλακα.

26. Τενέδιος πελεκυς] Hic pro Τένιον, melius Suid. rursum τὴν Τένεδον. Strabo legendus lib. XIII. Geogr. vbi & fabulæ huius mentio. Vide

Hesychium Τενέδιον βέλος: qui hanc parœmiam vsurpari ait in eos qui rigide, seu præcise, aliquid agunt, adfertque nescio cuius auctoritatem: ἔτι ἄρα τὸ πρᾶγμα Τενεδίῳ πελέκει συνέκοψαν: *rem Tenedia amputarunt bipenni*. Vide & Diogenianum Cent. VIII. Ada. 58, & Zenobium Cent. VI. Ad. 9.

28. οἶδ' ὅτι γῦψ ἦσθα] Suidas nullo pœne sensu: οἶδ' ὅτι γυναῖκα ἔπαθεν. Puto rescribendum. οἶδ' ὅτι μὲν τὸ γυνὴ ἦσθα ἃ ἔπαθεν. Lege Steph. de Vrbibus.

29. Τερέβινθος] Φυτόν ἐστιν ἐν ξηροῖς τόποις φυόμενον, κλάδους ἔχων κατεσκληκότας. Scholion Esaiæ cap. I. Τερέβινθος ἄπλατος Diod. Siculus lib. II. Biblioth.

30. Τὰ μεγάλα] Plutar. in Theseï vita ex communi opinione deducit à Termero, qui quod obuios capite feriens necaret, ipse quoque ab Hercule talium monstrorum domitore de medio sublatus fuit. Suid. à castello quodam inter Melum & Halicarnassum sito, quo tyranni pro carcere vsi sunt. Ex quo cum etiam latrones loca circum circa depopulantes non facile capi possent. Hinc etiam ductam parœmiam ait. Malè autem in Suida editum Τερμέρια σωῦ κζ pro κακά, Statim pro εἰς ἧς μέλλει τῇ, lege ἐφ' ἧς μέλλει τις το. quæ omnia tamen ad parœmiam nihil pertinent.

31. Τέρθρον] Τέρθρον Suidas: vbi eadem leguntur. Hesychius artemonem interpretatur, vel vt alij extrema cornua antennarum: tectum ædium, vel, vt nonnulli, summum rei cuiusque culmen. Addit: τερθροὶ οἱ εἰς τὸ κέρας τοῦ ἱστίου ἑκατέρωθεν δεδεμένοι (fortè excidit vox σχοῖνοι, κάλω, siue πόδες) ἐν οἷς ἄρμενον ἕλκουσι: *funes vtrimque religati ex cornibus antennarum, quibus vela trahunt.* Τέρθρειαν porro interpretatur λογομαχίαν, ἀπάτην, φλυαρίαν, φληναφίαν, *verborum contentionem, imposturam, loquacitatem, nugas.*

32. Τέττιγα τοῦ πτεροῦ] Archilochi poëtæ dictum, quo respondet cuidam à quo conuitio fuerat lacessitus. Nota animalis illius natura, cuius quo magis alas presseris, eo magis est streperum. Infra: πυλέντων, puto rectum πιλούντων, *obturantium, coarctantium, & comprimentium.*

33. Τέττιξ ἀκάνθιος] Tradit Ælianus lib. V. cap. 9. Hist. animal. cicadas Rheginenses in Locrensi agro mutas esse, & Locrenses in Rheginensi. Plinius lib. XI. cap. 27. Vide & Strab. lib. VI. Geogr. In Suida & Hesychio est ἀκανθίας. Hic speciem certam cicadæ esse ait; iste negat, sed epitheton duntaxat. Steph. περὶ πόλεων vtroque habet modo, & à loco deducit, non à spinis, vt Suidas: in quo cum legitur ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν ἐν ἀκάνθαις: puto particulam οὐ negatiuam addendam.

34. Τετράδι γέγονας] Eadem ferme Eustathius in Odyss. ί. Pro ἄλλως vero ἄλλοις malim, vt & in Hesychio. Corrigendus & Suidas in

Τετραδισαί. Vbi enim legitur: οἱ ἐπὶ τὸν βίον διάγοντες, legendum omnino, οἱ ἐπίπονον βίον διάγοντες: vel ἐπιπόνως, vt Schottus noster in Suidæ Adag. Cent. XIII. Prou. 45. idque Hesychij auctoritate.

36. ἐγὼ ἢ εἶδον] Ex Æliano lib. XII. Animal. cap. 6. apud quem εἴροντας pro εἴροντας legas. Testatur idem Plinius lib. XI. cap. 26. Quod ait: ταῖς Μούσαις, Plutarch. quoque lib. VIII. Quæst. Conuiualium, cicadas Musis sacras ait.

38. Τεττιγοφόρος εἶ] Puto in hominem sibi ob familiæ antiquitatem nobilitatemque, aut etiam Músicam artem nimium placentem posse torqueri. Illarum enim rerum indicium cicadas aureas comarum cincinnis illigatas Athenienses gestasse auctor est Thucydides initio libri I. cuius apponam verba: χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες, καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. Scholiastes ibi legendus, & locus asterisco notatus sic è membranis Augustanæ bibliothecæ, quod Hœschelius suggessit, est restituendus. ὑπέρβατον, διὰ τὸ ἁβροδίαιτον χιτῶνας λινοῦς φοροῦντες. Testantur & Suidas atque Hesychius, & Eustathius in Iliad. γ'. Adde & Clem. Alexandr. lib. II. Stromat. cap. 10. & de τεττιγοφόροις Aristoph. in Equitibus. Sequitur ἢ μουσικός. Τέττιξ enim Aristophani ἀχέτας in Auibus, id est, vt Scholiastes in Nubibus exponit, μουσικός: ideoque ἀνακείμενος τῷ Ἀπόλλωνι, idem Schol. ibidem.

39. Τεττίγων ἀνάμεστοι] Sumpta & hæc ex Aristophane parœmia est. Sic enim in Nubibus: Ἀρχαῖά γε, καὶ διιπολιώδη, καὶ τεττίγων ἀνάμεστα. *Prisca hæc, cana, & cicadis repleta.* Suidam denuo corrige, qui nullo alioqui sensu mutilus est, addita ex nostro, voce μωρὸς. Mox: ὡς οἱ τέττιγες ψυχροί τινες τὴν φύσιν. Vide Aristotel. lib. IV. de partib. animalium cap. 5. & lib. de animal. incessu cap. 9. & lib. IV. Historiæ animal. cap. 7. Plinium lib. XI. cap. XXVI. & Ælianum lib. I. cap. 10. & III. de Animalib. cap. 38. vbi etiam de silentio feminæ. Quod in meridie potissimum canant cicadæ refert & Basilius M. Homilia VIII. in Hexaemeron.

40. ἀντὶ τοῦ σκελωρεῖσθαι] Vide Suidam, vnde hæc in partem desumpta legendumque in eo πτοιοῦντι. (Legunt alij hic σκευωφορεῖσθαι) Capi autem aliquando pro re militari satis indicat vox Τευασμὸς apud Hesychium pro στρατηγία. Quin & eadem sæpius verba iterans, πυτάζειν dicitur. Vide Etymologum, & Eustathium Iliad. ξ. Quam vocem πυτάζειν eo significatu vsurpauit Origenes lib. V. contra Celsum: μὴ τοτάζειν περὶ τὰ ἀγάλματα. Et Eusebius prooemio libri IV. Euangel. Præparationis: Περὶ τὴν κακότεχνον ταύτην διατριβὴν τοτάζοντων. At τοτάζειν Luciano in Lexiphane, ἀπόβλητον: quod recte Hœschelius obseruauit. Platonis autem in Timæo locum qui aduocatur, reperias.

42. Τελ

42. Τελμησίας ἀλώπηξ] Legendum hic & apud Suidam, vt eſt recte in edito Apoſtolio Τελμησία, pro τελμισία. & Πρόκριν in Græco, pro Πρόκνην & Τελμησὸν pro Τελμισσὸν, cum Etymologo, (qui & Τελμησίας ἀλώπηξ, θηρίου meminit) vel Τελμησσὸν cum Pauſania, Strabone lib. IX. Geogr. Stephano de Vrbib. qui huius vulpis ipſe quoque mentionem facit. Quod ait in extremo λίθους γενέσθαι, eadem Pollux lib. v. Onomaſtici cap. 5. & in Bœoticis Pauſanias pag. 296. Canis iſte Procridi Erechthei filiæ à Diana legitur dono datus, & fera vulpes Teumeſia, in Thebanorum perniciem ἐκ μηνίματος Διονύσου, enutrita eſſe. Cæterum Prouerbij vſum non indicat Apoſtolius, Ex Palæphati autem narratione capi poſſe videatur de homine aſtuto, aliorum res deprædante, mox tamen ſceleris ſui pœnas luente.

44. Τεῖχη Σεμιράμιδος] Iuſtinus ex Trogo Pompeio lib. I. & Suid. in *Semiramis*. Et Herodotus lib. I. qui oppidum ſitum in planicie ingenti forma quadrata deſcribit, magnitudine quoquouerſum centenûm vicenûm ſtadiorum: in ſumma quadringentorum & octoginta in circuitu quatuor laterum vrbis. Deinde murum fuiſſe quinquaginta cubitorum regiorum craſſitudine, ducentorum celſitudine. De eadem Babylone Aſſyriæ vrbe ad Euphratem à Semiramide condita, & muro latericio circumdata, longitudinis ſtadiorum trecentorum, ſexaginta; latitudinis tantæ, vt ſex currus iunctim per eam agi poſſent: altitudinis denique incredibilis refert Diodorus Sicul. initio lib. II. Syneſius Epiſt. ad fratrem de ſuo naufragio. ait inter viros & mulieres, quæ in eadem erant naui, laceri veli partem interiectam fuiſſe, addit σωφρονοῦσιν ἀνθρώποις τὸ τεῖχος τὸ Σεμιράμιδος. Cæterum de muris Hierecuntinis nihil ſingulare legere memini, præter ea quæ in ſacris ſunt libris, ſed è quibus nihil de altitudine, latitudine, aut longitudine elicitur.

50. Τὴν ἐξούλης] Suidas dict. ἐξούλης tribus locis copioſè, Heſychius ac Iulius Pollux lib. VIII. Onomaſt. cap. I. Etymologus & G. Budæus Comment. ling. Græcæ accuratè, & Iureconſulti recentiores, De interdicto *Vnde vi*: & in Orat. Ciceronis XLI. pro A. Licinio Cæcina Ibidem ἐξίλειν melius forte ἐξείλλειν, ἐξίλλειν, aut ἐξούλλειν.

51. Τὴν θύραν ἔχει πυριμμένην]. Ironice pronunciandum, quod ouilium fores minime attritæ ſint adeuntium frequentia. In Suida eſt πυρυμμένον, quod idem eſt. Fortaſſis non male legeretur πυροπημένον, *foraminatum*: Quòd paſtores, hominum genus agreſte, & inſociabile ferme, non temere oſtium aperire aduenientibus ſoleant, ſed per foramen loqui: forte etiam ob inſidias luporum id frequentius clauſum habentes, vel ne oues foras proruant. Suidas autem ἔχων habet.

52. Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον] Hoc ἀπροσδιόνυσον exemplum, niſi addatur

datur particula negans οὐχ: aut loco ἄμεινον legatur κακίον, seu κάκιστον: vel denique χείριστον, quomodo in excuso Apostolio deprehendi. Quæ autem hiç de Scylla, ea ad verbum ex Palæphato sunt. De Charybdi quoque nota res, vt exponere necesse non sit. Mox pro λαύρῳ malim equidem λάβρῳ. Sæpe enim inter se confunduntur à Græcis librarijs υ & β: & in membranis β ita sctiptum obseruo υ. Verbi gratia in Xiphilini Seuero, ὑετὸς λαῦρος, & λάβρος habent editiones variæ. Sic Iliad. ψ'. v.479. λαβραγόρης, qui Psalmo CXXXIX. ver. 25. Apollinarij λαυραγόρης, in edit. Paris. & Commelini, sed per β codex M. SC. Boicus, quem Dauid Hœsch. inspexit.

55. τοιοῦτος γὰρ Ἀνάχαρσις] Ex eodem etiam fonte Laertius Diogenes in Anacharsidis vita Parœmiam deriuat. Alij à responso quo Scythæ Dario οἰμώζειν iusserunt. Denique sunt qui τὴν ῥῆσιν *iussionem* seu *præscriptionem* interpretentur: quòd Scythæ quos subegerant, crudeliter immaniterque tractarent.

56. τὴν ἀρχὴν] Affertur ab Aristotele Problem. III. Sect. 17. Non abludit illud poëtæ veteris:

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.

57. τὴν ἡμέραν πᾶσαν σήθει] id est κοσκινίζει. Dictum Prouerbium de ignauis, & ne serium quidpiam & ad rem faciens aggrediantur, in friuolis sese occupantibus.

61. τὴν καθ' ἑαυτὸν ἔλαυνε] Suid. τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα, eodem sensu, & ab oraculo deductum: interpretaturque, Qualis es talis appare, ex Epigrammate Callimachi apud Laërt. in vita Pittaci. Mox, τοὺς βέμβηκας Callimachus in eadem re βέμβικας per ι. appellat: & fortasse pro παίζοντας rectius substituatur παίοντας. Statim: τὴν καθ' ἑαυτὸν ἔλα Plutar. lib. περὶ παίδων ἀγωγῆς sic extulit: Τὸ γὰρ τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα, σοφόν: ὡς οἵγε μακρῷ κρείττους ἑαυτῶν λαμβάνοντες, οὐ τῶν γυναικῶν ἄνδρες, τῶν δὲ προικῶν δοῦλοι λανθάνουσι γινόμενοι.

62. τῇ ᾠδῇ αὐτοῦ] id est, τῇ ἴυγγι τοῦ αὐτοῦ λόγων ἢ ἐν ἀτάκτῳ καὶ θηριώδει βίῳ καθεστῶτας. Eam enim vim tribuit Eloquentiæ Cicero lib. I. de Inuentione, & lib. I. de Oratore: hancque esse intelligendam per Orphei citharam docet Nazianzenus quoque Carmine Nicobuli ad filium v. 193. & Carmine filiorum ad Vitalianum v. 213. Mox: καὶ μῦθος, de eo Clemens Alexand. initio Protreptici, vbi Orpheum Θρᾴκιον σοφιστὴν appellat. Quod ait τῷ Διονύσῳ ὄργια, habet Lucianus de Astrologia. Supra verò Δοκεῖ δέ μοι ex Palæphato ad verbum descriptum. Mox: πεπόμφθαί τι malim στρεφόμεναί τι in Palæphato rescribi vel πεπόμφθαι.

63. εἰς τέττιγα μετέβαλε] Eustath. in Iliad. γ' hinc fictam fabulam opinatur, quòd Tithonus quo magis senex, eo loquacior reddebatur.

Ad eam fabulam Horatius allusisse videri possit, Oda XVI. lib. II. Carm. *Longa Tithonum minuit senectus.* Est enim senectus naturâ loquacior, vt ait M. Tull. in Catone maiore: & sola fere vox in senibus, debilitatis organis cæteris, remanet, vt Servius notat ad illum Virgilij versum Æneid. IV. *Tithoni croceum linquens aurora cubile.* Eustathius quoque ad primum versum Hom. Iliad. λ'. Tithoni nomen vsurpari solitum ait de senibus infelicibus & laboriosis.

64. τιτάνας καλῶν] Suidas legend. Tractum fortè à fabula qua Saturnus dicitur Titanum opera vsus in filijs suis perdendis, ne patris imperium, vt fato constitutum erat, ipso expulso inuaderent. Assidentes enim illi Rheæ parturienti, simul ac prolem masculam enixa erat, illam discerpebant. Suid. idem alibi indicat hinc profluxisse, quod Titanes hominibus sese inuócantibus opem ferrent.

65. τί μ' ὠφελήσουσι] Hinc illud Nasonis de se dictum:

Sæpe pater dixit: Studium quid inutile tractas:
Mæonides nullas ipse reliquit opes.

66. τίς ἐν Κύδωνος] Melius Suid. ἀεί τις ἐν Κύδωνος: *Semper aliquis in Cydonis ædibus.*

69. τίς γὰρ κατόπτρῳ] Epicharmi est apud Stobæum λόγῳ πή.

70. Ἐκλιπόντος ποτὲ] Ex Æliano per cõpendium lib. xv. & xvi. cap. 29. de Animal. in quo pręhis in extremo τῇ πείρᾳ τιμῆς legitur non male τῇ πείρᾳ τιμῇ. Ibidẽ: οὐδ' ἴκταρ ἔλεγε βάλλειν, Platonis id Prouerb. est in Cratylo.

71. τίς τρίχας] Ex Theocriti Hodœporis Adagium, Eidyll. v. ver. 26. Sic Latinè redditum:

Quis vice lanarum setas detondeat? aut quis
Primipera præsente capra vilem velit amens Emulgere canem.

72. τιτανῶδες βλέπει] βλέπεις, alias. Lucianus Timone vsurpat, quod in Icaromenippo, τιτανῶδές τινα ἀπιδεῖν. Et δριμὺ καὶ τιτανῶδες ἐνιδεῖν, in eiusdem Philopatri. Similes aliorum locutiones & hic obserua, & notauit ad librum I. Hieroglyph. Horapollinis cap. 27. doctiss. Hœschelius.

73. Τίκτει κόρος ὕβριν] Theognidis est, sed versus integer est:

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται
Ἀνθρώπῳ, καὶ ὅτῳ μὴ νόος ἄρτιος ᾖ.

Nascitur è luxu præceps iniuria, quando est
Mentis inops magnus vir malus inter opes.

Malè ergo ac mutilè in Diogeniano editum, explicatumq́ue ab Eras. vt ab alijs notatum. Τίκτει κόρη, ὅταν κακῶς ἀνδρὶ παρείη: quod vel explicatio statim indicat, & versiculi defectus: vt & Notis eruditis ad Basilij M. Homilias docuit P. Fronto Ducæus, Soc. Iesu; pag. 30. & 31. Pindarus Oda XIII. Olympionicων ὕβριν κόρου ματέρα dicit, quem

secuti legemus τίκτει τοι κόρον ὕβρις sed prior lectio verisimilior. Solon apud Laërtium: τὸν μὲν κόρον ὑπὸ τοῦ πλούτου γεννᾶσθαι ἔφη, τὴν δὲ ὕβριν ὑπὸ τοῦ κόρου. Et Philo lib. de Agricultura, κόρου γὰρ ὕβρις ἔγγονον γνήσιον: & lib. de Abraam, ac lib. II. de Mose, κόρος ὕβριν ἐγέννησεν. Idem alibi: οἱ δὲ τὸν κόρον ἀδυνατοῦντες φέρειν, ἐξυβρίζουσι. Plutar. qu. 71. Roman. Διὰ κόρον καὶ πλησμονὴν ἐξυβρίζουσι καὶ βόες, καὶ ἵπποι, καὶ ὄνοι καὶ ἄνθρωποι. Homerus quoque Prouerbiali specie omnium esse saturitatem ait, Iliad. ν' vers. 636.

Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος.
Μολπῆς τε γλυκερῆς, καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο.

Huc pertinet Sallustianum illud: *Res secundæ mire sunt vitiis obtentui*, vt alibi expositum: & poëtæ nescio cuius illud: *Luxuriant animi reb. plerumque secundis.* Charicleæ quoque illud inf. ab Apostolio allatum: φιλεῖ γὰρ εὐημερία παράλογος ὕβρεως ἔργα προκαλεῖσθαι.

77. Τιβανίδα παροικεῖς] Eadem Suidas habet.

78. Ἀγαθοκλῆς υἱὸς κεραμέως] Plutarch. in Apophthegmatis Regum & Impp. qui lib. de Sui laude citra inuidiam in hunc recitat modum: Ἀγαθοκλῆς χρυσᾶ ποτήρια καὶ περιττὰ τοῖς νέοις προπίνων, ἐκέλευσε καὶ κεραμεᾶ κομισθῆναι. καὶ τοιοῦτόν ἐστιν ἔφη, τὸ ἐνδελεχὲς καὶ φιλόπονον καὶ ἀνδρεῖον ἡμεῖς πάλαι ταῦτα, νῦν δὲ ἐκεῖνα ποιοῦμεν. Ἐδόκει γὰρ ἐν κεραμείῳ τετράφθαι διὰ δυσγένειαν καὶ πενίαν ὁ Ἀγαθοκλῆς: εἶτα συμπάσης, ὀλίγου δεῖν, ἐβασίλευσε Σικελίας. Ausonius Epigram. VIII.

Fama est fictilibus cenasse Agathoclea regem, &c.

Recte itaque hic διὰ τὴν ἐπιμέλειαν emendaui, etsi ἀμέλειαν scriptum esset.

79. Τί τοὺς Ἀχαιοὺς] Apparet versum ex antiquo Tragico esse. Tangitur autem furtum Priami, Iliad. γ'. qui Helenam in mœnib. interrogat, quinam præcipui sint in Græcorum exercitu.

80. πολλῆς τιμῆς ἠξιοῦντο] Negat hoc Suid. & παρ' ἱστορίαν esse affirmat: negat & Zenodotus, qui κατ' εὐφημισμὸν dictum putat. Ironicè itaque efferendum.

81. Τί κοινὸν κυνὶ] Luciani est libro Aduersus indoctum libris tumentem: Idem in Parasito: Καὶ ἔμοι γε δοκεῖ (inquit) ἐν συμποσίῳ φιλόσοφος τοιοῦτόν ἐστι, οἷον ἐν βαλανείῳ κύων. Parœmiæ autem ratio ex arte medica forte deducenda. Solebat à cane rabioso morsis, ex eo vulnere, vbi parum occursum est, aquæ timor innasci, ὑδροφοβίαν Græci appellant, miserrimum morbi genus: in quo simul æger & siti & aquæ metu cruciatur. Quo oppressis in angusto spes est: sed vnicum tamen remedium est, nec opinantem in piscinam non antea prouisam proiicere; & si natandi peritiam non habet, modo mersum bibere pati, modo attollere. Si natare norit, interdum deprimere,

mere, vt vel inuitus aqua ſatietur. Sic enim ſimul & ſitis, & aquæ metus tolluntur. Hactenus Corn. Celſus, auctor elegans, lib. v. rei medicæ cap. 27. quem gentilis meus ac ciuis Gulielmus Pantinus, Medicus præſtantiſſimus, luculentis Commentarijs illuſtrauit. Cum ergo quidam hoc morbo laborans, in balneo, quo morbi leuandi cauſa deductus erat, canem vidiſſet, aut videre ſe putaſſet (imaginoſus enim ille morbus) eius ſimul & aquæ aſpectu territus, Parœmiam vſurpauit.

85. τίδ' ἄλλο] Deeſſe videtur aut addendum ἢ *quàm*: ſed tum Senarius claudicabit. Vide inf. Cent. XIX Adag. 19. Philemonis verſus. Senes decrepitos præter vocem nihil retinere Sup. Adag. 63. expoſui. Et de omni hominum genere Flaccus: *Puluis & vmbra ſumus.* Quodque noſtra memoria ſæculi ac Belgij decus, Iuſtus Lipſius noſter tumulo viuus inſcribi voluit:

> HVMANA *cuncta fumus, vmbra, vanitas:*
> *Et ſcenæ imago, &, verbo vt abſoluam,* NIHIL.
> *Et nihil hic Orbis, quod perennet, poſſidet.*

89. εἰσρεόντων] ῥεόντων Suidas, additque εἴρηται τοῦτο ἀπὸ ἱστορίας τινός, quæ noſtro deſunt. Mox pro φησὶν Ἀριστοτέλης ἱππότην, idem habet φασὶ γὰρ Ἀριστίλλην ἱππότην quę lege in Μηλιακὸν, & in Parœmia τὸ Μηλιακὸν πλοῖον.

93. Βαβυλωνίων βασιλεύοντος Εὐηχόρου] Ex Æliano lib. XII. de animal. cap. 21. in quo Σακχόρου legitur: & pro ὁ πήξας male ibi ὑπολιτεύσας & rurſum ὑπῆλθεν αὐτὸ καὶ τὰ νῶτα ὑπέβαλεν: rectius hic: ὑπελθὼν αὐτῷ κατὰ νῶτα ὑπέλαβε. Qui in extremo Γίγαλμος, alibi Γίλγαμος, Æliano eſt Τιλγάμος, affinitate literarum Γ & Τ.

95. Ἰσιαῖος Σάμιος μὲν] Hiſtoria eſt apud Herodotum, lib. v.

96. τοῖς εὐτυχοῦσι] Parœmia hinc nata, quòd cum Auguſtus Cæſar Liuiam Druſillam matrimonio Tiberij Neronis abduxiſſet, intra menſem tertium, Druſum peperit, fuitque ſuſpicio ex vitrico per adulterij conſuetudinem procreatum, ſtatim certe vulgatus eſt verſus. Sueton. initio vitæ Claudij & ſub finem Auguſti: in quo legitur, καὶ τρίμηνα παιδία: & ita Xiphilinus: proinde Apoſtolij non ſatis ſunt apta, vt à Græco rerum Romanarum non ſatis gnaro, allata. Videtur enim vitioſam ſecutus ſcripturam, quam & membranæ hic præferebant: τρίμηνες παιδία.

99. Τὸ πέρδικος σκέλος] Citat Suidas περδίκειος κάρα καὶ περδίκειος πούς: vbi neſcio an pro κάρα ſit leg. καπηλεῖος, vt eſt in Appendice Zenobiana. Vide Ariſtophanis interpretem in Auib. qui Perdicam cauponem claudum fuiſſe ait miræ aſtutiæ. Quid ſi porro Parœmiam à Perdice aue aſtutiſſima deducamus; qua de Plinius lib. x. cap. 33: *Si ad nidum is* (auceps) *cœperit accedere, procurrit, ad pedes fœta, prægra-*

uem aut elumbem se simulans: subitoq́; in procursu, aut breui aliquo volatu cadit, vt fracta aut ala aut pedibus: ac procurrit iterum iam iam prehensurum effugiens, spemq́; frustrans, donec in diuersum abducat à niais. Quæ Plinius ex Aristot. ferme desumpsit lib. 9. Hist. animal. cap. 8. vt & Ælianus lib. III. cap. 16. de Animal. Sed Apostolij expositio huic rei non perinde est apta.

100. Τότ' ἄσοντῃ] Parœmia à Greg. Nazianzeno vsitata, Epist. ad Celeusium Præsidem, cuius principio leg. ὦ λάλε, cum M. Sc. Augustano, pro καλέ, vt monuit Hœschelius.

CENTVRIA XIX.

ADag. I. Τὸ σκαμβὸν ξύλον] Plutar. lib. de Institut. liberor. Οἱ ἁρμάτειοι τροχοὶ πάλιν καμφθέντες, οὐδ' ἂν, εἰ τι γίνοιτο, τὴν ἐξ ἀρχῆς δύναιντο ἂν λαβεῖν εὐθυωρίαν. Τὰς γε μὴν καμπύλας τῶν ὑποκριτῶν βακτηρίας ἀπευθύνειν, ἀμήχανον.

2. Τοιοῦτο Θεμιστοκλῆς] Themistoclea vafricies etiam Prouerbio celebrata. Sic Eunapius Sardianus: Ὀδύσσειόν τινα καὶ Θεμιστόκλειον παρεληλυθὼς πανουργίαν. Eluxit autem potissimum, quando spuriorum & legitimorum discrimen sustulit: de quo Plutar. & parœmia sup. εἰς Κυνόσαργες. Item, quando Xerxem astutia sua in fugam conuertit. Aristoph. in Equitib. Prouerbio vsus, quod Piræeum muro circumdari voluit, Sapiens verò habitus propter interpretationem Oraculi Delphici de muro ligneo.

3. τὸ καλὸν φίλον] Verba sunt Platonis in Lyside: Καὶ κινδυνεύει κατὰ ἀρχαίαν παροιμίαν, καλὸν φίλον εἶναι: Et videtur iuxta vetus verbum, quod pulcrum, idem carum esse. Theognis:

> Ὅττι καλὸν, φίλον ἐστί: τὸ δ' οὐ καλὸν, οὐ φίλον ἐστί:
> Τοῦτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων.
> *Quod pulcrum, carum est: quod non pulcrum, nec amicum:*
> *Hoc Superum æterno venit ab ore melos.*

5. Μικρὰ ζητούντων] Suidas: Μικρὰ πολλάκις ζητούντων. Fortè πολλάκις αἰτούντων. Mox Suidas: Πάρνος γὰρ κυβερνήτης σκάφος ἀπώλεσε, καὶ συνεχῶς ἠνόχλει.

6. τοῦ Μορύχου Διονύσου] Sic & Suid. in Μόρυχος. Cæterùm Zenobius, Cent. V. Adag. XIII. Μωρότερος εἶ Μορύχου -- *stultior es Morycho*: qui quæ intus sunt, relictis, extra domum desidet. Vide Apostolium sup. hoc ipso Prouerbio μωρότερος Μορύχου, qui id ibi ad alium quam ad Bacchum refert; fortè ad Tragicam illum poëtam, cuius Suidas ab Aristophane fieri mentionem putat. Zenobius autem hinc interpretationis

tationis suæ causam sumpsit, quod vindemiatores Dionysiacæ statuæ faciem musto & viridibus ficis inficerent.

7. Τοῖς σαυτοῦ πτεροῖς] Ex Aristophanis Auibus.

8. Τοῖς κακοῖς] Fortè τοῖς τρὶς κακοῖς τρὶς τὰ κακά: Athenæus lib. IX. Δειπνοσοφ. τρὶς τοῖς κακούργοις κακά: vbi quoque leg. censeam τρὶς τοῖς πανούργοις τρὶς κακά. nam versum redolere dimetrum mihi persuadeo. Ibidem addit φασὶ τοὺς ἀτταγάς: id ex Æliano ad verbum, lib. XV. de animalib. cap. 27. & pro ἀπολαμβάνοντες melius ἀναλαβόντες,

9. Τοσοῦτον σχεδὸν] Refert Suidas integrè, hoc pacto: Ἐξ αὐτοῦ σχεδὸν, ὅσον ἐκ Διονυσίων: *Ex ipso tantum fermè, quantum è Bacchanalibus.* idemque interpretatur, quidquid contra Erasmum arguetur H. Steph. ἐπὶ τῶν ἀποδοχῆς ἀξίων, *de rebus dignis quæ excipiantur:* quomodo & in nostro legi malim. Quæ verba si ex H. Stephani sententia ad Parœmiam hanc non referuntur, quidnam interpretationis Suidas ad Parœmiam adfert? Nam Prouerbium esse disertim affirmat, & infra αὐτὶ τοῦ ἡδέως interpretatur τὴν Διονυσίων πανήγυριν. Ego hunc sensum esse existimo, ex ipso tantum iucunditatis fermè percepi, quantum ex Bacchanalibus. Huc enim faciunt duo auctorum loca quæ producit.

10. Τόλμα πρήξιος ἀρχά,] Hexameter fuisse videtur, quem sic libès numeris restituam: Τόλμα πρήξιος ἀρχά, τύχη δ' τέλους κυρία.

13. Τὸν Κολοφῶνα] Platonis est in Euthydemo. Infrà, ὅθεν ἐπὶ τοῦ &c. capi etiam pro graculo, testis Hesychius, atque pro pisce marino. Quin & pro calamitatibus: pro capite denique, fine, ac termino cuiusq; rei.

15. ὁ παρὰ δρυῒ σκότος] Longè aliam adfert Plutar. interpretationem, & originem aliam dicti ostendit, in Græcis Quæstionibus: Quod nimirum cum Samij & Prienates, alternante sæpius fortuna ac victoria, inter se bello decertassent, tandem ad locum, cui *Quercus* nomen, pugna congressis optimos quosque ciues Prienensium cecidisse. Vnde & Prienates mulieres tanta calamitate percussas hoc iuramentum Per tenebras apud quercum, pro eo quod fit de rebus, deinceps vsurpasse. Desiderius de ingēti ac fatali calamitate interpretatur: quod vnde hauserit diuinare equidem non possum: certè Plutarchi locus nihil tale indicat. Fortè quod τὸ σκότος in sacris litteris accipi sciebat pro rebus aduersis, vt Suidas locum illum Psalmi XVII. vers. 29. capit. ὁ θεός μου φωτιεῖς τὸ σκότος μου. *Deus meus illuminas tenebras meas.* Clarius Isaias, cap. 8. extremo: Καὶ ἰδοὺ ἀπορία στενὴ καὶ σκότος, θλῖψις καὶ στενοχωρία, καὶ σκότος, ὥστε μὴ βλέπειν καὶ οὐκ ἀποδρήσεται ὁ ἐν στενοχωρίᾳ ὢν ἕως καιροῦ. Vulgatus interpres sic: *Et ecce tribulatio & tenebræ, dissolutio & angustia, & caligo persequens: & non poterit auolare de angustia sua.* Eadem tralatione M. Tullius Orat. post reditum: *Ex superioris anni caligine & tenebris lucem in Rep. respicere cœpistis.* Et pro domo sua: *Quæ tu in illis*

Reip. tenebris, cæcisque nubibus & procellis constituisti. Sic & ἡ ὁμίχλη pro Reip. statu perturbato, apud Aristoph. in Equitib. & ibi Scholiastes pag. 337.

16. Τὸν πόλεμον ἐξωρχήσατο] Operæ hic turbarunt *belluam* pro *bellum* excudendo. Et pro ἑαυτὸν βίον etiam ἑαυτῶν legi potest, vt pro ἐναργία, diuisim ἐν ὀργίᾳ: vt in extremo ἀναβάτας reposui, etsi scriptum esset mendosè ἀναβάντας, sumptum autem ex Æliano, ἐν ἐπιτομῇ vt solet, lib. XVI. Animalium cap. 23. Habes eandem Historiam in Athenæo, lib. XII. de Sybaritis atque Cardianis ex Charone Lampsaceno, lib. II. de Finib. ac Limitibus. Ex hac fortasse ductum & illud Adagium: Ἐξορχῇ τὸν γάμον: Nuptijs exsilijsti, cui responderit Clistheni Hippoclides: οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ: Quod & in Diogeniano iam à V. Cl. Iano Rutgersio emendatum, lib. I. Variar. Lect. cap. IX. ex Herodoto, lib. VI. Musarum, & Suidæ collectaneis.

18. Τιβερίου βασιλέως Ρωμαίων] Suetonius lib. III. cap. 32. Præsidibus onerandas tributo prouincias suadentibus rescripsit: Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere. Et Dio, lib. LVII. κείρεσθαί μου τὰ πρόβατα, ἀλλ' οὐκ ἀποξύρεσθαι βούλομαι: quod Suid. extulit οὐ ξυρᾶσθαι. Versus autem hos politicos auctor hic ex Constantino Manasse, vbi de Tiberio Imp. agit, descripsit: quem Manassem & antiquissimum penes me habeo, & elegantibus nuper characteribus Græcis euulgandum curauit Io. Meursius, homo doctiss. deque Græcis litteris tam meritus, quam qui maximè.

20. τοῦ Κροίσου παιδὸς] Historia est apud Herodotum, lib. I. & apud Agellium, lib. V. Noct. Attic. cap. 9.

22. τὸ ἀργύριόν σοι λελάληκεν] ita corrigendum hic operarum vitio σφάλμα contractum, cum λελάχηκεν excuderint. Mox pro ἐν Αἰγίνῃ Suidas ἐν Αἰγύπτῳ habet in dict. ἀργύριον, & in Parœmia: τὸ ἀργύριόν σοι λελάληκεν.

24. ὀργῆς ὑπομείνας] Suidas idem ὑποφήνας rectius.

25. Τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ] Huc pertinet parœmia ἐν οἴνῳ ἀλήθεια: & Senarius ille ab Athenæo ex Euripide citatus:

Κάτοπτρον γὰρ εἴδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ.

Forma ære lucet, vina produnt pectora.

26. γράψας μικρὸν ΟΥ.] In Suida male in Adagio Φιλοξένου γραμμάτιον, τὸ οὐ omissum. Male quoque in Diogeniano, Cent. VIII. Adag. 54. Φιλόξενος γὰρ Διονύσιον καλῶν: lego, Φιλόξενον γὰρ Διονυσίου καλοῦντος, vel, vt Schottus noster emendat: Φιλόξενον γὰρ Διονύσιος καλῶν, ex historia, & Suida, qui ait μεταπεμπομένου δὲ Διονυσίου αὐτόν. Huius autem Philoxeni & latumiarum meminit & Ælianus lib. XII. ποικίλης ἱστορίας cap. XLIII.

27. Τὸ Πάσητος] Suidæ in dict. Πάσης ἡμιωβόλιον est: qui de hoc homine plura narrat magicis suis incantationibus effecisse, vt & con-

 uiuia

uiuia splendida apud ipsum & ministrantes quidam conspicerentur. Pro παρ' ἑαυτῶν autem lego παρ' ἑαυτῷ.

28. τὸ πέλαγος περίπερον] Hexameter propemodum versus paucis demptis videatur.

29. περὶ τὴν Ἀκαδημίαν] Male antea in nostro cod. περὶ τὴν παιδίαν αὐ.

30. Τὸν Ὕλαν κραυγάζεις] Miserat Hercules Hylam ad fontem aquatum, quem poëtæ fabulantur à Nymphis raptum. Ille diu quæsitum magnoque clamore vocatum, nec inuentum diu luxit. Apollonius Rhodius Polyphemo hanc tribuit inquisitionem lib. I. Argonautic. extremo, & ibi Scholiastes ἄδηλος, & Demetrius Chalcondyles, qui penes nos est calamo exaratus καὶ ἀνέκδοτος. Maro fabulam tangit Ecloga VI. post Theocritum, Eidyll. XIII.

His adiungit Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamassent: vt littus Hyla Hyla omne sonaret.

31. Τὸ μὲν νόημα τῆς θεᾶς] τῆς θεοῦ Suidas. Mox pro ἔλεγον, ὁ μὲν idem legit: ἔλεγον τὰς ἑαυτῶν ἐπινοίας τῆς θεοῦ. ὅτι ἡ μὲν θεὸς ὑπέβαλεν, recta sententia sermone sollertiam suam Deæ adscribentes, quod illa quidem tale consilium suggessisset: ipsi vero rem assecuti fuissent. Hœschelio videbatur, si ὁ μὲν θεὸς legas, vt editum, Ἑρμῆς ὁ λόγιος καὶ διάκτωρ intelligendus: sin ἡ μὲν θεὸς cum Suida legas ἡ Πειθὼ possit intelligi.

33. Τὸ κανοῦν τῆς θεοῦ] Philochorus, Suida teste, dict. Κανηφόροι, refert Erechtheo regnante primùm virgines nobiles institutas, quæ Mineruæ canistrum ferrent, quibus imposita erant, quæ ad sacra Panathenæorũ & aliarum pomparum pertinerent. Idem dict. Κανοῦν eundem morem Athenis fuisse ludis Dionysiacis, additque canistra illa ex auro fuisse facta, & libamina, cultrumque ad hostias mactandas corollis obuincta gestari solita. De castris igitur recte parœmia, non de ijs quæ iam castitatis pertæsæ hoc facto Dianæ fidem facerent, vt in Rob. Constantini Lexico, nescio è quo auctore, legitur. Nota autem τὴν θεὰν absolutè pro Minerua ferè accipi, vt τὸν θεὸν pro Apolline.

34. τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον] Themistius Orat. I. Ἀλλ' εὐθὺς ὑπηχεῖ τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον. Eiusdem fit mentio apud Theodoretum, lib. X. Therapeut. de Oraculis. Mox: ἐπὶ τῶν πολλὰ λαλούντων, Suidas, ἐπὶ τῶν μικρολογούντων, *de futilibus*. Noster ex Diogeniano habet. Vide sup. Δωδωναῖον χαλκεῖον, vbi clarius ἐπὶ τῶν ἀκαταπαύστως καὶ πολλὰ λαλούντων: *de ijs qui continuo & multa garriunt*: vbi & de lebete copiose.

35. τοῦ Βαύνου χοροῦ.] Suid. legit. τοῦ Βάβυος χοροῦ.

37. Ἐπὶ τῶν ἀποθέτων] Sic in Epimenide Suid. nam in scripto Apostolio ἀποθύτων erat.

38. τὸ μὲν ἱερὸν] Sostratus auloedus apud Stobæum serm. 84. ex-

pro-

probrante quodam quod ignobili esset genere natus: id magis inquit, admirandum, quod à me genus incipit, ὅτι ἀπ' ἐμοῦ τὸ γένος ἄρχεται. Et C. Lælius, cum ei quidam malo genere natus diceret, indignum esse suis maioribus: *Vt Hercule*, ait, *tu tuis dignus*. M. Tullius lib. II. de Orat. ad Q. fratr. Et in responsione ad Sallustium falsò illi adscripta: *Ego meis maioribus virtute mea præluxi: & si prius noti non fuerunt, à me accipiant initium memoriæ suæ. Tu tuis vita, quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras; vt etiam si fuerint egregij ciues, certè venerint in oblivionem.* Hæc igitur Parœmia è Plutarchi Apophthegmatis sumpta, vt de Iphicrate in Apohth. Regum & Impp. de quo & idem Stobæus Serm. eodem: Ἰφικράτης ὀνειδιζόμενος εἰς δυσγένειαν, Ἐγὼ ἄρξω, εἶπε, τοῦ γένους.

39. Προδότης γάρ.] Suid. in Φρυνίχου πάλαισμα. De huius autem quo aduersum Alcibiadem est astu vsus, vide Thucydidem lib. VIII.

40. De Mida & Cræso peruulgata res est. De Crœso quidem etiam Theocritus Eidyllio X. ver. 32. De Cynera non perinde notum omnibus est. Fuit ergo Eurymedontis, vti quidam volunt, F. Cypri rex opulentissimus, qui Achiuos ad se venientes, quo tempore Troiam obsessum ibant, hospitio excepit, & se illis necessaria submissurum promisit. Quod cum facere neglexisset ab Achille diris devotum ferunt, perijsseque dum cantu cum Apolline certat. Vnde & Cyneram à cyniro instrumento Musico appellatum. Plura de hoc eiusque hospitalitate ac fraude, qua Græcos delusit, apud Eustathium leges, Iliad. λ'. Meminit eiusdem vt opulenti & Pindarus, Νεμεονίκαις, Oda β'. Ὅσπερ καὶ Κινύραν ἔβρισε πλούτῳ ποντίᾳ ἐν ποτὲ Κύπρῳ: *Quæ felicitas cum Deo etiam Cinyram auxit diuitijs marina olim in Cypro.* Celebrat & in Πυθιονίκαις. Huius porrò Prouerbij Plato meminit lib. II. de Legibus: ἐὰν δ' ἄρα πλουτῇ μὲν Κινύρα καὶ Μίδα μᾶλλον, ᾖ δὲ ἄδικος, ἄθλιός τέ ἐστι καὶ ἀνιαρῶς ζῇ. *Quod si opulentior Cinyra aut Mida fuerit, iniustus autem sit, miser est & insuauiter viuit.* Plura Ouidius lib. X. Metamorph. & Veneris Cypriæ sacerdotem etiam fuisse auctor Tacitus, lib. XVIII. Annalium.

41. Τορώνη] de Torona Chalcidica vrbe, quam Athenienses tum tenebant, à Brasida per proditionem intercepta, eadem ab Atheniensibus per vim recepta, ciuibusque partim interfectis, partim in seruitutem cum vxoribus ac liberis redactis, multa quidem Thucydid. lib. IV. belli Peloponn. nihil tamen quod magnoperè parœmiam illustret, originemue eius indicet: neque quæ apud Herodotum lib. VII. leguntur. Quidquid est, ab insigni Toronæorum in aduersis tolerantia manasse constat. In extremo hic pro ἐν Θράκῃ, Θράκης habet Steph. de Vrbibus.

42. ἰσχυρῶς νοσοῦντων] ἐπισφαλῶς est in Plutarchi Timoleonte: vnde locus descriptus.

45. Τὸ

45. Τὸ ἐμὸν] Platonis est lib. VIII. de Rep. sic alibi Sophocles, teste Eustathio Iliad. ε΄. τοὐμὸν ἔνδρον φρονῶν.

48. Τὸν τεθνηκότα] Eidem Chiloni tribuit Laërtius: Τὸ μὴ κακολογεῖν τοὺς πλησίον. Sed τὸν τεθνηκότα μὴ κακῶς ἀγορεύειν inter leges Solonis commendat Plutar. Ἔθος γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις τοὺς ἀποιχομένους μὴ λοιδορεῖν, ait Suidas: *moris antiqui fuisse non maledicere mortuis.* ἐπὶ γὰρ τοῖς κειμένοις οὔ φασι δεῖν Lucian. in Nerone.

49. Τραγικὸς Θεοκρίνης] Locus Demosth. est in extrema orat. pro Ctesiphonte: Ἡνίκα αὖ εἰπεῖν τι κατὰ τούτων δέοι ἐν τούτοις λαμπροφωνότατος μνημονικώτατος, ὑποκριτὴς ἄριστος, τραγικὸς Θεοκρίνης. *Si quando aliquid contra istos dicendum est, hic tu voce es maxime sonora, memoria summa, optimus histrio, Tragicus Theocrines.*

50. Τρέχει τὴν ἐσχάτην] Eadem suprà phrasis, τὴν περὶ κινῶν τρέχει, vt subaudias ὁδόν. vt τὸν ὑπὲρ ψυχῆς θεῖν est in Synesio Epist. ad Euoptium fratrem de suo naufragio: νῦν σαφῶς τὸν ὑπὲρ ψυχῆς θέομεν: *nunc planè de vita periclitamur*, vt subintelligas τὸν δρόμον, quæ dictio alias additur. Sic Aristophanes in Auibus, καὶ τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον δραμεῖν. Et Greg. Theologus ad Cæsarium fratrem: τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον τρέχοντες ἄνθρωποι. Simile autem huic nostræ Parœmiæ exemplum apud Suidam è nescio quo auctore: ἐὰν τὸ δὴ λεγόμενον, τρέχωσι τὴν ἐσχάτην ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους καταφεύξονται. *Quod si iuxta id, quod dici solet, vltimum decurrendum sit curriculum ad Romanos confugient.*

51 Τρικέφαλος Ἑρμῆς] Ostendit sua explicatione Suidas, exemploque Isæi, compendio dictum τρικέφαλος, subaudito τῷ Ἑρμῆς. Exemplum Isæi Orat. de Euclide: Μικρὸν δ᾽ ἄνω τοῦ τρικεφάλου παρὰ τὴν ἑστίαν ὁδόν. *Paulo superius ade Mercurij tricipitis ad Vestæ viam.* Eras. parœmiam in vehementer astutos, siue etiam ambiguos ancipitesque competere videri ait, ita efformatus forte, quòd in triuijs viarum index collocaretur. Fuit Τετρακέφαλος Ἑρμῆς, cuius statua in Ceramico dedicata stabat, Telesarchidis opus, cum hac inscriptione: Ἑρμῆ τετρακέφαλε καλὸν τελεσαρχίδου ἔργον πανθ᾽ ὁρᾷς propter quadruplicem Philosophiam rationis, vt ait Eustathius Iliad. ω΄. & fusius Iliad. ε΄. Fuit denique ἀμφιπρόσωπος, instar Iani, in homines sublestæ fidei, qui aliud verbis, aliud factis ostenderent. Greg. Nazianz. Epistola ad Nemesium, Ἀμφιπρόσωπος ἑρμῆς, δίγλυφος, οἷα πρόσω τὸ μὲν, ἄλλο δ᾽ ὄπισθεν. *Bifrons Mercurius dupliciter sculptus, quasi aliud ante sit, aliud retrò.* Loco autem Προκλείδης, quod est in nostro auctore & in Suida, Etymologicus legit Πατροκλείδης fort. melius, item sup. eadem varietas. Et pro ὑπάρχου Ἱππάρχου habet idem Suid. vt υἱός Attico exaudiatur more.

52. Ὁ κροκόδειλος] Leguntur hæc in Æliano, lib. III. de Animal.

cap. XI. vt in trochilo in eodem lib. VIII. cap. 25. Legend. & Plutar. libro de sollertia animalium.

53. Οἱ μὲν τρὶς ἓξ, νίκην] Clarum id ex Æschyli Agamemnone, vbi excubitor statim initio sic loquitur, vt rectissime Iunius & Canterus emendant: nam Suidas hic prorsus in vitio cubat:

Τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι,
Τρὶς ἓξ βαλούσης τῆς ἐμῆς φρυκτωρίας,
Feliciter casurum herilem rem dabo,
Fax ista quando iecerit ter sex mihi.

Est in Suida altera huic gemina Parœmia: τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς οἶνας. Sic enim duæ vltimæ dictiones legendæ. In Zenobio pro εἶναι nullius rei οἶναι. τὴν οἴνην, porro pro vnione iactu damnoso capi testis etiam Hesychius. Οἴνη inquit ἄμπελος καὶ κυβευτικὸς βόλος ὁ κενὸς καὶ ἀντικείμενος τρὶς ἕξ. ita enim lego, pro τὴν ἔξω pessime excuso. Agnoscit & Iulius Pollux τὴν οἴνην pro vnionis iactu. Vbi enim excusus habet lib. VIII. Onomast. ἔστι δὲ καὶ οἴνη παρὰ τοῖς Ἴωσι μόνοις. Codex Pollucis M. Sc. qui fuit aliquando Demetrij Chalcondylæ, habet μονάς pro μόνοις. In eod. cod. verba illa excusi, καὶ οἰνὸν, καὶ οἴνην desunt, legitque ἐκδωῶων καὶ Χῖοι, ὄνος Χῖον ἐκάλουν. ἔστι δὲ καὶ μονάς &c. Hinc & οἰνίζειν pro μονάζειν apud Hesychium.

54. Τριτογενείας ἔφυ παῖς] Non ita capiendum quasi Minerua aliquando pepererit, quæ poëtis αἰύμφευτος, φυγάδεμνος, καὶ ἄγαμος nuncupatur, sed quod illam, teste Suida, ἀνδρόδην veteres existimabant, quod pueros masculos præstaret. Qua phrasi dicitur quis Ἄρεος νεοττός: nisi forte quis cum Iunio potius τριτογενὴς παῖς legere malit, iuxta παροιμιώδη versiculum ab eodem Suida allatum:

Παῖς μοι τριτογενὴς εἴη, μὴ τριτογένεια
Tritogenes mihi nascatur, non Tritegenea.

Quod votum videtur optantis masculam prolem, vt altero illo sexu sequiore nobiliorem. Ibidem φθίνοντος τρίτῃ. secunda vox in Suida desideratur. Aliam præterea huius epitheti Mineruæ rationem adfert Diodorus Siculus lib. I. Eustathius ad Homeri versum 515 Iliad. δ'. & ad vers. 39 Iliad. θ'. Etymologus denique, vt Hœschelius nos monuit.

55. Ἐπὶ τῶν μεμνημένων] vt inf. probat τὴν τριττὺν, seu, vt alij scribunt, τὴν τριττὺν, vel τριττύαν perfectum sacrificium fuisse, quod ex sue, ariete, & hirco constabat; ita hic ostendit libationis in conuentu eius absolutum modum fuisse, vbi primus calix Dijs Olympi incolis, secundus Heroibus, tertius ipsi Ioui sospitatori, qui & ipse Olympius Pindaro dicitur, misceretur, ac proinde non male, vt videtur, Apostolius noster interpretatur de ijs qui res sacrorum absolutissime

ac pro-

ac prosperrime edocti sunt. Erasmus tamen Adagij vsum esse posse putat, cum significabimus nos ad id quod in negotio postremum ac præcipuum est; ac cetera: quem vide copiose ac docte de hac re disserentem. Ibidem Ὀλυμπικῶς, rescribendum puto Ὀλυμπικῷ. vt Plato lib. de Repub. IX. De hoc vide Pindarum Isthmionicarum initio Odæ VI. & ibi Scholiasten pag. 469. edit. nouæ Pauli Steph. Vnde locum hunc, vt & apud Suidam, corrigendum Dau. Hœschelius existimabat. Sic enim Græcus ille interpres. τὸν μὲν γὰρ πρῶτον, Διὸς Ὀλυμπίου ἐκίρνασαν. τὸν δὲ δεύτερον, ἡρώων· τὸν δὲ τρίτον Διὸς σωτῆρος. De hoc tertio Plato in Charmide, & in Philebi epilogo, τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι. Et Epist. VII. ad Dionis propinquos & amicos: οἶνος ὕδατι κεκραμένος, Διὸς σωτῆρος. Diodorus Siculus lib. IV. Biblioth. pag. 189. Hoc autem πλήρωμα Διὸς σωτῆρος dixit Archestratus Dipnologus lib. I. apud Athenæum. Hesychius vero: τρίτος κρατήρ: Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ καταπλέοντι. ἐν ταῖς συνουσίαις ἐκιρνῶντο κρατῆρες τρεῖς· καὶ τὸν μὲν πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου, καὶ θεῶν Ὀλυμπίων ἔλεγον. τὸν δὲ δεύτερον ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον σωτῆρος. *Tertius crater. Sophocles in Nauplio in portum appellente. In conuentibus tres calices miscebantur, quorum primum Iouis Olympij & Deorum Olympiorum appellabant: secundum Heroum, tertium sospitatoris.* Hunc vltimum perfectum fuisse habitum Suidas tradit. Prouerbium porro ex Pindari Isthmionicarum principio Odæ VI. vt dixi, concinnatum. Sic enim canit olor ille Lyricus:

-- Εἴη δὲ τρίτατον Σωτῆρι πορσαίνοντας Ὀλυμπίῳ Αἴγιναν κατασπένδειν μελιφθόγγοις ἀοιδαῖς. *Contingit tertium Seruatori parantes Olympio AEginam perfundere mellisonis carminibus.* Vouet itaque tertiam victoriam Olympicam Ioui sacram: sicut in conuiuijs tertium poculum est Iouis Seruatoris. De tribus autem hisce Crateribus, qui sapientum sunt, vt & reliqui, qui furentium fiunt, insignis est apud eundem Athenæum locus lib. II. Deipnosoph. ex Eubulo, Bacchum loquentem introducente: Τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω, &c.

56. οἱ Δαρδανεῖς] Articulum tollo, vt trimeter constet.

57. Ἐπὶ τῶν μεστῶν συμφορῶν] Malim μεστοῦ συμφορᾶς ex Hesychio & Suida nota res, à Tragœdia deducta: licet quæ Apostolius adfert, alio detorquere videatur, vt *Hircinum malum* vertendum esse videatur, vt sequentia docent: & τράγος *hircum* sonat, vt vel pueri norunt. Quæ subijcit: οἱ τράγοι, ea ex Æliano, lib. I. de Animal. sumpta, cap. 26.

59. Τροφωνίου μεμάντευται] Vtitur Maximus Tyrius disertus philosophus, Dissertatione XXVI. Mox pro κατιδόν, Suidas κατιδόντι præfert. Infra: ὡς τοῖς Ἀργείοις, male in Æliano ὡς τοῖς αἰγοῖς, nisi forte ex eodem lib. cap. 4. σκάργαις leg. sit, qui pro gregalibus suis pugnant. Idem mox: ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἰδίας ἀγωνίζονται ὡς ὑπὲρ χαμετῆς. sed noster compendio fere, vt sæpe iam admonui, sua ex Æliano descripsit.

Digitized by Google

61. ὡς Αἰλιανός φησι] Verba Æliani ſunt lib. XII. cap. 10. Τρυγόνος λαλίστερον ἔλεγον. ἡ γάρ τοι τρυγὼν καὶ διὰ τοῦ στόματος μὲν ἀπαύστως φθέγγεται, ἤδη δὲ καὶ ἐκ τῶν κατόπιν μερῶν, ὥς φασι παμπλειστα. Μέμνηται δὲ καὶ ταύτης τῆς παροιμίας ἐν τῷ Πλοκίῳ ὁ αὐτὸς (Μένανδρος) καὶ Δημήτριος μὲν ἐν τῇ Σικελίᾳ τῷ δράματι μέμνηται, ὅτι ἐν τῇ πυγῇ λαλοῦσιν αἱ τρυγόνες. *Turture loquaciorem quempiam dicebant. Turtur enim & ore ſemper, & poſtica etiam parte, vt aiunt, plurimum garrula eſt. Meminit huius parœmiæ idem etiam* (Menander) *in Plocio, & Demetrius in Sicilia fabula, turtures poſtica parte loquaces eſſe commemorat.* Ibidem, οἱ τὰς θαλαττίας, eadem rurſum fere Ælianus lib. XVII. cap. 18. Animal. Quæ autem de paſtinacæ fure Leonides Byzantius tradit, ex eodem Æliano ſunt libro II. de Animalib. cap. 50.

62. Τραγικὸς πίθηκος] Ita vocat Æſchinem Demoſthenes Orat. pro Cteſiphonte de Corona: ad quem locum Hier. Wolfius vir doct. ἔοικε λέγειν τοῦτο ὁ Ῥήτωρ, ὡς καὶ περὶ τὴν ὑπόκρισιν ἀτυχοῦντος τοῦ Αἰσχίνου. Quamquam ibi non Τραγικὸς ſed αὐτοτραγικὸς, etiam in M. Sc. noſtro ſatis vetuſto ſic legitur: αὐτοτραγικὸς πίθηκος ἀρουραῖος Ὀνόμαος παράσημος ῥήτωρ. Idem ſcomma in Chriſtianos ab Ethnicis iaci ſolitum, perinde quaſi vultu habituque pietatem profiterentur, & ſcelerati alioqui haberentur, B. Hieronymus alibi in Epiſtolis teſtatur.

63. τροχὸς τὰ ἀνθρώπινα] id eſt, ὁ βίος τροχός. *Vita inſtar rotæ*, vt Phocylides ait verſ. 25.

Κοινὰ πάθη πάντων, ὁ βίος τροχὸς, ἄστατος ὄλβος.

vel κύκλος τὰ ἀνθρώπινα, circulus eſt rerum humanarum, vt in Herodoti Clio, & exponunt Ariſtotel. lib. IV. Phyſicæ auſcultationis cap. 14. & Problem. III. Sect. 17. & Greg. Nazianz. Oratione ad ciues trepidantes, & De pauperum amore. Siue ergo *rotam*, ſiue *trochum* vertas, perinde parœmiæ quadrat. De priore ſignificatione multa Eraſm. Chiliade IV. Cent. VIII. Adag. 26. De rotæ ſimilitudine vt alia omittam, locus ille inſignis apud Zonaram in vita Baſilij Imp. Macedonis, vbi deuicto Agarenorum exercitu captus illorum Imperator, quem Sultanum vocabant, à Rege Francorum, cum toto biennio riſu abſtinuiſſet, tandem ridere viſus eſt. Cuius rei cauſam interrogatus, reſpondit ſe rotas in curru vidiſſe: quarum nunc vna pars terræ allideretur, nunc eadem ſurſum attolleretur, nunc rurſum ea quæ in ſublimi fuerat deprimeretur. Vnde argumento capto mobilitatis rerum humanarum, ſe in riſum erupiſſe, ſperareque fieri poſſe vti ſuarum quoque rerum ſtatus eandem mutationem admitteret: vt qui nunc ex edito loco in humilem adeo deiectus eſſet, in priſtinum denuo erigeretur. Eadem hiſtoria eſt in Theophane apud me M. Sc. at breuius, qui barbarum hunc ἀπεκάλεσεν Σουλδάνους, non Σολδᾶνος, vt hic, cogno-

cognomentum tribuit. Simile in Nicephoro eſt de duob. Regib. currum triumphantis Seſoſtris pro iumentis trahentibus, libro XVIII. Hiſt. Eccleſ. cap. 29.

64. τρικέφαλε] Themiſtius Orat. IV. & Iuſtin. Martyr. Epiſt. ad Zenam. Quod de amicorum conjunctione accipit Lucianus in Toxari. Philo Γηρυόνην τὸν τρισώματον appellat, libro aduerſus Caium, vt & Diodorus Siculus libro IV. Biblioth. Quod ait: φασὶ γὰρ Γηρυόνην, id ex Palæphato deſumptum.

65. In extremo: πόδας ὡς ἄρκτου, male in Heſychio eſt ἄρκου.

66. τυφῶνος πολυπλοκ.] Parœmia eſt ex Phædro Platonis, qui eſt de pulcro: quem locum etiam Plutarchus deſcripſit libro Aduerſus Colotem. Verba Platonis ſunt: Σκοπῶ οὐ ταῦτα, ἀλλὰ ἐμαυτὸν, εἴτι τι θηρίον ὢν τυγχάνω Τυφῶνος πολυπλοκώτερον, καὶ μᾶλλον ἐπιτεθυμμένον, εἴτε ἡμερώτερόν τε καὶ ἁπλούστερον ζῶον θείας τινὸς καὶ ἀτύφου μοίρας φύσει μετέχον. *Non iſta, ſed meipſum conſidero. Nam bellua quadam ſim Typhone multiplicior iactantiorque, ſiue manſuetius aliquod & ſimplicius animal diuinæ cuiuſdam ab omni faſtu alienæ ſortis naturæ particeps.* Quæ Socratis verba non ad ſubuertendam vitam, ſed ad faſtum ſtuporemque moleſtaſque & nimias illas hominum de ſeipſis opiniones atque iactantiam inde expellendas Plutarchus facere ait: quæ ipſa quoque hanc parœmiam ſatis explicant. De *Typhone*, ſeu, (vt Latini poëtæ, eorumque princeps ſemper appellant. Τυφῶν quoque τυφῶς Pindaro Pythionic. Od. I.) *Typhœo* ἑκατογκεφάλῳ, quomodo Tellus ob cædem gigantum irata, Iouem apud Iunonem calumniata ſit: illaque rem Saturno aperuerit, & ille duo oua ei dederit terra occultanda, vnde naſceretur qui Iouem regno detruderet, aliaque id genus ληρώδη, longa eſt fabula: quam vide apud Euſtathium in Iliad. β'. eiuſque allegoricum ſenſum. Malim autem in Apoſtolio & Suida legi Τυφῶνος πολυπλοκώτερον θηρίον, *Typhone multiplicior bellua*, ex Platone & Plutarcho: quo vſus & Sextus Empiricus lib. I. contra Logicos, cap. de homine. aut Τυφῶνος πολυπλοκώτερος, & τυφ. ποικιλώτερος, *Typhone multiplicior, & magis varius.*

67. τυφλὸν ὄνειρον] Melius fort. τυφλοὶ ὄνειροι. Nimirum hæc illa ſunt Inſomnia, quæ per portam elephantinam ab inferis mitti dicuntur, teſte Marone extremo lib. VI. Æneid.

Sunt geminæ ſomni portæ, quarum altera fertur
Cornea, quà veris facilis datur exitus Vmbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto:
Sed falſa ad cælum mittunt inſomnia Manes.

Qui locus haud dubie ex Homero expreſſus Odyſſ. τ'. hoc initio:

Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων, &c.

Vbi pro ἀμενηνῶν, Suidas ψευδέων legit. De quinque porro Somniorum

generib.

generib. legend. Macrobius, cap. III. lib. I. in Somnium Scip. M. Tullij. τῶ ὀνείρω quoque & ἐνυπνίω discrimen apud Suidam dict. ὄνειρος, & Eustathium dicto loco.

69. τυφλῶτται] Plutarch. in Quæstion. Platon. pag. 406. edit. Xylan. & pag. 30. ἐπιτυφλῶτται περὶ τὸ φιλόμενον τὸ φιλοῦν.

72. Τῶν ἐαρινῶν] Hexameter erit si legas

Πλείονες εἰαρινῶν φύλλων εἰσ' οἱ συκοφάνται.

Plures quam vernæ frondes nunc sunt sycophantæ.

74. Τῶν καλῶν] Ex Plutarchi Apophthegmatis.

76. Τῷ θριῷ] Parœmiam esse arbitror adhibendam cum quis hominis lubrici fallacem dolosumque sermonem dicat validis argumentis reuincendum.

77. Τῶν δ' ὄνων] Allusum videtur ad versum antiquum

Ἀπονέμου τῆς σῆς ἁμάξης: τῶν δ' ὄνων οὐδὲν μέλει.

Tu tuo curru vtere, & nil curæ aselli sint tibi:

Cum quis rebus priuatis acquiescit, relictis alienis.

78. Τῶν πλειόνων ἡ ψῆφος νικᾷ] Ductum à iudicijs, vbi maior pars in suffragijs ferendis vincebat minorem. Hinc formula illa apud Romanos in renunciandis suffragijs: HÆC PARS VIDETVR ESSE MAIOR. Vide Brissonij Formulas.

81. ὑγιέστερος Κρότωνος] Potest dictum videri vel ab vrbe Crotone omnium saluberrima, teste Strabone, lib. VI. Geogr. vel ab insecti genere boues canesque infestante: de quo Suidam lege. Vel denique à Crotone gummi Ægyptij specie, cuius varius in medicina vsus. vide Hesychium, & copiose Erasmum. Strabo tamen à Crotone vrbe, vt dixi, deriuare mauult, & ab eodem fonte hæc quoque deriuat: Κροτωνιατῶν ἔσχατος πρῶτος τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. *Crotoniatarum postremus, primus est aliorum Græcorum.*

85. ὕδρας κεφαλὰς τέμνεις] Ex Palæphato, in quo tamen Hydræ quinquaginta duntaxat capita tribuuntur.

86. ὑδροφορίαν ἄγεις] Potest Parœmia, si modo Parœmia est, in eum iaci, qui tristitiæ seu affectui nimium se tradit, idque publice præ se fert.

87. ὕδωρ ἢ πίνων] Suid. legit: ὕδωρ ἢ πίνων καλὸν οὐ τέκοις ἔπος. *aquam bibens carmen bonum non panxeris.* Hinc scite Demetrius, seu Niceratus Halicarnasseus, vinum poëtarum equum sic appellat:

Egregio vati vinum fit Pegasus ales.

Ferunt Æschylum nobilissimum poëtam non nisi inter calices Tragœdias suas scripsisse: & *Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma Prosilijt.* Plura Had. Iunius Emblemate XXXIV. ad illud: *Vinum ingenij fomes.*

90. ὑμεῖς] Integer versus oraculo redditus:

Ὑμεῖς δ', Αἰγιεῖς, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι.

Vide Suidam & hic, & Scholiasten Gr. in Theocritum.

91. ὑμεῖς δαίμονα] Si mendo locus vacat, λήξεται Fut. I. Medium dixerim verbi λαγχάνω.

94. ὕπνοι καὶ κόποι] Legitur apud Platonem lib. VII. de Rep.

95. ὑπὲρ τὰ Καλλικράτους] De hoc Prouerbio copiosius Zenobius, qui pro ἐν Κορίνθῳ legit ἐν Καρύστῳ. Suidas quoque, qui etiam aliam parœmiæ originem facit, à Callicrate Atheniensi quodam, qui iudiciarias mercedes in immensum auxerat.

96. ὑπεψηνισμένη] ψὴν Lucian. clarius Suid. ἀκμαῖα πρὸς τόκον τὸν ἐν τοῖς ὀλύνθοις γινόμενον σκώληκα ὃν οἱ γεωργοὶ ἐφάπτουσι τῶν κλάδων τῆς συκῆς, ὅπως ἂν ὁ καρπὸς αὐτῶν μὴ ἀποῤῥέῃ. *mulier partui apta siue pragnas, à psene vermiculo, qui in grossis generatur: quem agricolæ ramis ficulneæ illigant, ne fructus illarum diffluat.* Et dict. ψῆνες. κωνώπια interpretatur, τὰ ἐν τοῖς ὀλύνθοις γινόμενα οἷς (male excuditur οἵ) τινες καὶ τῶν ὀλύνθων περιαπτομένων ταῖς συκαῖς πεπαίνουσι τὰ σῦκα. *Culices grossis innatos, quibus quidam etiam ipsos grossos ad ramos ficulneæ adaptatis, ficus maturas reddunt.*

98. ὑπερβερεταῖος] Iosephus lib. III. Antiquitatum seu Originum, cap. X. Τῷ δ' ἑβδόμῳ μηνὶ, ὃν Μακεδόνες Ὑπερβερεταῖον καλοῦσι. Meminit eiusdem mensis & lib. VIII. cap. 7. Zonaras in expositione Canonis Apostolorum XXXVII. Ὁ μὲν παρὼν κανὼν, καὶ ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανὼν κά. τὴν τετάρτην ἑβδομάδα τὴν μετὰ τὸ Πάσχα ἐπιζητοῦσι, καὶ τὸν τοῦ μετοπώρου καιρὸν, ἤγουν τὸν Ὀκτώβριον. οὗτος γὰρ ὁ Ὑπερβερεταῖος.

99. Ὑποζυγιώδης ἄνθρωπος] Ex Etymologo Græco desumptum.

100. λείπεται τὸ, εὖδε] Suidas exaudit ὕπνοι.

CENTVRIA XX.

TUrbant hic numeri Adagiorum, denario operarum ῥαθυμίᾳ interiecto. nos rectam seriem calculumque quâ possumus, sequemur.

Paral. Cent. IX. Adag. 33.

Εὐρύβατος] De hoc plura notabam ad lib. II. de vita Teclæ protomartyris, vt à Basilio Seleuciensi descripta typis exijt Plantinianis.

Adag. I. Ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷς] Sic Lucianus in Gallo: sed ἅλλεσθαι Plato in Cratylo.

2. ὑπὲρ τῶν ὅλων] ἐκυβεύετο Polybius dixit. τὸν περὶ τοῦ παντὸς ἀναῤῥίπτειν κύβον, Suid. Prouerbium autem hoc Iulio Cæsari Rubiconem transeunti vsurpatum: qui consecutus ad Rubiconem Fl. qui prouinciæ eius finis erat, paullum constitit, ac reputans quantum moliretur, conuer-

conuersus ad proximos: Et iam nunc, inquit, regredi possumus. Quod si ponticulum, transierimus, omnia armis agenda erunt. Et mox: Eatur, inquit, quo Deorum ostenta & inimicorum iniquitas vocat: IACTA EST ALEA. Sueton. Eadem imagine Petronius Arbiter:

Iudice fortuna cadat alea -- Et Lucanus: -- *ruit alea fati*
Alterutrum mensura caput. vt erudite Læuinus Torrentius adnotauit.

3. ὑπέρα περιστροφῇ.] Sic etiam Hesychius & Zenobius. Suidas semel περιστροπῇ, & alias περίστροφον: sed hoc vltimum minus rectè:

6. ὑπ' αἰδοῦς] Ad numeros constituendos mallem legere:
ὑπ' αἰδεῦς δὲ οὐ λίαν ἀσπάζομαι.

7. ὑπονέμια] Leg. forte ὑπηνέμια vt mox 10. Iliad, ἐπαΐων σκιαὶ, non satis concoquo. Quid si scriptum fuerit, καὶ ὕπνων vel κάπνου σκιαὶ.

9. ὑπόχαλκον χρυσίον] Themistius Orat. 1. ἢ περφύρειν, ἐψευσμένον αὐθ@, εἰς τὴν ἀγορὰν εἰσάγειν.

10. ὑπηνέμια τίκτει] Ab auibus ducta Parœmia, quæ desiderio maris, cuius vocem forte audierant, aut pulueris affrictu, aut vento, aut mutuo denique initu oua subuentanea pariunt, ex quibus nullus fetus generatur. Non longe hinc abit illud Homeri: κακὸν δὲ ἀνεμώλια βάζειν: *malum est ventosa loqui.*

11. ὑπὲρ τὸν Ὑπέρβολον] In homines litium iudiciariarum amantes. Hinc Aristophanes Suida citante: οὐ συντυχὼν σ' Ὑπέρβολ@ δικῶν ἀναπλήσει. Hyperbolus δημαγωγὸς, de quo Thucydides lib. VIII.

12. ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς] Celebris Parœmia & à Zenobio copiose enarrata. Alij περὶ ὄνου σκιᾶς, Plato in Phædro: Origines lib. III. contra Celsum, Lucianus in Hermotimo, additque hic μάχεσθαι.

13. Ὗς ὑπὸ ῥόπαλον] Ex Diogeniano. Addit Hesychius δερμένται. Mox quæ ex Democrito, ea ex Æliano deprompta lib. XII. Animal. Hist. cap. 16.

14. Ὗς διὰ ῥόδων] Ita Suidas: Erasmus ῥοιδῶν haberet quod noster ῥοΐδων, diminutiuo ἀπὸ τῆς ῥοίας, à malo Punico. Pro ἀπαιδεύτων αἰγυπτίων in Suida legitur: qui etiam Cratetem ἐν γείτοσι citat. Statim ὗν ὑπὸ ἄγριον, versum ex Æliano lib. 11. Animal. cap. 3.

16. Φθέγκεσθ@] Locus est in Hedœporis, vbi Scholiastes ait sic vulgo Parœmiam efferri ὗς ὤν πρὸς Ἀθηνᾶν ἐρίζεις.

19. ὑπὸ τῆς ἐτύφθη] ὑπηρέτης Eras. non male opinor. Olethacr. Parœmia œrem vulgi, & in ἀπολαμβάνουσι aliquid desidero, forte πληγὰς, πολλὰς, aut quid simile deest.

20. Φάλλικον] Ita emendo, cum antea Φαλέκιον legeretur. In Hesychio est Φαλλίκιον ὄρχημά τι. οἱ δὲ μέλ@ ἄλλ@ ᾠδὴν ἐπὶ τῷ Φαλλῷ ᾀδομένην. Emenda Φάλλικον, vt & in Polluce: vtrobique enim corruptum.

Qui

Qui plura de abominando hoc mysterij ritu cognoscere volet, adeat Plutarchum, lib. de Iside & Osiride: Eustathium in Iliad. λ'. Iulium Firmicum Maternum De mysterijs & erroribus profanar. Religionum, Suidam, & alios. Ithyphallica quoque ne Latinis quidem ignota, sed reiecta, & à sacris aliena.

21. ὡς καὶ ὁ ποιητής] Homer. Odyss. σ'. vers. 84. 115. Et φ'. vers. 308. Eustathius ad vers. 84. & Scholia parua hoc ipso loco, qui corruptoris filiarum Metopæ & Amphissæ, nomen non αἰχμόδημον, vt noster, sed αἰχμόδικον appellant. Addunt eadem Scholia Echetum filium fuisse Bucheti, à quo & in Sicilia *Buchetus* vrbs condita fertur: ita enim meus Homeri cod. cum scholijs antiquis, non *Bucetus*, vt excusum video, scribit cum spiritu. Addit Apostolius: Καὶ τῇ Ἰωνιᾷ, id est, τῇ συναγωγῇ τῶν Παροιμιῶν. Phalaridis autem, quam hic laudat, epistola est insignis cxxiv. ad Athenienses: item ad Teleclidem, Epist. lxv eadem de re: idemque notum etiam è Luciani Phalaride 1. Vide Pindari Græcum interpretem ad Pythionicor. Odam 1. extremam, & Io. Stobæum, Serm. xlvii. & Plutarchum Parallelis Græc. & Rom. nu. xxxix. apud quem Πέριλλος dicitur, non, vt hic, Περίλαος ὁ Ἀθηναῖος. Et Plinius, lib. xxxiv. cap. 8. *Perillum*, inquit, *nemo laudat sæuiorem Phalaride tyranno, qui taurum fecit, mugitus hominis pollicitus igne subdito: & primus eum expertus cruciatum iustiore sæuitia.*

22. φασηλιώτων] Zenobius φασηλιτῶν, cuius & scriptus Vaticanus codex Calabrum nominat, qui hic Colaber est, de qua nihil equidem comperi: habetque τοῖς θεοῖς Eras. vero *Dio Capro*. Hesychius Κόλαβρον χοιρίδιον (male vulgo χοιλίδιον excusum) interpretatur. Proinde *porcello Deo* potius dicendum fuerat. Sed quis ille tam sordidus Deus? Forte ducente eodem nos Zenobio legendam est: φασηλιῶται, aut φασηλῖται γὰρ τάριχον σὺν τῷ κολάβῳ (offæ seu placentæ id genus) τοῖς θεοῖς θύειν φησὶν ὁ Καλλίμαχος.

23. τῷ δὲ Φάωνι] Exstat fabella in Æliani Varia Hist. lib. xii. cap. 18. De Sappho vide Ouidij sub eius nomine ad Phaonem epistolam in Heroidib. Pro ἐνομίζετο, ἐκομίζετο mallem. De Leucade saxo, quo se amantes præcipitarint, Photius in Biblioth. commemorat.

24. φέρει καὶ ὄρνις γάλα] Est in Athenæo, lib. ix. Dipnosoph. hic versus ex Mnesimachi Philippo: Ἀντώπιον πάρεστιν ὀρνίθων γάλα. *Gallinæ adest lac, ecce, quod rarissimum.* Et lib. ii. ait Anaxagoram in libris De natura, auctorem esse lac gallinæ album oui vocari. Quem locum Eustathius citat Odyss. δ'. sed male omissa hac dictione. Legend. enim opinor: ὡς καὶ ὀρνίθων γάλα κατὰ Ἀναξαγόραν ἐν τοῖς ᾠοῖς λευκὸν ὁ Ἀθήναιος παραδίδωσιν: atq; de insigni felicitate vsurpari ait, vt & hæc: Διὸς γάλα. *Iouis lac*, quod est in eodē Athenæo, lib. xiv. & Διὸς ἐγκέφαλος *Iouis cerebrum.*

Digitized by Google

26. φεραύλας] Concinno locum metri lege Iambici: βληθεὶς Φεραύλας, ὐδαμῆ μεταστράφη. Porro factum hoc generosissimum apud Xenophontem leges lib. VIII. περὶ Κύρου παιδείας. Mox ἐν ᾧ. . ἐξήλασεν Xenophonti hæc desunt. pro ἀφιέναι, ἀφεῖναι Leunclaij Xenophon, idemque legitur. σύρων δὲ ὁ προεστατῶν. ἀρμενίων δὲ Τιγράνης. ὑρκανίων δὲ ὁ υἱὸς τοῦ Ἱππάρχου. Rursum pro δέξαιμι αὖ, δεξαίμην αὖ Xenoph. in quo edito male omissum ὁ Κῦρος. & προσῆλθεν pro συνῆλθεν.

28. Τοῖς τῆς Ἴσιδος πλοκάμοις] Apud Plutar. Ἴσιδος τρίχες sunt plantæ marinæ genus lib. De facie in orbe Lunæ. De eiusdem Isidis crinibus in luctu euulsis, vide Etymologum in Κοπτός. Illud: φιλοτιμουμένη ὡς Μεμφίτη sumptum videtur è Luciano. Sic enim ille lib. aduersus indoctum libris tumentem: Ἔχει μὲν τὸ κειμήλιον τοῦτο καὶ δείκνυσιν, ὡς Τεγεάται τοῦ Καλυδωνίου τὸ δέρμα, καὶ Θηβαῖοι τὰ ὀστᾶ τοῦ Γηρυόνου· καὶ Μεμφῖται τῆς Ἴσιδος τοὺς πλοκαμούς. Meminit & in Arcadicis Pausanias.

29. Πιστότατα] πιστότατον rectius fort. aut πιστότατα φιλούντων. Est hæc historia seu fabula ex Æliano, lib. VI. de Animal. cap. 2. Illud, οἷα φίλην ἢ ἐρωμένην περιέπειν, οὐκοῦν. Ælianus sic: εἶχεν οἷα δήπου φιλ' ἢ ἐρωμ. ἀγαπῶν καὶ περιέπων ἰσχυρῶς οὐκοῦν. Et pro κενέβρειόν τι, Ælianus νεκρῶμα ἦν. Rursum. ᾠδιάς τινος ex eo ipso Æliano, lib. V. de Animal. cap. 4. in quo statim pro μετειληφέναι, μετειληχέναι est. Homericum illud: Ἤρα τι καὶ περὶ οὐρεῖ, in Hom. aliter Iliad. φ. vers. 577. Ἀλλά τι καί.

32. φιλέψιος] in Hesychio est φιλέθιος.

33. φιλεῖ γὰρ θεὸς] Verba sunt ex Artabani apud Herodot. lib. VII. oratione.

34. φιλεῖ δὲ] Vide sup. Prouerb. Σὺν Ἀθηνᾷ δὲ χεῖρας κίνει.

35. νυκτὸς καὶ ἡμέρας] Schedæ Vaticanæ apud Schottum nostrum νύκτα καὶ ἡμέραν, & Suid. itaque Erasmus, recte. Similes supra fraudes, & de Didone fundum Carthaginie coemente. P. Maro: *Taurino quantum possent circumdare tergo.*

37. φοινικήια γραμ.] Non ἐπιθετικῶς, sed ex ipsis litteris interpretari videtur Hesychius, aliamque assignat causam quare Cadmus è Phœnicia illas reportasset. Herodotus Terpsichore eas nominat, & Καδμήια γράμματα ibidem. Suidas Cadmum litteras in Græciam primum intulisse scribit, quas Phœnices primi inuenerint, allato hoc Zenonis Epigrammate, vt vir clariss. Io. Goropius Becanus Belgij, dum vixit, decus emendavit:

> Ἔστι πάτρα φοίνισσα, τίς ὁ φθόνος; εἰμὶ δὲ Κάδμος
> κεῖνος, ἀφ' οὗ γραπτὰν Ἑλλὰς ἔχει σελίδα.

Id est, eodem interprete:

> *Sum patria Phœnix, quis liuor? sum tamen ille*
> *Cadmus, cui debet Græcia tota libros.*

38. φερ-

38. *φορμίων⊗ σιβάς*] De hoc Phormione militiæ duce fortiſſimo laboriſque patientiſſimo copioſe Suidas, *τὴν σιβάδα* autem Heſychius interpretatur *τὴν ἀπὸ ῥάβδων καὶ χλωρῶν χόρτων στρῶσιν, καὶ τὴν φύλλων χαμαιτοκοίτην*: *Ex ramis & viridibus herbis ſtratum, ſive quæ humi fit inter folia cubationem*: qualis fere militum eſſe lectus ſolet.

39. *φοινίκων αὖθις ἐπιθυμεῖ*] aut mendoſus locus vt mutilus, aut ego fallor. Videtur germana illa Parœmia: *οἶδ᾽ ὃ θέλεις, σῦκα θέλεις*. *Scio quid petas, ficos petis*. Vide & *Σικελὸς θάλασσαν*, *Siculus mare*. Quæ de Phœnice aue ſuntque ex Æliano, lib. 6. de Animal. cap. 58. nihil huc admodum pertinent, niſi *ἔτη* pro *αὖθις* vel *ἐνιαυτοὺς* potius legas. Fallit multos *φοίνικ⊗* vocis *ἀμφιβολία*, in palma arbore & in aue longæua, ſi vera eſt fama: qualia exempla collegit M. Ant. Muretus, lib. XIII. Variar. Lect. cap. XII. Prouerbij & illud ſpecie aut *γνώμης* ſic dictum: *τὰ παθήματα μαθήματα*. Mox pro *λογικῆς*, *λογιστικῆς* rectius videatur, vt in Æliano eſt, quem hic denuò *ἐν ἐπιτομῇ* deſcripſit.

41. *φρουρᾶς ᾄδων*] Eſt in Ariſtophanis nubibus: *φρουρᾶς ᾄδων ὀλίγου φρούδ⊗ γεγένημαι*: *Excubiarum cauſa cantans penè perij*. Admonet Eraſ. etiam legi *φρουρὸς ᾄδων*, *Excubitor cantans*. Scholiaſten Græcum adito.

43. *τοὺς φρουροὺς αὐτὸς*] Suid. *αὐτῆς* melius, niſi forte malis *αὐτοῦ*.

47. *φρυνώνδας ἄλλ⊗*] De hoc Euſtathius in Odyſſ. κ', & copioſius Suidas hac dict.

48. *φρυνίχου πάλαισμα*] De huius aſtu Thucydides, lib. VIII. & Suid. hac parœmia.

53. *φώκου ἔρανος*] Conſtat ex Zenobio Phocum ſymbolas in conuiuium frequenter Procos filiæ ſuæ popoſciſſe. Vnde veriſimile eſt illos perditæ rei, & ſpe nuptiarum diutius delata impatientes hominem de medio ſuſtuliſſe.

54. *φωνά τοι ἴς*] Plutar. in Apophthegm. Lacon. *φωνά τύ τις ἐσσι*. Et mox pro *ὁρῶν*, legi queat *ἰυρῶν*. Et in editis libris *Τίλας* ſimplici λ legitur.

55. *χαλεπὰ τὰ καλὰ*] Platonis eſt in Cratylo, in Hippia maiore, & lib. IV. de Rep. Pittaci quoque dictum *χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι* apud Laertium eſt in vita Pittaci: qui è Simonide quoque *Πιττάκειον* eſſe probat. Refert illud etiam lib. de liberis inſtituendis Plutar. Pro *θαυμάζοντας* malè in Suida *ἀκμάζοντας*, qui hinc corrigendus, & *δημοτικὸν* Suidas non male. Lege Zenobium Cent. VI. Adag. 38. & Heſychium dict. *χαλεπὰ*: qui hinc Prouerbium ortum ait, quòd cum Solon facta Periandri cognoſſet, hæc verba pronunciarit. Sed mutilus fortaſſe is locus, & è Zenobio explendus.

59. *χαίροις Ὑψιπύλη*] Quæ Luciano *Ὑψιπύλη* lib. de Saltatione, illa Pindaro *ὑψιπύλα* Olymp. Ode 4. vt ſit *δικατάληκτον*, quemadmodum

Περσεφόνη & Περσεφόνεια apud eosdem, atque alia non nulla id genus nomina propria θηλικά. Est, vt apparet, locus vbi mulier colloquens cum alio, viso marito, non respondet amatori suo ad rem. Simile huic alterum etiam Adagium: Ἄμας ἀπήτουν, οἱ δ' ἀπηρνοῦντο σκάφας, apud Plat. lib. περὶ ἀδολεσχίας. Pro ἤκοιτις legit Eras. ἀκόιτης, rectius, vt opinor.

60. ὁ χαμαιλέων] Ex Æliano ad verbum lib. II. cap. 14. de Animal. transcripta: vbi in editis legendum τὴν τῶν ὁρώντων ὄψιν, & περιτύχοις μέλανι. Et mox ex eodem lib. IV. Animal. cap. 33. & in album etiam verti colorem ait. Excusus vero Apostolius omnem] colorem præterquam album induere asserit, quod & Plutar. asserit lib. de amici atque adulatoris discrimine. Et Plinius lib. VIII. cap. 33. *Reddit colorem, quemcumq; proxime attingit, præter rubrum candidumq;.* Idem lib. XXVIII. cap. 8. *Nullum animal pauidius existimatur, & ideo versicoloris esse mutationis*: Διὰ γὰρ τὸν φόβον πολύμορφος, Aristot. lib. IV. de partib. animal. cap. XI. In Æliano quoque emendandum, vt hic, ὑποκριθεὶς, pro ὑποκριτής.

61. Χάραξ τὴν ἄμπελον] Est & apud Zenobium, qui integre efferri ait ab Aristophane in Vespis nimirum: Ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον. *Vallus fefellit funditus vitem suam.* Trochaicus est integer Εἶτα νῦν ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον *Nempe nunc prorsus fefellit vineam palus suam.* In Hesychio pro πάθη, quod Zenobius, Suidas & noster habent ἀπατηθῆ legitur, non male. Lege Eustathium ad vers. 563. Iliad. σ'.

62. Χαλάζω τὴν ἱερὰν] Metaphora à nautis, qui inter ceteras anchoras vnam habent omnium firmissimam, quam ἱερὰν, hoc est sacram nominant, quam non nisi in extremo constituti periculo laxare solent. Pro validiore igitur auxilio sumitur. ἄκουσον δὴ ἱερὰν φασὶν ἄγκυραν, καὶ ἣν οὐδεμίᾳ μηχανῇ ἀπορρήξεις. *Audi igitur sacram, vt aiunt, anchoram, quam nulla vi abruperis.* Lucian. in Ioue Tragœdo. Et in Hecuba Euripides ab eadem tralatione:

Ἄγκυρα δή μου τὰς τύχας ὀχεῖ μόνη. *Nituntur vna res mea nunc anchora.* Nisi ad alterum respexit Adagium ἐπὶ δυεῖν ὁρμεῖ, *Duab. nixus anchoris in portu sedet.* Quomodo & Pindarus Lyricus *Bonum esse duabus fulciri* dixit.

63. Χορίου κύνα] χορίον vt Galen. definit, proprie inuolucrum seu tunica fœtus ante puerperium. Sic appellatum ait, quod χώρημα, locum nempe & spacium præstet fœtui. Pollux lib. II. duplici tunica seu inuolucro obuolui fœtum tradit: altero tenuiore ac molliore, quod ob id agninum ab Empedocle vocetur. Quod autem exterius, chorion vocari, cui vmbilicus sit fœtus connexus. Vide Anatomicos & Læuinum Lemnium de occultis Naturæ miraculis. Eras. minus

proprie,

proprie, intestinum χορίων dixit. Est & in Suida, sed ex Theocrito, Eidyllio x. χαλεπὸν χορίω κυνὰ γεῦσαι.

Intestina canem semel adgustasse periclum est.

64. χαίρει τῆς καταραῖς] Probat hoc Theophrastus, lib. VIII. de Plantis: ἴδιον δὲ καὶ ὃ λέγουσι κατὰ τοῦτο· φασὶ γὰρ δεῖν καταρᾶσθαί τι καὶ βλασφημεῖν σπείροντας εἰ μέλλει καλὸν ἔσεσθαι καὶ πολύ. *Peculiare est quod de eo commemorant. Aiunt enim execrationibus & maledictis opus habere, qui id serunt, si id pulcrum copiosumq; prouenire cupiunt.* Idem de ocimo tradit Plinius, lib. 19. cap. 7. *Nihil ocimo*, ait, *fœcundius, cum maledictis ac probris serendum præcipiunt, vt lætius proueniat.*

65. ὁ δὲ Αἰλιανὸς] Libro XVII. Hist. animalium cap. XIII. Pro ὑπόσχεσις, ὑποσχέσεις Suidas.

67. ἕτεροι δὲ γραιῶν] Suid. οἱ δὲ αἰσχρὰν ἄλλοι γραιῶν. Addit etiam Diogenianus id à muliercula factum, ne corporis sui fœditatem proderet. Puto porro in vsu olim fuisse vt illato lumine ijs vterentur verbis, aut potius χαῖρε ἀγαθὸν φῶς, vt & in Coniectaneis Varronianis Scaliger obseruat: quod & inter Christianos postea obtinuit.

68. χαιρεφῶν αὐτόχρημα] Suid. hoc pacto effert: αἰτ οὐδὲν διοίσεις χαιρεφῶντος. Quod autem hic de Socrate dicitur, Suidas apud Xenophontem esse ait. Vide in ἀπομνημονεύμ.

69. Χάρωνος θύρα] Iulij Pollucis verba sunt in Onomastico: τοῦ δὲ νομοφυλακίου θύρα μία χαρώνειον ἐκαλεῖτο, δι' ἧς τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπήγοντο. Hesychius magis aperte: Χαρώνιον, θύρα μία τοῦ νομοφυλακίου, δι' ἧς οἱ καταδίκοι τῆς ἐπὶ θανάτου ἐξήγοντο, pro ἐξήγοντο, Zenobius Diogenianus & Suidas ἐξηγονται. Χαρώνιος Zenobius habet, Χαρωνεῖος Suidas. qui & alteram refert Parœmiam ex Aristophanis Pluto:

ὁ δὲ χάρων τὸ ξύμβολον δίδωσιν. *Charon Symbolum dat*, hoc est, morieris.

70. Χάρης ᾄδων.] Hoc Prouerb. nusquam alibi exstare memini. Ceterum νόμον ὄρθιον Eustathius etiam agnoscit Iliad. λ'. ad vers. 10. qui à nostro & Suida citatur: τὸ δὲ ὄρθια, εἴρηται μὲν Ἀττικῶς, ἀντὶ τὸ ὄρθιον, ὁποῖα καὶ ἄλλα τοιαῦτα προγέγραπται. ἑρμηνεύεται δὲ ἀπὸ τοῦ -- μέγα τε, δεινόν τε. τοιοῦτον γὰρ ὁ παρὰ τοῖς Μουσικοῖς ὄρθιος νόμος, ἤγουν τρόπος ἐκεῖνος ᾠδῆς εἰς πόλεμον ἐρεθιστικός. τὸ ὄρθια, inquit, *Attice dictum pro ὄρθιον: cuiusmodi etiam alia id genus ante scripta. Interpretantur autem quid sit, illa verba*: Μέγα τε δεινόν τε magnum, validumque. *Talis enim apud Musicos* Orthius cantus, *nempe cantionis genus quod in pugnam incitabat.* Addit deinde, Timotheo hoc cantu vtente ita Alexandrum M. fuisse commotum, vt statim ad arma prosilierit. Terpandri esse inuentum, vt & Trochæi, Pollux auctor est. Sed de nomi significat. pluribus Schottus noster ad Procli Chrestomathiam poëticam ab illo egregie cum

Obseruationum humanarum libris illustratam, editamque. Nos ad finem properamus σὺν Θεῷ.

71. Χαρὰν πυραύςου χαίρεις] Æschyli Tragici Senarius est: Δέδοικα μωρὸν κάρτα πυραύςου μόρον. quem sic H. Iunius in Emblemate vndequinquagesimo reddidit: *Pyraustæ inertem pertimet necem nimis.* Quomodo & in Suida hinc est corrigendus. Eustathius in Iliad. ψ. ab αὔω, quod est exuro, incendo, dici ostendens adiunxit: ἐξ οὗ καὶ πυραύςης ζωΰφιον κατὰ πετόμενον φλογὸς, καὶ οὕτως ὀλλύμενον· ὅθεν παροιμία τὸ, Πυραύςου μόρος, ἐπὶ τῶν ῥαδίως καὶ ἑκουσίως θνησκόντων ἀγεννῶς καὶ ἐξ ἀφροσύνης. *Pyrausta animalculum circum flammam volitans, sicque periens. Hinc Prouerbium:* Pyraustæ interitus: *de ijs qui facile ac sponte, idque abiecte & imprudenter, moriuntur.* Suidas etiam de ijs qui sunt breuioris vitæ interpretatur. In quo tamen male secunda dictione μορὸν pro μωρὸν excuditur. Addit Apostolius: ὁ γὰρ πυραύςης, ex Æliano, lib. XII. Animal. cap. 8. id desumptum.

72. Τῷ δὲ Ἀγαμέμνονι] E Suida præmittendum: οὐκ οἶσθα ὅτι καὶ Θερσίτης ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐπαῤῥησιάζετο. Deinde: Τῷ δὲ Ἀγαμ. Quæ porro de testudine origanum contra serpentis morsum adhibente refert, ex Æliano sunt, lib. III. cap. 5. Hist. animal. Vide & lib. VI. cap. 12. & Plutarc. in Problemat. Physicis extremo, & de sollertia animalium. Quæ vero de testudinis marinæ partu, ex eiusdem Æliani sunt lib. I. cap. 6. sed variæ Historiæ, paucis mutatis: quem librum Æliani rarissime Michael adhibet; de Animalibus, omnibus pæne paginis.

73. Χειμὼν ὀρνιθίας] Aristophan. in Acharnensibus, Act. IV. Sce. I. Mox: Καὶ ἄνεμος, Aristoteles meminit lib. de Mundo ad Alexandrum: οἱ ὀρνιθίαι καλούμενοι ἐαρινοί τινες ὄντες ἄνεμοι βορέας ἐπὶ τῷ γένει.

74. Χειρώνιον ἕλκος] Suid. latius describit, quod ex crebra statione conciliatum continuo humorem excernit. Eustath. in Iliad. α΄. interpretatur ὅσα δυσαλθῆ ὄντα δέεται ἂν ἰατροῦ τοῦ χείρωνος, *incurabilia, quæque Chirone indigeant medico.* Et in Iliad. δ΄. χείρων δὲ εὑρετὴς ἰατρικῆς καὶ λυρικῆς, υἱὸς Φιλύρας καὶ Κρόνου ἐκ τῶν Κενταύρων. ἐξ οὗ Χειρώνια ἕλκη, τὰ δυσαλθῆ· ἃ δηλαδὴ Χείρων κατέδειξε θεραπεύεσθαι. *Chiron artis medicæ & Lyricæ inuentor, Philyræ & Croni F. vnde & Chironia vlcera, quæ nimis ægre curentur, quorumque medicationem Chiron ostendit.* Talia etiam sunt Τηλέφεια τραύματα, *Vulnera Telephia.* Vlceres autem Chironij curationem describit Cornelius Celsus libro VI.

75. Χείλεα μὲν τ᾽ ἐδίηνε] Sic leg. ex Homeri Iliad. χ΄. vers. 495. Non recte enim scriptus cod. χείλεα μὲν τ᾽ ἐδίηνεν· ὑπερῷον δ᾽ οὐκ ἐδίηνεν. vbi ὑπερῷον quidem certe in ὑπέρον mutandum. Eustathius quoque Prouerbij vicem adnotauit. *Tractus* inquit, si Latine reddam, *versus iste in Adagium, de ijs qui parua quædam donant, eo quod labra quidem humectentur,*

stentur, liquor autem ad ipsum oris palatum minime peruenit. Sumitur & de ijs, qui verbis quidem promittentes oblectant, at vero id minime faciunt syncero animi affectu.

76. Φάβιος Μάξιμος] Omnia ex Plutarcho in Apophth. Fabij, & in vita eiusdem: T. Liuius eadem lib. XXII. vbi inter cetera ait: *Annibalem quoque ex acie redeuntem dixisse ferunt, tandem eam nubem, quæ sederet in iugis montium, sollicitatum procella imbrem dedisse.*

77. χεῖρας ἔχει] T. Quinctij Flaminini Apophthegma hoc apud eundem Plutarchum.

78. χθόνια λουτρά] Eras. vsurpari posse opinatur, cum quis serum & nequidquam profuturum remedium adfert: vt si quis post prælium amissum suppetias adferat. Est apud Zenobium, Hesychium, & Suidam.

